Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

HERODOTI HISTORIAR.

T. VI. P. II.

ADNOTATIONES

AD LIB. VII. c. 172. - IX.

ET AD VITAM HOMERI.

ADNOTATIONES

AD

HERODOTI LIBRUM SEPTIMUM.

CAP. CLXXII. 1 *seq.* Θεσσαλοὶ δὲ ὑπὸ ἀναγκαίης *etc.*) *Pavii* acumen scopas hic animadvertit dissolutas. *Nam quid? an Thessali Medorum partes sequebantur, cum propalam ostendebant, sibi displicere quod ab Aleuadis factum?* quae tamen in verbis eorumque cohaerentia mens. Velle Scriptorem, Thessalos, Aleuadarum dominatione pressos, primis belli initiis ad Persas inclinasse: cognitis autem perfidorum consiliis, ad Graeciae concilium legatos de communi salute misisse. Itaque, aut excidisse aliquid, aut fuisse olim, τοπρῶτον μηδίσαντες δείδιξαν, ὅτι οὐ σφίσι ἥνδανε *etc. cum principio Medorum partes fovissent, ostenderunt sibi non placere* etc. Non profecto inutiliter. Mihi ex schedis *Arch.*, parum adiutis, placuisse memini. ὡς δὲ ἔδιξαν, *ita vero demonstrarunt*, sibi *displicere* etc. ὡς δὲ hoc fere modo lib. IX. 34. Sed coniecturae non indulgeo. WESS. — Nec emendatione nec coniecturâ indiget hic locus. Ac primum quidem minime sollicitandum verbum δείδιξαν: amat enim Scriptor pro simplici δεικνύειν compositum illud ponere, I. 31, 16. 73, 18. II. 134, 16. 162, 7. III. 72, 29. (ubi ex codd. *Arch.* et *Vind.* διαδεικνύσθω recipi debuerat.) III. 82, 17. VIII. 3, 10. IX. 58, 10. Tum vero etiam bene recteque habet ὡς particula, quae in plerisque locis modo citatis eâdem ratione cum eodem verbo iuncta legitur. Nec vero ὡς δείδιξε debebat cum *Valla*, et qui eum secuti sunt, *quum ostenderent* intelligi, nec *postquam ostenderunt*, ut nos reddidimus, nec *quoniam demonstravere*, ut *Schulzio* placuit: sed plane sicut in locis laudatis, *uti, sicuti, quemadmodum ostenderunt;* nempe *uti*

quidem ea re, quae continuo deinde exponitur, (nempe legatis ad Graecorum concilium missis, cum eis mandatis quae mox commemorantur) *satis et perspicue ostenderunt: satis*, inquam *et perspicue;* nam composito verbo διαδείξαι paullo maior quaedam vis, quam simplici, inesse videtur. *Ostenderunt* autem ea ratione, *non placere sibi Aleuadarum artificia*, (de quibus vide supra, c. 6. et cap. 130.) *neque se partes amplexuros esse Persarum, nisi necessitate fuerint coacti.* conf. c. 174. *S.*

[5. ἐν δὲ τῷ Ἰσθμῷ *etc.*) Conf. c. 145. *S.*]

11. ἐν σκέπῃ τοῦ πολέμου) Male absentiam praepositionis in Cod. *Arch.* laudavit *Th. Galeus.* Redibit c. 215. ἔσαν ἐν σκέπῃ τοῦ πολέμου. Quo de genere plura lib. I. 143. WESS.

17. οὐδεμίην οἷοί τέ ἐστε προσφέρειν) *Nec debetis, neque aequum erit*; qualem dictionis usum explicuimus et excussimus antea. Nimium sane et solo e docti viri arbitrio pendens, αἰτίην ἡμῖν οὐδεμίην δίκαιοί ἐστε προφέρειν, *nullam nobis culpam obiectare iure poteritis.* Ἀναγκαίην sequentia defendunt: estque saepe verissimum, Κρεῖσσον οὐδὲν ἀνάγκας, *Euripid.* Alcest. vs. 965. WESS. — Similiter *Reiskius: nullum vobis est ius et fas nos armis cogendi.* Satis, puto, fuerat, *non potestis nobis necessitatem imponere*, scil. ut nos soli Persarum exercitui nos opponamus. *S.*

CAP. CLXXIII. 5. τῆς Ἀχαιΐης ἐς Ἅλον) Nomen urbis litera liberavit superflua *Gronov.* Urbis incolas Ἁλίας dixit *Demosthenes*, more istius aevi scriptoribus usitato: sic legit *Harpocr.* ubi nostris in Edd. *Demosth.* vulgatur: διαλλάττειν τοὺς Ἁλιεῖς πρὸς τοὺς Φαρσαλίους, p. 205, 64. infra εἱ Ἁλιεῖς recte scriptum §. 68. sed τοὺς Ἁλέας dicebant: alterum apud eumdem recurrit p. 238. et 316. recte scribitur p. 236. Ἅλου πολιορκουμένου: et p. 88, 1. Φχρσαλίοις Ἅλου παρέδωκεν: ad hunc locum notata ubi citat *Ulpianus* qui vocatur, p. 205, 64., nomen Ἅλος in ὅλως fuit depravatum. Mendesa apud *Suidam* sic possunt quodammodo redintegrari, si legatur: Ἁλέας - - - [Ἅλος] πόλις Θετταλικὴ· οἱ δὲ πολῖται Ἁλιεῖς. VALCK.

10. ὁπλῖται συλλεγέντες) Eadem redibunt IX. c. 29. et c. 27. συλλεχῆναι. Alibi συλλεχθεὶς, συλλεχθῆναι, et similia, Nostro frequentantur: nihil quidem interest, utrum scripserit, sed scripsisse tamen videbitur ista talia ad eamdem

normam. Contra apud *Demosthenem* uno loco praebent Editiones συλλεχθέντες, Codices vero συλλεγέντες: hoc iure *Piersonus* alteri praetulit ad *Moer.* Att. p. 208. Aetate *Demosthenis* suaviores istas formas probabant Attici; asperiores aetate *Herodoti*. VALCK.

12. Εὐξείνεος ὁ Καρήνου) *Diodori* Συνετὸς est lib. XI. 2. perperam scriptus. *Polemarchi, e quibus Euaenetus,* [*lin.* 13.] Spartanorum regum in castris atque expeditione primarii fuerunt administri apud *Thucydid.* V. 66.; in civitate aliis, de quibus *Nic. Cragius* Reip. Spartan. lib. II. 14. inpositi negotiis. Hinc vero, ab illo neglectum, cognoscimus, regio plerumque genere fuisse: *Aldum* enim, particulam negantem omittentem, bene *H. Stephan.* ex Codicum consensione correxit. WESS.

16. ἄγγελοι παρὰ Ἀλεξάνδρου) *Venientes ab Alexandro nuncii.* Istius *Alexandri*, tanquam Φιλέλληνος, sed huius inprimis beneficii, saepius Athenienses grati meminerunt. Hanc respicit *Herodoti* narrationem, ex *Damaste* diversa quaedam admiscens, inter Socraticas Epistolae 28. scriptor, adversus *Isocratem* ad Philippum datae: *Speusippum* auctorem dat *L. Allatii* haud absurda coniectura; cui quidpiam obmovisse *Pearsonum* in Vind. *Ignat.* aut *Bentleium* in Diss. de Epist. *Phalar.* non opinor. De *Isocrate*: *Debuerat*, inquit malevolus ille, τὰς Ἀλεξάνδρου τοῦ σοῦ προγόνου, καὶ τῶν ἄλλων τὰς εἰς τὴν Ἑλλάδα γενομένας εὐεργεσίας ἐξαγγέλλειν. Quod primum ille ponit beneficium; legatos Alexander Darii (hunc dicere, non Xerxen debebat) contrucidari iussit, haud sanequam ut Graecis gratificaretur, sed ut ulciscceretur iniuriam sibi suisque factam: ὕστερον δὲ, addit, στασιαζόντων (scribendum-ne πλησιαζόντων,) τῶν βαρβάρων οἱ Ἕλληνες ἐπὶ τὸ ἡμέτερον (leg. ὑμέτερον) Ἡράκλειον ἀπήντησαν· Ἀλεξάνδρου δὲ τὴν - - Θετταλῶν προδοσίαν τοῖς Ἕλλησι μηνύσαντος, ἀναζεύξαντες οἱ Ἕλληνες δὶ' Ἀλέξανδρον ἐσώθησαν: tandem subdit: καί τοι τούτων χρὴν μὴ μόνον Ἡρόδοτον καὶ Δαμάστην μεμνῆσθαι τῶν εὐεργεσιῶν, *sed et, secundum suam legem, Artis oratoriae Scriptorem*; postrema, in istum olim sensum scripta, nigrae sunt loliginis plena, neque *Speusippo* disconveniunt. De *Heracléo* Macedoniae, deque *Heraclea, in radicibus Oetae montis sita*, hic non est agendi locus. VALCK.

17. συνεβούλευόν σφι ἀπαλλάσσεσθαι) Consilium Alexandri Macedonis suasionemque, laudato *Herodoto*, Scriptor Epistolae XXVIII. inter Socraticas *Allatii* his exsequitur: ὕστερον δὲ στασιαζόντων (πελαζόντων) τῶν βαρβάρων, οἱ Ἕλληνες ἐπὶ τὸ ὑμέτερον Ἡράκλειον ἀπήντησαν, Ἀλεξάνδρου δὲ τὴν τῶν Ἀλεύου καὶ Θετταλῶν προδοσίαν τοῖς Ἕλλησι μηνύσαντος, ἀναζεύξαντες οἱ Ἕλληνες δι' Ἀλέξανδρον ἐσώθησαν. In quis, postulante re, ἡμέτερον Ἡρακλ. mutavi et τὴν Ἀλέου, prava ab *Allatio* relicta. *Valckenarii* non dispar coniectura fuit ab cap. 6. sed hic operosior. Cetera partim falsa, partim ab *Herodoti* mente aliena sunt. WESS.

CAP. CLXXIV. 5. οὕτω δὴ ἐμήδισαν προθύμως) *Tum vero Thessali Persarum partes animose sunt sequuti.* Incerti verba *Suidas* habet in Ἐμήδισαν: μετὰ τὴν ἐν Μαραθῶνι μάχην Θεσσαλοὶ ἐμήδισαν, δείσαντες τὴν ἀπόφραξιν τῶν Τεμπῶν. [conf. *Zonarae* Lex. p. 707. ubi perperam ἐμηδίκασιν.] sed quae praebet in Ἀγχότερος, *Küstero* non designata, *Herodoti* verba sunt ex proximo cap. [175, 5.] petita: στεινοτέρη ἐφαίνετο καὶ ἀγχοτέρη ἡ ἐσβολή. In his dum frequens recurrit mentio τῆς ἐσβολῆς, *introitus* in Thessaliam, alieno vocem loco posuerat librarius in Cod. Ms. initio cap. 174. Αὕτη ἐγένετο ἡ ἐς Θεσσαλίην ἐσβολή: ubi vulgatur στρατιή, scribi debet στρατηίη. VALCK. — Vocab. ἐσβολή, quum nullo in cod. msto vel a *Wess.* vel a nobis repertum sit, videtur ex coniectura ab *H. Stephano* in ora suae editionis positum pro mendoso στρατιή, quod olim vulgabatur. Haud raro enim me observare memini, *notam γρ'.* quam ille lectionibus marginalibus praemittere solet, non semper γράφεται, sed subinde nihil aliud nisi γράφε, significare. *S.*

CAP. CLXXV. 2. τὰ λεχθέντα ὑπ' Ἀλεξάνδρου) Quod hic margo dat *Stephani*, ἐξ Ἀλεξάνδρου, illud, a correctoribus non exspectandum, si habent et alii Codices, probarem ut Herodoteum. τρόπῳ τῷ εἰρημένῳ ἐξ Ὀτάνεος est lib. III. c. 71. τὸ ποιηθὲν ἐξ Ψαμμητίχου, II. 151. τὸ προσταχθὲν ἐκ τοῦ Κύρου, I. 114. Apud *Quintilian.* Inst. Orat. VI. [1, 41.] p. 511., *puer - - - ex paedagogo se vellicari respondit.* Passivis ἐκ frequenter sic adiungunt Tragici: in Tragoediis, quae supersunt, non puto reperiri dictum servatum *M. Antonino* VII. 41. Εἰ δ' ἠμελήθην ἐκ θεῶν. In *Longino*, castigatissimo scriptore, a *Zach. Pearcio* revocatum non feret, ut puto, *Io. Toupius*,

Longino dignissimus futurus editor, Sect. IX, 30. ἐκ Κίρκης συνφορβευμένους. *Tan. Faber* bene correxit ἐν Κίρκης: prout *Plutarch.* etiam dederat T. II. p. 52. D. sed non illa socios Ulyssis fecit συνφορβοὺς, verum συνῶν μὲν ἔχειν καφαλὰς, φωνήν τε, δέμας τε: scribamus itaque totidem literis, συνμορφουμένους. VALCK. — Revertit *Herodoto* adsueta dictio ἐξ Ἀλεξάνδρου. Talis lib. III. 71. τρόπῳ τῷ εἰρημένῳ ἐξ Οτάνεος, et sine numero aliae. WESS. — Apud *Longin.* vulgatam scripturam tenuit probavitque *Toup. S.*

11. γῆς τῆς Ἱστιαιώτιδος ἐπὶ Ἀρτεμίσιον) Non obliviscor φορτᾶν - - - ἐπ' ὕδωρ ἐπὶ τὴν Ἐυπάκρουνον libri VI. c. 137., nec huius libri c. 173. καὶ ἀπίκατο ἐς τὰ Τίμπια ἐς τὴν ἰσβολὴν, recte posita, sed ad olim hoc collocatum loco (ἐπὶ γῆς τῆς *etc.*) haud gemina. Iure Masti praepositionem auferunt, noxiam et inutilem. Γῆς autem τῆς Ἱστιαιώτιδος τὰς παραθαλασσίας κώμας lib. VIII. 23. memorans aliquid insuper moliminis vetat. WESS. — Quae *Histiaeotis* hîc ionicâ nominis formâ *Herodoto*, communi vero Graecorum sermone *Hestiaeotis* vocatur, septemtrionalis est Euboeae regio; *Artemisium*, extrema Histiaeotidis ora cum promontorio, quod a Dianae templo, quod inibi erat, nomen invenerat. Alia Ἱστιαιῶτις, Thessaliae, supra memorata est lib. I. c. 56, 15. *S.*

13. τὰ κατ' ἑτέρους) Literas aliquot, quae repeti debebant, hîc etiam absorptas suspicor, sic restituendas, ut legatur: ὥστε πυνθάνεσθαι τὰ κατ' ἑκατέρους ἐόντα: quam lectionem commodum offert margo *Stephani;* ex Msto repertam etiam *Vallae* Latina monstrant. VALCK. — Vide Var. Lect. *S.*

CAP. CLXXVI. 12 *seqq.* Τῶν δὲ Θερμοπυλέων *etc.*) Accuratissima haec loci pictura, nulli, nec Livianae lib. XXXVI. 15. neque *Strabonis* lib. IX. p. 655. [p. 428. ed. Cas.] concedens. Ὦ ναύλοχα καὶ πετραῖα θερμὰ λουτρὰ, καὶ πάγους Οἴτας περιναιετάοντες culte ad accolas chorus Trachin. *Sophocl.* vs. 642. WESS.

13. ὄρος ἄβατόν τε καὶ ἀπόκρημνον) ὑψηλὸν, quod additur, in marginem libenter reiicerem. Recte iunguntur οὔρεα ὑψηλὰ καὶ ἄβατα, c. 198. sed ὄρος ἄβατόν τε καὶ ἀπόκρημνον, esse ὑψηλὸν, *Herodotus* lectorem non monuisset, qui dederat lib. III. c. 111. ἀποκρήμνοισι οὔρεσι, ἔνθα πρόσβασιν ἀνθρώπῳ

ὑδέμιήν εἶναι. Mox *viam*, *qua spectat Orientem*, θάλασσα ὑποδέκεται καὶ τενάγεα. Secundum *Appian.* Syr. [c. 17.] p. 157. τῇ μὲν θαλάσσα τραχεῖα καὶ ἀλίμενος, τῇ δὲ ἕλος ἄβατόν τε καὶ βαραθρώδες. *Loca usque ad mare invia palustri limo et voraginibus* dixit *Livius* XXXVI. 18. Idem c. 15., *quia*, inquit, *calidae aquae in ipsis faucibus sunt, Thermopylae locus appellatur.* conf. *Strabo* IX. p. 655. B. et *Casaub.* [ad p. 428. suae ed.] *Appian.* Syr. p. 158. *Harpocrat.* in Θερμοπύλαι, et *Schol.* in *Aristoph.* Nub. 1047. VALCK.

15 *seq.* Ἔστι δὲ ἐν τῇ ἐσόδῳ ταύτῃ θέρμα λουτρὰ, τὰ χύτρους καλέουσι οἱ ἐπιχώριοι) Excitans ista, χύτρας praebet *Eustath.* in *Dionys.* vs. 437. alterum *Pausan.* IV. [c. 35.] pag. 369 seq. memorans τὴν κολυμβήθραν, ἣν τινα ὀνομάζουσιν οἱ ἐπιχώριοι χύτρους γυναικείους. Praeceptor *Pausaniae Herodes Atticus*, ut erat aedificator pecuniosus, in gratiam Thessalorum et Meliensium, cellas aegrotantibus accommodas hic construi curavit, ut suspicor ex *Philostr.* in eius vita p. 551. τὰς ἐν Θερμοπύλαις κολυμβήθρας memorante τοῖς νοσοῦσι παιωνίους. Ex sacris nostris nota est Hierosolymitana κολυμβήθρα, πέντε στοὰς ἔχουσα. VALCK. — Imprudentis audaciae Editor *Genev.* ob χύτρας, contra *Porti* sui admonitionem inculcatas, excusari nequit. *Eustathii* enim dubia lectio est; quae citra dubium si foret, manebit temerarius contra tabulas ausus. Ecce tibi *Pausaniam* lib. IV. 35. de piscina, in quam calidae hae influunt aquae, ἣν τινα ὀνομάζουσιν οἱ ἐπιχώριοι χύτρους γυναικείους. WESS.

18 *seq.* καὶ τό γε τοπαλαιὸν) Stare nequit ista *Medicei* lectio, [quam recipere non dubitaverat *Gron.*] ni sic paululum adiuvetur, καὶ τῷδε τὸ παλαιὸν πύλαι ἐκλῆσαν: quae *Koenii* est suspicio. VALCK. — τό γε τοπαλαιὸν doctissimi viri *D'Orvillius* ad *Charit.* lib. I. 3. p. 41. et *Abreschius* Diluc. *Thucyd.* p. 4. recte auctius, quam decebat, censuerunt. WESS. — Vide *Var. Lect. S.*

21. οἰκήσοντες γῆν τὴν Αἰολίδα). Interrogationes Gronovianas non intelligo, nedum *falsissimam et absurdissimam* esse *in Geographia* veterem participii formam. Cur quaeso οἰκήσαντες γῆν τὴν Αἰολίδα Thessali, *antea Aeolidis terrae habitatores*, (ita enim Latina [*Gronovii*, vitiosum οἰκήσαντες imperite arripientis] habebant) in Thesprotos abierunt, indeque reduces Phocensibus vastitatem atque eversionem

machinati sunt? Nonne conmodius et situi regionum congruentius, *Thessalos ex Thesprotis*, unde erant, *habitatam terram Aeolidem ivisse, quam deinde possederunt?* Nobil. *Palmerius*, veteris Graeciae adprime peritus, hanc verborum sententiam lib. II. Gr. Ant. c. 4. p. 262. perspexit. Et quidni? cum *Aeolis* sit illa regio, quam *Thessali* deinceps possessione tenuerunt. Clare *Diodorus* lib. IV. 67. de Boeoto, καταστήσας εἰς τὴν τότε μὲν Αἰολίδα, νῦν δὲ Θετταλίαν καλουμένην. Sine cuiusquam proinde invidia redire vulgata cum *Vallae* Latinis potuit. WESS. — Recte enim *Valla* intepretatus erat, *ex quo illi ex Thesprotis terram Aeolidem iere habitatum, quam nunc possident.* S.

CAP. CLXXVII. 3. ὅτι οὔτι πλήθεϊ - - - ταύτῃ) Acutissimus *Gisb. Koenius* in literis ad me datis ad h. l. „*Alii forte*, scribit, *dudum viderunt legi debere* τῇ - - - „ταύτῃ. *Hoc ipsum Vallae codex habuit, qui vertit, ubi - - „ibi.* ἧ - - - ταύτῃ, *Polyaenus* p. 333. §. 12. et p. 232. §. 2.“ *Reiskio* ὅπῃ venit in mentem. Mihi iam olim etiam placuit nostratis illud: τῇ οὔτι πλήθει ἔξουσι χρῆσθαι οἱ βάρβαροι, οὔτε ὅπῃ, ταύτῃ. *Angustias quaerebant ne multitudine circumirentur:* [*Corn. Nep.* II. 3.] et hoc Themistoclis fuisse videtur consilium. Apud *Thucyd.* p. 180, 41. [lib. III. c. 23.] pro ὅπῃ scribendum ἧπερ: sed Herodoteum est τῇ: pro ἧ χώρᾳ. *Schol. in Sophocl.* Ai. vs. 826. τὸ ἧ ἐπίρρημα (ἀποδίδοται) πρὸς τὸ ταύτῃ. VALCK. — Nec apud *Thucyd.* l. c. nec hic apud Nostrum ulla novatione opus est. S.

CAP. CLXXVIII. 4. ἀνίμοισι σὺχ ἕστθαι) Vatis tale responsum, Ὦ Δίλφοι λίσσεσθ' ἀνίμους, καὶ λώϊον ἔσται, in *Clement. Alex.* Stromat. VI. pag. 753. [pag. 454. ed. *Sylburg.* Lugd. Bat. 1616.] adiungentis hanc in rem, βωμὸν καὶ θυσίαν ποιήσαντες τοῖς ἀνίμοις, ἀμώγους αὐτοὺς ἔσχον. In ambiguo autem haeret, utrum μεγίστους an μιγάλους reliquerit *Herodotus*. WESS. — Eruditione sua multiplici saepe sapienter usus ad Gentiles confutandos, *Clemens Alex.* verba nobis oraculi Delphici servavit Strom. VI. p. 755. Δελφοὶ, εἶρξον ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα στρατεύσαντος, ἀνειπεύσης τῆς Πυθίας, Ὦ Δελφοὶ, λίσσεσθ' ἀνίμους, καὶ λώϊον ἔσται, βωμὸν καὶ θυσίαν ποιήσαντες τοῖς ἀνίμοις, ἀμώγους αὐτοὺς ἔσχον. Oraculum eiusdem sententiae acceperunt Athenienses: vid. c. 189. Quos facere voluit, et revera reddidit, indignante *Platone*, ναυ-

τικοὺς Themistocles, his effata talia facile Delphis comparavit: Δεινὸς γὰρ ἔρπειν πλοῦτος ἐς τι τάβατα. VALCK.

10 *seq.* βωμόν τι ἀπίδεξαν ἐν Θυίης) *Aram Delphi ventis statuisse* dicuntur in loco, mihi aliunde incognito, ἐν Θυίης: forte, *prope Thyiae fanum?* ἐν in talibus etiam *loca* nonnunquam designat *circa templa*: sunt autem usitatissima, ἐν Διονύσου· ἐν Ἀσκληπιοῦ· ἐν Θεσμοφόρων· ἐν Ἀρτέμιδος: hoc forte poni poterit, ubi legitur apud *Pausan.* II. [cap. 32 extr.] p. 189. Σαρώνια κατὰ ἔτος ἓν Ἀρτέμιδι ἑορτὴν ἄγουσι. Graece non dicitur κατὰ ἔτος ἓν, *quotannis. Pausaniae* sicut aliis est καθ' ἕτος et καθ' ἕτος ἕκαστον: aut hoc latet in ἓν, aut scribi poterit κατὰ ἔτος ἐν Ἀρτέμιδος ἑορτὴν ἄγουσι, *circa aedem Dianae quotannis festos, Saronia dictos, celebrant* Troezenii. VALCK. — Ἀπίδεξαν Scriptorem malle, [non ἀπιδέξαντο,] supra commonstratum lib. V. 89. Ἐν Θυίης, videlicet τεμένει aut χώρῳ, extra omnem est culpam. *Thyia*, modo eadem tamen, Castalii filia, Apollinis pellex, materque Delphi, a *Pausania* lib. X. 6. non negligitur. WESS. — Τὸ τῆς Θυίης τέμενος continuo deinde memoratur, unde *hic locus* (ὁ χῶρος οὗτος) nomen invenerit. Inde probabile fit, loci nomen fuisse ἡ Θυίη, adeoque ἐν Θυίῃ veram esse scripturam. *S.*

CAP. CLXXX. 4 *seq.* διαδέξιον ποιούμενοι τὸν εἶλον) *Ex formae praestantia illius, quem primum Graecorum ceperant, laetum omen captantes.* In hunc ferme sensum Herodotea recte mihi videtur *Aem. Portus* interpretatus in Διαδέξιος, vicina pertractans in Ἐπαύρεσθαι. Διαδέξιόν τι ποιεῖσθαι (non mirabor si cui venerit in mentem Δίκη δεξιὸν) idem videtur, quod saepius dicitur οἰωνόν τι θέσθαι vel ποιεῖσθαι. *Euripides* Iphig. Aul. 607. Ὄρνιθα μὲν τόνδ' (imo τόδ') αἴσιον ποιούμεθα, Τὸ σόν γε χρηστὸν, καὶ λόγων εὐφημίαις VALCK.

7. τάχα δ' ἄν τι καὶ τοῦ ὀνόματος ἐπαύρεσθαι) *Forsan autem et ex nomine* (Λέοντος, Leonis) *fructum quendam perceperit;* ut nempe peius cum illo sit actum, atque idcirco hoc triste fatum subierit. Verbum Ἐπαύρεσθαι, significans *fructum percipere*, de bonis et malis in utramque partem adhiberi docuit *H. Steph.* in Indice Thes. Ling. Graec. Idem in usu significans Ἀπολαύειν pertractavit *Ti. Hemsterh.* ad *Lucian.* [Tim. cap. 2.] p. 101. Egregium *Democriti* dictum

dat *Stobaeus* in Eclogis *Canteri* p. 205., Ἀφ' ὧν ἡμῖν τἀγαθὰ γίγνεται, ἀπὸ τῶν αὐτῶν τούτων καὶ τὰ κακὰ ἐπαυρισκοίμεθα. Qui saepe *Clementis Alex.* libellum ingeniosissimum, *Quis dives salvandus sit*, interpolavit, vanissimus ille nostrae formulae virorum clarorum censor *Combefisius*, pag. 937, 5., posuit perperam, ὅπως ἂν - - ἐπαύροιντο τὰ τῆς ἐλπίδος: eiiciendum est τὰ, ab illo inculcatum. τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν ἐπαύρασθαι, scripsit *Clemens* p. 957, 7. VALCK. — *Vallae* mala olim Latina, ex *Porti* indicio iam bona. Fructum nominis sui *Leo* caedem abstulit. Verissime *Democritus*: Ἀφ' ὧν ἡμῖν τἀγαθὰ γίγνεται, ἀπὸ τῶν αὐτῶν τούτων καὶ τὰ κακὰ ἐπαυρισκόμεθα, *malorum fructum nanciscimur*, in *Stob.* Eclog. Eth. lib. II. p. 205. et *Euripides* Helen. vs. 476. Τίν' αἰτίαν σχὼν ἧς ἐπαυρόμην ἐγώ; *cuius ego culpam luerem?* Ita verbo usus et prava in re constat. WESS.

CAP. CLXXXI. 5. ἐς ὃ κατεκρεουργήθη) Si Ionum sermonis ὑποεργὸς, Αυκόεργος, vice aliorum ὑπουργὸς, Λυκοῦργος, fuerint in Celeb. viri adnotatis ad lib. I. 65., quo iure κατεκρεουργήθη *Pass.* damnabitur? Verbum, *Longini* excusatione laudabile, *Xanthus* in Lydiacis suis haud aversatus Cambletem descripserat τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα κατακρεουργήσαντα καταφαγεῖν, apud *Athen.* lib. X. 3. p. 415. D. *Philo Iud.*, *Iosephus*, *Procopius*, et incertus scriptor in *Suidae* Αἱθιροβατεῖν, in huiusmodi lancinata membrorum scissura κρεουργηθῆναι maluerunt. WESS. — Rabiem Pythes aemulatus Cynaegiri; quem Pythen sive Pytheam κατακοπίντα dixit VIII. 92. Usum hic verbi laudans vicinorum tantum expressit sententiam, ut solet, *Longinus* περὶ Ὑψ. Sect. XXXI., ὁ Πύθης ἕως τοῦδε ἐπὶ τῆς νεὼς ἐμάχετο, ἕως ἅπας κατεκρεουργήθη. Cambletem Lydorum Regem πολυφάγον uxorem suam noctu κατακρεουργήσαντα καταφαγεῖν ex Lydiacis *Xanthi* scripsit *Athen.* X. p. 415. D. τοὺς ἄνδρας κρεουργηδὸν διασπάσαντες est in *Herodot.* III. c. 13. Ἀρταμεῖν similiter adhibuisse suspicor *Euripidem* ob ista *Hesychii*: Ἀρταμεῖν, κατακόπτειν· Εὐριπίδης Πελειάσιν. Διηρτάμηκεν est *Anaxandridae* apud *Athen.* X. p. 455. F. ὁ κρεουργὸς, sive *lanius*, olim dicebatur ἄρταμος: quod pro μάγειρος restituendum ex Msto *Xenophonti* Κυρ. Παιδ. II. p. 27, 29. Senarius apud *Etymol.* pag. 149, 55. Ἡ γὰρ βίβλος χεῖρας ἀρτάμων φυγών; fragmentum videtur perditae tragoediae. VALCK.

12. ἐκπαγλεόμενοι) Adhaeserunt librarii tanquam ad scopulum, ἐκπλαγιόμενοι pingentes hic, lib. VIII. 92. et IX. 47., pauci tamen: an *Hesychii* exemplo, Ἐκπλαγεύμεναι, ἐκπληττόμεναι? sed habeant sibi. Non sperno, quod *Aeschylus*, *Euripides*, *Dionysius Halic.* atque alii adprobarunt. Par discordia in *Hippocratis* ἐκπαγλώς, *Erotiano* teste p. 50. Ed. *Eustachii*, ἐκπλαγώς ex arbitratu fictum. WESS. — ἐκπάγλως, puto, et dein ἐκπλαγῶς scribere Vir doctiss. voluerat. *Erotiani* testimonium in *Franzii* editione Glossariorum (Lipsiae 1780.) reperire mihi non contigit. *S.*

CAP. CLXXXII. 2. Φίρμος) Atheniensis ille suum nomen Φόρμος recuperabit; cui Graecis auribus barbarum dederant quibus suae aetatis *Firmi* notiores erant. VALCK. — Mendosum Φίρμος tenuerat *Gronov.* *S.* — Attico civi patrium [imo, proprium] nomen Φόρμος rediit, quale Φορμίων et Φόρμις *Pausaniae* lib. V. 27. Namque Φίρμος, nec doctis latuit, latinae civitatis est. WESS.

8. πυνθάνοντκι παρὰ πυρσῶν) Aldinum Περσῶν optime *H. Steph.* in exilium egit; si qui insuper δι᾽ πυρσῶν maluerint, uti *Arch.*, poterunt; nec tuto tamen. Quod ad ipsam Φρυκτωρίκς attinet rationem, de ea post *Bonav. Vulcanii* ad Auctor. Περὶ Κόσμου p. 207. et *Stanleii* in *Aeschyli* Agam. vs. 1. diligentem curam nihil adiungo, nihil etiam de *speculatoribus*, ἡμεροδρόμοις, iterum iterumque memorandis c. 192. et 219., quippe dexterrime a *Turnebo* Advers. XXVII. 7. et *Dukero* ad *Livii* lib. XXXI. 24. illustratis. WESS. — Genuinum est παρὰ πυρσῶν, et *Vallae* lectum: περὶ Περσῶν, et διὰ πυρσῶν, sunt a correctoribus. Eximie quidem usurpatur παρὰ ἐπὶ τῶν ἐμψύχων: *Homerus* tamen etiam scribit Πάρ νηῶν ἀνιόντες, Ἰλ. ξ'. vs. 28. Vulgo verbis μαθεῖν, πυθέσθαι, ἀκούειν, similibusque succedit παρὰ, iuncta tamen ἐμψύχοις. Ἐπὶ ἀψύχου posuit *Antiphon* pag. 112, 12., αὐτῷ ἐξουσία ἦν καφῶς εἰδέναι παρὰ τῆς βασάνου. Sicut *Soph.* habet πομποῖσι, pro διὰ πομπῶν, Antig. vs. 170. sic *Herod.* IX. cap. 3. πυρσοῖσι - - ἐδόκκε βασιλεῖ δηλώσειν. In bello Graeci quoque πυρσοῖς utebantur sive φιλίοις seu πολεμίοις: saepe meminerunt Tactici. Περὶ πυρσῶν qui egerint ubi indicantur a *Leopardo* Emend. V. c. XI., eàdem emendatur operà *Suidas*, in quo tum legebatur περὶ Πέρσῶν, quae hic apud *Herodot.* est *Aldina* lectio. VALCK. — Παρὰ πυρσῶν,

ab ignibus, ex ignibus cognoverunt, quasi dicas, *ab illis edocti. S.*

CAP. CLXXXIII. 8. τὸ δὲ ἕρμα σφι κατηγήσατο etc.) Scribi Cl. *de Pauw* voluit, ἐς τὸ δὲ ἕρμα: quod si schedae iuberent, ferri posset. [Si ἐς adiectum voluisset *Herodotus*, non ἐς τὸ δὲ scripturus fuerat, sed ἐς δὲ τὸ ἕρμα.] Sed κατηγήσασθαι his in Musis idem nonnunquam ac *monstrare* aut *praeeundo indicare*, sicuti lib. II. 49. et 56. VI. 135. Est certe prior ista divinatio multo tolerabilior, quam quidem sequens: τὸ δὲ ἕρμα σφι κατηγήσατο ἐὸν ἐν πόρῳ μάλιστα πάντων κύριον: *sed saxea pila illis viam monstrabat, exsistens omnium in traiectu praecipua:* ubi miror, *pilam*, de qua prius, huc advocari; *saxum*, quod intenditur, negligi: taceo, πάντων κύριον saxum inconmode dici, et mutationem nimiam minimeque videri necessariam. WESS. — Videtur (ut commode *Larcherus* observavit) saxum illud parum ac fere nihil super aquam eminuisse: quo magis necesse fuit, ut et indicaretur illud Persis ab homine locorum gnaro, et ut columna in illo erigeretur, qua de periculo monerentur navium gubernatores; quo spectat quod paullo ante dicebat Scriptor (*lin. 5 seq.*) ὡς σφι τὸ ἐμποδὼν ἐγεγόνει καθαρόν. *S.*

11. μεταξὺ Καστθαναίης) *Arch.* Καστανάιης urbis nomen vulgatius edit, in ea tamen scriptura non perseverans cap. 188. *Ephorus, Strabo*, et *Plinius* ex *Harduini* correctione, paria *Herodoto* faciunt. Videndus *Steph. Byz.* et *Holstenius* ibi. WESS.

CAP. CLXXXIV. 5. τὸν μὲν ἀρχαῖον ἑκάστων etc.) Sermonis hanc stribiliginem viderunt docti viri. Si existeret ὁ μὲν ἀρχαῖος ἑκάστων, et reliqua ad eum modum nominandi casu, quae *Pavii* opinio, lenius utique oratio volveretur. Namque ex praecedente εὑρίσκω pendere, quae nunc sunt, equidem haud crediderim. Ἀρχαῖον autem ἐθνέων ὅμιλον *multitudinem* adpellat, *quam Xerxes tota Asia excitatam secum trahebat.* WESS. — Nulla hic sermonis stribligo: recte atque ordine omnia procedunt. Accusativi illi, qui doctos turbarunt viros, utique a verbo εὑρίσκω pendent, quod e superiori formula, ὡς ἐγὼ συμβαλλεόμενος εὑρίσκω, hic veluti repetitum intelligitur, eâdem fere ratione de qua in Adnot. ad I. 58, 7. et passim alibi monui. Quo vero

clarius pateat orationis gressus, commodius fortasse tolletur levis illa distinctio, quam inter ὅμιλον et ἰόντα interserui. Immo vero, quod pro ἰόντα ὅμιλον, quod olim vulgabatur, cum nostro cod. *F.* ὅμιλον ἰόντα edidi, videbatur quidem ea ratione paulo lenius faciliusque fluere oratio: sed nunc maxime recordor, amare Nostrum eiusmodi traiectionem verborum qualem hic alii praeferunt codices; adeoque ἰόντα ὅμιλον restitutum velim auctori. *S.*

[8. ἐπιβάτενον) De *propugnatoribus* sive *militibus classiariis* sigillatim poni hoc verbum ad c. 96, 1. recte a *Wess.* monitum est, atque eodem modo hic intelligendum id verbum. Qui vero mox (*lin.* 9 *seq.*) nominantur *ducenti* ἐπιχώριοι ἐπιβάται, non debebunt, puto, *propugnatores* et *armati milites* intelligi, sed *nautae* et *remiges.* In quaque triremium Atticarum ad Salaminem, teste *Plutarcho*, (in Themist. p. 119. B.) nonnisi *octodecim propugnatores* erant, in quibus quatuor sagittarii, reliqui graviter armati. (Conf. *Potter* Archaeol. Graec. lib. III. c. 18.) In Persicis navibus soli illi *triginta*, quos modo dicebat Noster, *propugnatores* fuisse videntur; licet reliquos etiam *ducentos* deinde c. 185, 15. et 186, 5. in universo τῶν μαχίμων ἀνδρῶν numero comprehendat Scriptor. *S.*]

13. προσθήσω δ' ἔτι τούτῳ) Sic recte scribitur in marg. *Steph.* ut infra hoc cap. προσθήσω δ' ἔτι τούτοισι - - - πλῆθος ποιήσας διςμυρίους ἄνδρας. Nostro loco ποιήσας (intermedia paulo forsan aliter scripta dabunt Codd.) ἀν' ὀγδώκοντα ἄνδρας ἑκάστας, *ponens in earum singulis fuisse viros octoginta.* Ποιῆσαι, pro τιθέναι, *ponere, fingere,* [*sumere,*] similiter adhibetur *Demostheni* c. Leptin. p. 279, 36., εἰσὶ τῶν ξένων ἀτελεῖς, δίκα θήσω' - - - καὶ μὴν τῶν γε πολιτῶν οὐκ εἰσὶ πέντε ἢ ἓξ· οὐκοῦν ἀμφοτέρων ἐκκαίδεκα· ποιήσωμεν αὐτοὺς εἴκοσιν: *ponamus illos esse viginti. Faciamus,* quod est in scripto Codice, dederat, opinor, *Cicero,* ubi vulgatur *facimus,* de Nat. Deor. I. c. 30. *Age et his vocabulis esse Deos faciamus, quibus a nobis nominantur;* id est *fingamus. Cicero* ad Fam. I. Ep. 12. *Eum te esse finge qui sum ego. Fac* occurrit frequentius. Tuscul. III. 18. *fac sane esse summum bonum non dolere.* καὶ δὴ Graecis adhibentur in eumdem usum: *Eurip.* Med. 386., Καὶ δὴ τεθνᾶσι' τίς με δέξεται πόλις; *sed sint sane mortui.* Helenae vs. 465. Καὶ δὴ παρεῖκεν: *Fac sane eum con-*

cessisse. In animosa *Xenophontis* Imperatoris oratione Ἀναβ. V. p. 214, 21. Ποιῶ δ' ὑμᾶς (scrib. ποιῶ δὴ ὑμᾶς) ἐξαπατηθέντας - - ὑπ' ἐμοῦ ἥκειν εἰς Φᾶσιν· καὶ δὴ καὶ ἀποβαίνομεν εἰς τὴν χώραν. *Herod.* infra, c. 186., καὶ δὴ σφέας ποιέω ἴσους ἐκείνοις εἶναι. VALCK.

26. πλῆθος συνειλέγμενον) Nihil hoc verius esse, praemissa declarant. Certissimum praeterea [*lin.* 28.] καὶ δικαίης ex computatione, quam καὶ δικαίδας δύο manifesto violant, praecedente: ad calculos qui sederit, haud dubitabit. WESS. — Colligitur sane universa ista summa 2317610 ex summis particularibus ante positis. Conficiunt enim

1207 M 200 (*lin.* 3 *seqq. huius cap.*) . . .	241400
1207 M 30 (*lin.* 8 *seqq.*)	36210
3000 M 80 (*lin.* 13 *seqq.*)	240000
Unde prodit summa copiarum navalium (*lin.* 18 *seqq.*)	517610
His accedunt pedites (*lin.* 21. coll. *c.* 60.) .	1700000
equites (*lin.* 22. coll. c. 87.)	80000
camelis et curribus vecti (*ibid.*)	20000
Unde prodit copiarum ex Asia transductarum summa, quae hic subducitur	2317610
Iam his porro accedunt navales copiae ex Thracia et vicinis insulis, 120 M 200 (*cap.* 185, 1 *seqq.*)	24000
et terrestres copiae ex eisdem regionibus (*c.* 185, 7 *seqq.*)	300000
Unde *hominum armatorum* (in quorum quidem numero etiam remiges comprehenduntur) prodit summa (*cap.* 185, 55.)	2641610

Qui numerus duplicatus dat hominum summam 5283220 *cap.* 186. memoratam. Conf. c. 103, 19 seq. ibique notata. *S.*

CAP. CLXXXV. 3. δόκησιν δὲ δεῖ λέγειν) Ingratissima vocum est δὲ δὴ δεῖ copulatio atque adhaesio, soli accepta *Med.* ferenda: nam *Pass.* δὴ, scribentis lapsu, ex δεῖ, (uti saepius haec permutantur) venit. Prudenter Lichas Sophocleus, ταυτὸ δ' οὐχὶ γίγνεται δόκησιν εἰπεῖν, πρᾶξαι βεβῶσαν λόγον, Trachin. vs. 432. WESS.

7. δισμύριοι) Hactenus in numeris constans duravit consensio. Nunc τρισμύριοι *Arch.* turbant, et catalogum nimium adaugent. Si in singulis enim navibus duceni nautae, sicuti supra finivit, centum viginti naves dabunt viginti quatuor millia, reliquorum Codicum conspiratione bene firma; adde, quamquam non adparet in his fuisse navibus, adde tamen singulis triginta propugnatores, haud illi aequabunt decem millia, quibus numeri instruuntur atque augentur. An ergo pro centum viginti navibus paullo ante numerandum censuit scriba *Arch.* ἑβδομήκοντα καὶ ἑκατόν, *centum et septuaginta?* Nihil quidem isthic mutat, et eo tamen navium e numero triginta quatuor illa millia supputando procedunt. Indidem in consummatis, quas mox dabit, copiarum omnium rationibus incrementa denûm millium, summatimque 5303220. Quod ille quidem modo secum ferme consentit, nec efficit, ne nihil in catalogo difficultatis insideat. Choenicum certe post pauca enumeratio et medimnorum hac *Arch.* auctione non adiuvatur. WESS.

9. Βρύγοι) Iidem lib. VI. 45., ubi docte *Valckenarius* Φρύγοι *Strabon.* VII. p. 502. de sententia *Casauboni* Βρύγοι fuerunt. *Appianus* Bel. Civ. II. [cap. 39.] p. 743, eosdem Φρύγας ἐκ Φρυγῶν ἐπανιόντας dicit. Vid. supra cap. 170. WESS. — Apud *Appian.* Βρίγας nobis dedere meliores libri. *S.*

CAP. CLXXXVII. 8. προδοῦναι τὰ μέτρα τῶν ποταμῶν ἐνίων) *Vallam*, perperam ista vertentem, egregia Gu. *Budaei* de Asse p. 139. humanitas in viam revocavit. Quod *Th.* habet *Magister* ποταμῶν ἔστιν ὧν, *Pass.* stabilit; et manus *Herodoteae* videbatur Cl. *Oudendorpio*, speciose magis quam vere: in *Thucydid.* III. 92. aliisque ea formula. WESS. — Varia lectio duplex est in marg. Ed. *Steph.* ἔστι τῶν, et ἔστι ὧν. Ubi *Thomas Magist.* in Προοίμιον, citans Herodotea, habet ἔστιν ὧν, hoc *quin ab Herodoti manu sit vix dubitat Oudendorpius*: doctissimo viro placuit, quod saepe legerat apud scriptores Atticos, restituendum *Aeliano* de Nat. An. XVII. c. 19. pro (ὀρνίθων) ἐστὶν ὡς. Hic illud ut legitimum crederemus, primum monstrandum erat, hunc etiam Herodoteum fuisse scribendi morem; deinde, hac illud in sede convenire. Sed, nisi valde fallor, neutrum

poterit ostendi: ex aliis multa sunt ad manum; nihil huius generis ex *Herodoto;* sed fieri facile potest, ut hac in parte fallar. Verum illud contendo, neque ἰνίων, neque ἔστιν ὧν, hic congruere. Graece dicitur, ἔνιοι τῶν ποταμῶν, non item οἱ ποταμοὶ ἔνιοι. *Herodotum* ego scripsisse puto, προδοῦναι τὰ ἥμισυ τῶν ποταμῶν: effatum illud generale limitatum ab eruditulo lectore, adiecta voce ἰνίων vel ἔστιν ὧν. Recte *Thomas* Προδοῦναι hic interpretatur ἐνδοῦναι καταπεπίνται τῷ στρατοπέδῳ. Significatur vel flumina *defecisse;* vel *destituisse*, si nempe repetas e vicinia τοσαύτας μυριάδας: hac potestate activa verbum usurparunt *Aristophanes*, *Xenophon*, *Demosthenes*, aliique. VALCK. — Vide *Var. Lect.* nec fere dubitabis puto de veritate scripturae ἔστι τῶν: cuius formulae in locum, Ionibus propriae, alii ἔστιν ὧν, alii magis etiam communem ἰνίων substituerunt. *S.*

10-14. εἰ χοίνικα πυρῶν ἕκαστος *etc.*) Detegendus calculi error est, a *Budaeo* et *Io. Laurenbergio* Otii Sorani p. 5. perspectus. Si choenices quadraginta octo medimnum, quod *Pollux*, *Harpocration*, atque hoc de grege alii asseverant, absolverit, patet medimnum tritici in milites XLVIII. erogari quot diebus solitum: ex quo, initis ex medimnorum hic signatorum numero rationibus, colligere licet, militum, in exercitu Xerxis merentium, 5296320. fuisse capita; atqui recensentur duntaxat 5283220; superant ergo choenices numerum hominum tredecim millibus et centum. Fac fuisse, quorsum schedae *Arch.* nos trahunt, omnem militantium ad 5303220 turbam, deerit diurnum sex millibus et nongentis militibus dimensum: nam, quae minime fallax Cl. *Askew* adnotatio, tot choenices ad eam summam desiderantur. Liquet calculi error; ubi commissus, non item. WESS. — Videtur ipse *Herodotus* in subducendis calculis leviter errasse. Quod si *pro singulis hominibus in singulos dies choenix* requirebatur, qui est *quadragesima octava pars medimni*; requirebantur pro 5283220 hominibus quotidie *medimni* 110067 cum 4 choenicibus; ut subiectum schema ostendit:

$$\begin{array}{r|l} 5283220 & 48 \\ 4\ 340 & 110067 \\ (4 & \end{array}$$

lam quum loco numeri 67 numerum 340 ponat Scriptor, manifestum fit, puto, oblitum illum esse postremum numerum 340, uti par erat, per 48 dividere. *S.*

CAP. CLXXXVIII. 6. πρόκροσσαι ὁρμίζοντο ἐς πόντον) Loci sententiam *Portus* bene vestigavit. Πρόκροσσαι *naves, quarum prorae ponto obversae erant, cum reliquae stationem ad littus haberent. Homeri* versus Iliad. Ε'. 34 seq. habent simile quidpiam, nec prorsus tamen, naves certo ordine subductas describentes. Multa ibi *Eustathius.* Eleganter *Agathocles Babylonius*, καὶ οἱ Κυζικηνοὶ ἐξορμήσαντες ἐπ' αὐτὸν (Pytharchum tyrannum) ἐβοηδρόμουν, πρόκροσσοι φερόμενοι ἐπὶ τὸν κίνδυνον: *summo inpetu*, sive, *obversis*, qualis arietum pugna, *frontibus*, in *Athen.* lib. I. p. 30. *a.* WESS. — De isto vocabulo, cuius propria vis minime in liquido est, iam supra ad IV. 152, 17. disputavi. Illud quidem perspicuum videtur, non satis esse quod *naves* πρόκροσσας *Wess.* cum *Porto* intelligit *quarum prorae ponto obversae erant*: nam et, quae proxime terram stabant, perinde ponto obversam proram habebant. (conf. ad VI. 115, 2. notata.) Nec *Suidae* interpretatio (Πρόκροσσαι· ἄλλη ἐπ' ἄλλῃ) satis facere videtur. Quod si enim nihil aliud significaret id vocabulum, satis fuerat quod paulo ante planissimis verbis scripsit *Herodotus*, ἄλλαι ἐπ' ἐκείνῃσι. Quare mihi probabilissima illa ratio visa est, qua πρόκροσσας νῆας apud *Homerum* veteres Critici κλιμακηδὸν *locatas* interpretantur; quod gallice *par échelons* diceres, latine equidem *in quincuncem locatas* reddidi, sed id ita intelligens, ut de *octo seriebus* sive *ordinibus*, quos memorat Scriptor, quilibet ordo anterior una navi minor sive brevior esset quam consequens ordo, utque adeo veluti trianguli aequilateri (nunc quidem truncati) formam referret universa classis. Videndumque ne simili quadam ratione, qui apud *Athen.* lib. I. p. 30. dicuntur πρόκροσσοι impetum fecisse in hostem, intelligendi sint *facto cuneo irrupisse.* His ita perscriptis, nunc demum animadverto, eamdem in sententiam vocab. πρόκροσσαι a *Reiskio* esse expositum. „Πρόκροσσοι, ait, di„cuntur res omnes *seriatim* et *per gradus porrectae et pro„cedentes*, ita ut, quo magis procedatur in altum eo res „magis introrsum recedat, et quasi minuatur, ut sunt gra„dus scalarum ad plani inclinati modum positarum." *S.*

8. τῆς θαλάσσης ζεσάσης) *Longini* κακόστομον elegantissimae dictionis tantum modo in repetitis toties sibilantibus est literis, quas alii ad aestuantis stridorem maris aptissimas putarent; namque, uti Latinis *fervere mare*, *fervor maris*, ita κύματα *Gregor. Naz.* Stel. I. p. 55. B. ἐπὶ πολὺ μετεωριζόμενα καὶ ἀναζέσαντα: et *Liban.* T. II. p. 516. C. ἐν ζέοντι τῷ κλύδωνι, parili translationis figura. Ventus ex septemtrione et Hellesponto flans, proptereaque *Hellespontias* dictus [*lin.* 10.] Atticae regioni marisque Aegaei insulis gravis et damnosus accidebat, *Aristotele* Problem. XXVI. 67. p. 198. ed. *Sylb.* docente. Iucunda sunt *Aristidis* in tempestatis ἐκφράσει ad Arginusas, ἄχρι μὲν - - - ὤδινεν ἡ θάλασσα, καὶ κατίβαινεν Ἑλλησποντίας λαίλαπας, apud *Hermogenem* Form. Orat. I. 5. p. 280. WESS.

[15. ὅσας δὲ τῶν νεῶν μεταρσίας ἔλαβε) In hoc interpretando loco dormitans equidem, et vocab. μεταρσίας pro ἐπικαρσίας accipiens, *obliquas* in latinis nostris posui, pro eo quod recte *Gronov.* dederat, *quas naves ventus in alto nactus est*: pariterque iam olim *H. Stephanus*, quum *Valla* minus recte *anteriores* interpretatus esset, monuerat oportuisse *altum tenentes*. *S.*]

16. πρὸς Ἱπνοὺς καλεομένους) Adumbravit hinc sua *Strabo* lib. IX. p. 675. D. [p. 443. D. ed. Cas.] sed praeter alia, ὁ δ' εἰς Ὑπνοῦντα τόπον τραχὺν τῶν περὶ Πήλιον παρενεχθείς: ubi eam varietatem librariis inputandam monuit Vir magnus. Favet Geographo aliquantulum πρὸς Ὑπνους *Vindob.*, neque omnino tamen. WESS. — Ἱπνεῦντα habet nupera *Strabonis* editio Lipsiensis, praeeuntibus nonnullis codicibus. *S.*

17. περὶ αὐτὴν τὴν Σηπιάδα) Ex Codd. decernendum, αὐτὴν scripserit, an ἀκτὴν, an ἄκρην τὴν Σηπιάδα: in quibus permutandis saepius errarunt librorum scriptores. Σηπιάδος ἀκτῆς meminit Noster c. 183. et 191. Aliis ἄκρα ἐν Μαγνησίᾳ dicitur Σηπιάς: vid. Clar. *Wess.* ad *Diod.* T. I. p. 413. [lib. XI. c. 12.] et *Cellar.* Geogr. Ant. T. I. p. 870. Hic narrata spectans *Clemens Alex.* Strom. VI. p. 753, 36. (οἱ ἄνεμοι) πνεύσαντες, inquit, ἐβίωμένως περὶ τὴν Σηπιάδα ἄκραν συνέτριψαν πᾶσαν τὴν παρασκευὴν τοῦ Περσικοῦ στόλου. Eadem obversabantur *Straboni* IX. p. 675. C. ubi Xerxis στόλος partim dicitur ventis εἰς Ἱπνοῦντα τόπον τραχὺν τῶν περὶ Πήλιον παρενεχθείς: sic vocasse locum videtur *Strabo*: *Hero-*

detur; quod *Casaub.* monuit, naves partim scribit delatas πρὸς Ἰπνοὺς καλουμένους τοὺς ἐν Πηλίῳ. Pelii montis Ἰπνὰ apte dici potuerunt, instar similium, Ἰπνόεις vel Ἰπνοῦς. VALCK.

129. πῆν τι τοῦ etc.) Dederat Scriptor accuratissimus: ἦν τι τοὶ σεῦ χειμῶνος χρῆμα ἀφόρητον: duae hic quoque literae sunt a vicinis absorptae, quas postulat sermonis genius. Contra χρῆμα πολλὸν πεῶν et similia recte scripta leguntur in huius Ed. p. 319. n. 22. [VIII. 43, 18.] Sed p. 252, 87. [III. 109, 14.] πολλόν τι χρῆμα τῶν τίκτων: ut *Xenoph.* p. 23, 2 δὲ χρήσιμον τῶν παίπαλού τι χρῆμα. ἄπειρόν τι χρῆμα νεημάτων, *Dionys. Halic.* II. p. 249, 1. Hinc etiam diversum hoc in loco τὸ τοῦ χειμῶνος χρῆμα, comparandum cum *Aristophaneis*: τὸ χρῆμα τῶν νυκτῶν· τὸ χρῆμα τῶν κόπων· τὸ χρ. τοῦ πλουσίου τος. ἀσκητικὸν τὸ χρῆμα τοῦ νοσήματος. VALCK.

130. CAP. CLXXXIX. 4. τὸν Γαμβρὸν ἐπίκουρον καλέσασθαι) Oraculo iussi, *Boream* intellexerunt Athenienses, qui κῆδος συνῆψε τοῖς Ἀθηναίοις, ἀγαγόμενος Ὠρείθυιαν Ἐρεχθέως, *Schol.* in *Soph.* Antig. 978. atque adeo generum Erechthei, Erechthidarumque affinem: *Suidas* videatur in Γαμβρὸς, qui in voc. Ἄφικτος oraculo Deum iussisse scribit, ἀνέμῳ συγγενεῖ θύειν· εἶναι δὲ συγγενὴς λέγεται (ὁ Βορέας) διὰ τὴν Ὠρείθυιαν. Ubi dicitur Themistocles *Aristidi* T. III. p. 349. στησάμενος τὴν ναυμαχίαν κατὰ νοῦν τοῦ πνεύματος: *Schol. Ms.* οὕτω φησὶν ἵστασαι τὰς ναῦς, ὥστε ἔχειν Βορέαν ὄπισθεν, ἵνα προσβαλὼν τοῖς Πέρσαις ὀξέως ἐπέλθοι· ποῦτο δὲ φησὶν ἀπὸ τοῦ μύθου, ὅτι ὁ Βορέας ἐραστὴς ἦν (ὧν) Ὠρειθυίας - - - συνέπραξε τοῖς Ἀθηναίοις· τούτου δὲ ὁ Ἡρόδοτος οὐ μέμνηται. Ob opem sibi latam Boreae sacellum ad Ilissum sacrarunt Athenienses iuxta *Herodotum*: [*lin* 16 *seq.*] neque tamen illud valde frequentatum aestimes e Phaedro *Platonis* p. 229. ubi ignoranti locum Phaedro, e quo puellam rapuerit Boreas, digito demonstrans Socrates, καί πως τῆς, ait, ἵστι βωμὸς αὐτόθι Βορέου. vid. *Meurs.* Att. II. c. 5. Secundum *Pausan.* II. p. 138. in monte Sicyoniae βωμός ἐστιν ἀνέμων: et in foro Coronese, lib. IX. p. 778. Megalopolitae apud eumdem VIII. p. 673. θεῶν οὐδενὸς Βορέαν ὕστερον ἄγουσιν ἐς τιμήν. VALCK.

131. κατὰ δὴ τὸ κῆδος τοῦτο) *Pausanias* hinc, Boream Atheniensibus διὰ τὸ κῆδος ἀμύναντα τῶν τριήρων τῶν βαρβαρικῶν ἀπολέσαι πολλάς, prodidit lib. I. 19. p. 45. Proximum

ὡς φάσις ὥρμηται [*lin.* 7.] relinquo. Quod si multitudinis numero φάσις haberetur, alienum ὡρμίσατο haud foret, nunc secus. Vid. lib. V. 104. WESS.

14. οὐκ ἔχω εἰπεῖν) Caute satis. Βοιτιαστῶν Atticorum, de quibus Cl. *Alberti* ad *Hesychium* in Voc., et doctissimi viri in *Aelian.* Var. XII. 61., alii diversiorem perhibebant originem. Praeterea Delphis ex responso Apollinis Persicae classis damnum arcessebant in *Clement. Alex.* Strom. VI. p. 675. Ut autem post deinceps [*lin.* 16. pro ἀπολέντες] ἀπιλθόντες, nempe Ξέρξιω, pingatur, [aut ἀπιλθόντων, scil. βαρβάρων: quorum alterutrum *Reiskius* maluerat,] urgentem non video necessitatem. WESS.

CAP. CXC. 2. τετρακοσίων οὐκ ἐλασσόνων) De *numero fractarum navium* gemina *Diodorus* XI. 12. WESS.

8. χρύσια ἄφατα χρήματα) Ex his ἄφατα abesse dicitur Codice *Med.*; omissam mallem vocem χρύσια, paulo ante positam. Hic certe scribi potuit: ἄλλά τε ἄφατα καὶ χρήματα περιβάλετο: *tum aliarum rerum affatim tum nummorum sibi comparavit.* καὶ χρήματα praebet *Plutarchus* T. II. p. 864. c. VALCK. — Unde καὶ ante χρήματα in *Plutarchi* codices (qui perpauci hodie supersunt) invectum sit nescio: illud video, *Herodoteos* omnes coniunctivam illam particulam ignorare. Χρήματα non modo *pecunias* dici, sed *quaslibet res pretiosas*, iam saepius in his Musis observavimus. Video etiam, apud eumdem *Plutarchum* (paulo post) τὰ χρυσᾶ χρήματα legi, nullâ interiectâ coniunctivâ particulâ. *S.*

10 *seq.* ἦν γάρ τις καὶ τούτῳ (τοῦτον placet ex marg. *Steph.*) ἄχαρις συμφορὴ λυπῦσα παιδοκτόνος. Haec si sic Latine legantur, ut convertenda censeo, *nam angebatur ob liberos dira quadam calamitate necatos;* non ipse *Aminocles* haberi poterit παιδοκτόνος: qualem dum habuisse videtur, sumpsit hinc occasionem *Plutarchus* criminandi *Herodotum*, tanquam studiose quaerentem locum, ἐν ᾧ θήσεται τὴν Ἀμινοκλέους παιδοφονίαν: hanc indignatus immixtam narrationi p. 871. B. Lapsus in minutis *Palmerius* se obiecit *Plutarcho;* cui defensor venit *Reiskius* Anim. ad Gr. Auctor. T. II. p. 523. VALCK.

11. τοῦτον ἄχαρις συμφορὴ λυπῦσα παιδοφόνος) Arbitror τοῦτο praestare. ἐλύπει τοὺς Ἕλληνας et μᾶλλόν σφεας ἐλύπει lib. IX. 49. *Plutarchi* Codices [apud quem quidem τούτῳ

legitur in plerisque editionibus,] eodem tendunt. [Quae τούτῳ huc invexerunt, ad verbum ἦν retulerant hunc dativum: rectius vero iuncta intelliguntur ἦν λυπροῦσα.] Quam autem vellem, ab his ille vellicandis manum abstinuisset: malignitatis profecto dum *Herodotum* proterve arcessit, eiusdem criminis culpam sustinet. Postulat-ne παιδοκτόνος eius συμφορή, ut Aminocles παιδοφονίας, sive, *caedis liberorum*, in reatu sit? Equidem, etsi dictio ex ambigue aliquid offert, non opiner. Ἄχαρις συμφορὴ παιδοφόνος, *ingratam calamitatem, liberos occidentem*, unice exprimit; quae quidem Aminoclem, alioqui opum copia fortunatum, sed casu liberis orbum, contristabat. Confer vindicias *Herodoto* a Nob. *Palmerio* paratas, Exerc. in Gr. Auctor. p. 37. WESS. — *Plutarchum Reiskius* (loco a *Valck.* citato) contra *Palmerium* hactenus defendit, non ut malignitatis patrocinium suscipiat, qua *Herodoti* hac in re commemoranda consilium interpretatur Chaeronensis Polyhistor; sed ut contendat, recte illum interpretatum esse sententiam verbis istis *Herodoti* ἄχαρις συμφορὴ παιδοφονίη, sive (ut apud *Plut.* legitur) παιδοκτονία. „Ego quidem, ait, nullus dubito ex *Herodoti* „verbis hoc effiecre, *liberorum Aminoclis aliquem patris ma-* „*nibus*, quacunque demum causa vel ratione, *periisse*.“ In quo quidem verissime iudicasse mihi videtur Lipsiensis ille olim praeceptor meus, Vir optimus doctissimusque. Quisquis citra praeiudicatam opinionem *Nostri* verba I. 41, 3. coll. cum I. 35, 2. et lin. 10 *seq.* item III. 50, 1 seq. coll. cum c. 52, 16. consideraverit, de veritate huius interpretationis nullus, puto, dubitabit. *S.*

CAP. CXCI. [7. ἔντομά τι ποιοῦντες) De ista formula vide ad II. 119, 10. notata. *S.*]

7 *seq.* καταιδοῦντες γόησι τῷ ἀνέμῳ οἱ Μάγοι) Nulla in schedis variatio. Qui morbosa haec putant, aut γοητείαις, *praestigiis*, aut χοαῖσι, *libationibus*, quamquam haesitantes, uti Cl. *Reiskius*, illa reficiunt. Contra ea, nihil admodum novans, Cl. *de Pauw*; καταιδοῦντες γόησι - - - οἱ μάγοι, *incantantes ventum cum praestigiatoribus*, vertit, hoc uno anxius, quod *magi* ab *incantatoribus* distinguantur: fieri tamen potuisse, ut illi, inter Persas honoratiores, sub se γόητας, vilioris conditionis sacrificos, habuerint. Quod equidem, etsi auctoritate carens, non infitias ibo; opinatus, ne nihil dixisse videar,

καταιδόντες γόητι idem esse ac γόοισι, h. e. *sacro* quodam *ululatu*, unde ipsi γόητες nomen habent: huic sane in magicis incantationibus sacrisque suis olim usus; sicuti ἐντέρεος lib. II. 119. Non nescio, γόην alibi haud inveniri; quam tamen ex γοάω formari potuisse, quis neget? Restaret καταιδῶν tertio nexum casui, nisi *Portus* id cum κατευχλῶν similis apud *Herodotum* structurae conposuisset. Atque hoc si inprobetur, τοῦτο μὲν ἐν τῷ ἀναφεῖ κείσθω. WESS. — Dativus τῷ ἀνέμῳ est ex Herodoteo more scribendi, neque debet adeo sollicitari. [Vide ad VII. 9, 5. notata.] Ingeniose *Reiskius* tentabat χοῇσι: sic dicerentur *factis libaminibus incantantes ventum*. *Euripidis* Iphigenia in Tauris vs. 1337. Ἀνωλόλυξε, καὶ κατῇδε βάρβαρα Μέλη, μαγίσσουσ': *ululatu barbarico magicos cantus* (*Seneca* Med. 684.) *occinebat*: ita corrigo vulgatum μαντίσσουσ', illinc alienum. Καταίδειν, *occinere*, iuxta *Budaeum*, *Herodotus* posuit pro *incantare*. Filiam mactatam putabat ad ventum sedandum *Aeschyli* Clytaemnestra in Agam. vs. 1427. ἐπῳδὸν Θρηκίων ἀημάτων, ut optime restituit *Gul. Canterus*. Apud Sicyonios sacerdos sacra faciebat, ἡμερούμενος τῶν πνευμάτων τὸ ὄργιον· καὶ δὴ καὶ Μηδείας, ὡς λέγουσιν, ἐπῳδὰς ἐπᾴδει, *Pausan.* II. [c. 12.] p. 138. VALCK. — *Wesselingii* coniecturam γόοισι probat *Schneider* in Lexic. crit. De scriptura autem vocabuli tenendum, in edit. quidem *Ald.* et aliis γόητι cum iota subscripto pingi, incertum vero esse, utrum nostri item libri iota hic subscriptum aut ad latus positum agnoscant, an suo arbitratu primus Editor illud adiecerit. Nostra quidem membrana F. quae plerumque alioquin, ubi opus est, iota ad latus scriptum habet, hic illud ignorat. Itaque verum fortasse fuerit γόησι, quod et *Pearsius* probavit, et nos eum *Schaef.* edidimus: nec vero hoc ego *cum praestigiatoribus*, sed *per praestigiatores* latine reddendum censeam. Fuerint autem forsan γόητες *classis quaedam Magorum*. *S.*

10. ἐκόπασε) Nullum *Longini* ἐκόπασε in schedis patrocinium adipiscitur: *Scholiastes* praeterea *San-German.* ἄνεμος ἐκόπασε hinc excerpsit. *Abydenus*, τρίτῃ δὲ ἡμέρῃ ἐπεί τε ὧν ἐκόπασε *tempestas* eluvionis caussa, in *Euseb.* Pr. Evang. lib. V. 12. Et *Aelian.* apud *Suidam* voc. Ἐστόρησε: οἱ δὲ ἄνεμοι πυρπνοήσαντα ἐκόπασαν καὶ τὸ κῦμα ἐστορέθη: quo de genere alia *I. Iac. Wetsten.* ad *Matth.* c. XIV, 32. WESS.

Ibid. ἢ αὐτὸς ἑκὼν ἐκόπασεν) *Aut sponte sua* velut *lassus conquievit ventus.* Tanquam ἄνεμον τὸ Κοπιάσαι (ἐκοπίασε legisse videtur) καὶ ἰδιωτικὸν hic notavit *Longinus* π. Ὕψ. κεφ. 2. Legitur in Ev. *Matth.* XIV. vs. 32. ἐκόπασεν ὁ ἄνεμος, et alibi, apud Clar. *Albertum* ad *Hesych.* in loc. et *Wetstenium.* Reprehendendus idcirco *Longinus* illis videri poterit, qui in libris nostris sacris, ad populi captum sapientissime scriptis, voces tamen notatas nolunt ut ἰδιωτικὰς, quique, bonum *Thomam Mag.* supra modum super criminati, incogitanter Atticam verborum etiam venantur elegantiam, ubi sola rerum erat quaerenda puraque disciplinae magnificentia. VALCK.

CAP. CXCII. 9. ἰναυλόχιον, Ποτιδέωνος σωτῆρος etc.) *Pallas* Latina, *Stationem habuere ad templum Neptuni cognomine Servatoris*, servari non debuerant: quid enim hic de Neptuni ad Artemisium aede? Solum Σωτῆρος Neptuni cognomen describitur. Itaque mutavi, ne prona sit erroris, quae et illustr. virum Dissert. VII. Us. et Praest. Num. p. 416. abstulit, occasio. WESS.

CAP. CXCIII. 1 seq. ὡς ἐκαύσατό τι ὁ ἄνεμος, καὶ τὸ κῦμα ἕστρωτο) *Eustath.* in Od. γ'. p. 119, 38., Ἡσίοδος εὐδίαν φράζων φησὶν, ἐκαύσατο (sic Ἐκόπασεν reddidit *Hesych.*) ἄνεμος, καὶ τ. κ. ἕστρ. His usus est inimitabilis *A. Schultens* ad *Iobi* XXX, 27. vid. *St. Bergler* in *Alciphr.* p. 2. Docte *A. Gellius* Noct. Att. II. 30. *Fluctus. - - - simul ac ventus posuit, sternuntur et vonflaccescunt, et mox fluctus esse desinunt.* κύματα οὐκ ἔτι εἰσὶ κύματα, aequore nempe *pacato. Stratum aequor* attigit *I. F. Gronov.* Obs. III. c. 22. Tueri voluit vir clar. *P. Burm.* in *Ovidii* Her. XV. vs. 213. vulgata: *Solve ratem; Venus, orta mari, mare praestat amanti*: me iudice recte diceretur, *mare praestet aequor*; ut Metam. XI. 749. *ventos arcet Aeolus egressa, praestatque nepotibus aequor*; id est ἀκύμονα Πόντου τίθησι κῶτα, *Eurip.* Iph. in Taur. 1445. Sed in altero loco legendum, partim cum *Slichtenhorstio: Venus, orta mari, mare sternet amanti*: sic Epist. XIX. vs. 16. *auso Venus ipsa favebit; sternet et aequoreas aequore nata vias.* VALCK.

6. ἐπὶ τὸ κῶας ἔπλευσε ἐς Αἶαν) Dum *ad aureum vellus petendum Aeam navigabant*: id enim semper notat in talibus ἐπὶ; ἐπὶ τὸ κῶας, ἐπὶ τὸ νεῖκος πλεῖσαι. Poëtis μετά: *Theocriti*

XIII. 116. Ἀλλ', ὅτε τοι χρύσειον ἔπλεε μετὰ κῶας Ἰήσων Αἰσονίδης, σὺν δ' αὐτῷ ἀριστῆες συνίαινον. *Lecti iuvenes, Argivae robora pubis, Auratam optantes Colchis avertere pellem*, *Catullo* Carm. LXIII. 5. *Theocrito* praeivit aliisque *Homerus* Od. δ. 184. Μόλον - - Ἐς Ταμέσην μετὰ χαλκόν: id est, ἐπὶ τὸν ἀπάξων χαλκόν. In *Theocriti* Παιδικαῖς: βαίνω - - - πίδα (id est μετὰ) Κίμβρων. Apud *Xenoph.* Ἀναβ. VI. p. 220, 31., ἔνθα λέγεται Ἡρακλῆς ἐπὶ τὸν Κέρβερον κύνα κατελθεῖν. *Aristoph.* Batr. vs. 111. πρὶν' ἄλλος ἐπὶ τὸν Κίμβρικον. Meminit peninsulae *Diodorus* XIV. p. 666, ὃ καὶ ὅπου φασὶν Ἡρακλέα τὸν ἐξ Ἅιδου Κίμβρικον ἀναγαγεῖν. Corrigatur *Herodoto* nostro tributus libellus de Vita *Hom.* p. 561, 36. [c. 17, 10.] ἐς δὲ τὴν Ἐρυθραίην τινὲς ἐπὶ ξύλου παρεπεμπέζοντο πλοῖα: male vulgatum, nuper etiam Londini, ἐπὶ ξύλου. In his ἐπὶ cum ἐς ponuntur ut nostro loco, et semper apud acquirationes, solos ferme dignos, quorum phrasis cum Herodotea componatur: *Thucyd.* IV. c. 13. ἐπὶ ξύλα ἐς μαχαιρᾶν (ut ἐς τυχισμόν, p. 406, 94.) παρέπεμψαν τῶν ἵππων τινας ἐς Ἀσίνην. *Xenoph.* Ἑλλ. V. p. 337, 2. πέμπουσιν - - ἄνδρας ἐς Παγασὰς ἐπὶ σῖτον: p. 260, 19. πέμψας τριήρεις ἐς Λακεδαίμονα ἐπὶ χρήματα: paulo post legitur, ἔπεμψε χρήματα ἄξοντας. *Aristoph.* Ἔκκ. 814. Ἔπειτ' ἐχώρουν εἰς ἀγορὰν ἐπ' ἄλφιτα. VALCK. — Notissimus et pervulgatus iste praepositionis ἐπὶ usus; quam quidem eodem modo, eâdem etiam ratione ad quam ista tam late disputantur, positam habemus, ἐπ' ὕδωρ πεμφθέντα, *aquatum missum*. S.

116. ἐπὶ τούτου δὲ τοῦ χώρου οὔνομα γίγονε Ἀφέται.) Sexcenties talem Scriptoris dictionem vidimus, monuitque vir Celeb. lib. IV. 45. Quo magis miror *Medic.* silentium, ni tamen excerpentis oculi aberrarunt, ἐπὶ, huic debitum loco, sequentibus, ubi omnes alii ἐν τούτῳ, tribuentes. Fieri id potuit. Ego Codicibus non reluctor, *Aphetas*que praetereo, notissimas *Apollonii Rh.* lib. I. 591. *Strabonis*, aliorumque explicationibus. WESS. — De ἐπὶ τούτου vide *Var. Lect.* S.

CAP. CXCIV. 4. ἔπεσον ἐς τοὺς πολεμίους.) Elegi simplex verbum. Ἐπιπίπτειν vim plerumque, quae hic nulla, ingruentium innuit, c. 189. et 210. [Sed peraptum huic loco ἐσέπιπτον.] Visum quoque [*lin.* 6.] verius Θαμαγόλου nomen, aliquid barbarici olens, cum ex interiore Bruttia Θωμαγόριον titulus descendat. WESS.

8. βασιλέων δικαστῶν) Vide supra, lib. III. 14, 31. Ὅτι, [ante ὁ Σανδώκης,] Codicum de sententia improbum, *Gronovio* consentiens eieci: neque displicuit [*lin.* 10.] λογιζόμενος. Restitutum autem fuit εὖ μὲ οἱ, ad nexum sermonis opportunum, atque ob εὖ μὲν pro Scriptoris adsuetudine necessarium, tum quoque ex Persicae huius clementiae declaratione lib. I. cap. 137. WESS.

10. λογιζόμενος ὁ Δαρεῖος πλέω ἀγαθὰ) Revocarem antiquam lectionem. *Reputans*, ἀναλογιζόμενος ὁ Δαρεῖος, [at in simplex λογιζ. consentiunt probatissimi quique libri,] εὖ μὲ οἱ πλέω ἀγαθὰ τῶν ἁμαρτημάτων πεποιημένα ἐς οἶκον τὸν βασιλήϊον. Antiquae videlicet Persarum legi Darius libenter obsecundavit; de qua, laudata I. 137., quaedam notata sunt in lib. VI. c. 30. sed praeter *Brissonium* citari debebat *Des. Heraldus* Advers. I. cap. 9. Horum non recordatus *Iac. Gronov.* in Addendis ad Notas suas in p. 57, 12. *Haec*, ait, *lex quidem fuit, sed quando observata?* Mox [*lin.* 12 *seq.*] *intellexisse* dicitur *Darius*, ὡς ταχύτερα ἢ σοφώτερα εἰργασμένος εἴη: sic enim omnino legendum, reiecta lectione *Flor.* [Vide *Var. Lect.*] Paulo post [*lin.* 16.] commode mihi Vir doctus emendasse videtur, ἔμελλε εὖ τὸ δεύτερον διαφεύγων περιέσεσθαι: et, ὡς γὰρ σφεας εἶδον προσπλέοντας οἱ Ἕλληνες. VALCK. — Ad διαφυγὼν ἔσεσθαι caute *Reiskius* adnotaverat: „Forte περιέσεσθαι." Speciosa utique coniectura, quam miror ne ullius quidem msti codicis auctoritate firmatam reperiri. Praeterita quidem verborum tempora frequenter per periphrasin effert Noster: quo de more ad I. 37, 7. post *Wesselingium* nonnihil disputavimus. Futuri temporis periphrasin, qualem hic habemus, [*lin.* 16.] διαφυγὼν ἔσεσθαι pro διαφεύξειν non memini alibi mihi observatam. *S.*

17. προσπλέοντας) Nescio cur προσπταίοντας, semper in offensione et clade, etiam c. 210., obvium, obtruserint? Quod boni commatis schedae liberaliter donant, *Pavius*, *Reiskius*, aliique iure laudarunt. WESS.

CAP. CXCVI. [4 *seq.* ἐσβιβλησάμην τριταῖος) δευτεραῖος, τριταῖος, plerumque *altero*, *tertio die a profectione*, significat: cui significatui hic non esse locus videtur. Potest vero τριταῖος perinde et *tertio die ante*, et *tertio die post*, significare: et mihi quidem adiectum verbum in

plusquamperfecto tempore (ἐσβεβλωκὼς ἦν) priorem notionem hic indicare visum erat. *S.*]

9. Ὀνόχωνος) *Tzetzae* in Lycophr. vs. 1424. Ὀνόχων, commentanti de Ilisso et Maeandro, a Xerxis exercitu potando exsiccatis, et *Herodoti* quidem fide, quae alios in amnes c. 42. et 109. dicta fuerunt. Οὐκ ἀπίσχησι τῇ στρατιῇ [*lin.* 10.] non turbo, quantumvis ἀντίσχησι tali in re cap. 127. et 187. Geminum ferme cap. 43., οὐδὲ ἀπίσχησι τῇ στρατιῇ - - - πινόμενος. Quod enim hic accessit τὸ βίβρον, ex tacito κατὰ pendere, doctrina *Porti* est. Adi *Abreschium* Dil. Thucydid. p. 127. WESS. — Conf. ad VII. 43, 3. notata. *S.*

CAP. CXCVII. 4. Ἀφλυστίου Διὸς) Suum *Iupiter* recuperabit Ἀαφυστίου nomen, indicatum in Diss. *Herod. Wess.* p. 123. VALCK.

Ibid. Ἀαφυστίου Διὸς) Habet suum sibi cognomentum *Iupiter*, ab *Holstenio* dudum laudatum. Ἀαφύστιον *Iovem* in Phrixi Hellesque fabula Critici *Apoll.* Rh. II. 655. et *Pausanias* Attic. cap. 24. (ubi *Kühnius* bene) norunt; Bacchum Ἀαφύστιον *Etymologus*. Mox [*lin.* 5.] μετέπειτα δὲ, in his libris rarius, neque nullius tamen usus, accipi pro bono poterit. WESS. — Vide *Var. Lect.* et conf. VII. 8, 8. *S.*

7 *seqq.* ὃς ἂν ἢ τοῦ γένεος τ. πρεσβύτ. *etc.*) Primum, quod sequitur τούτου, in τοῦτον leniter flectendum censeo: τοῦτον ἐπιτάξαντες ἔργεσθαι. Verbo ἐπιτάξαι, sicut verbo κελεῦσαι, quartus etiam casus adiungitur infinitivo sequente. [τούτῳ meliores libri dedere.] Deinde, ut locus detur istis, Λεῖτον δὲ καλέουσι τὸ πρυτανήϊον οἱ Ἀχαιοὶ, Herodotci non immemor moris, puto tamen praecedere debere mentionem λαίτου: hanc ego vocem in ista sede libenter collocarem, quam nunc occupat vox πρυτανήϊον, *Herodotum* hac ratione scripsisse iam olim suspicatus: ὃς ἂν ἢ τοῦ γένεος τούτου πρεσβύτατος, τοῦτον ἐπιτάξαντες ἔργεσθαι τοῦ λαίτου αὐτοὶ φυλακὰς ἔχουσι· Λεῖτον δὲ καλέουσι τὸ πρυτανήϊον οἱ Ἀχαιοί. *Quod esset populi, populicum*, sive *publicum*, τὸ δημόσιον, pro diversa pronunciatione vocis λαός, λεώς, λειός, dixerunt veteres, λεῖτον· λίτον· λεῖτον· λήϊτον· et λῆτον. Horum primum suis in libris saepius invenisse Grammaticos, *Hesychiana* monstrant, quae *Küsterus* et Eruditus noster *Dav. Ruhnken.* Epist. Crit. I. p. 54., redintegrarunt: Λεῖ-

τον, τὸ ἀρχεῖον· Λαΐτον, πρυτανεῖον· Λαΐτων, τῶν δημοσίων τόπων. Cetera *Piersonus* attigit ad *Moer.* Att. p. 252 seq. De Graecae civitatum *prytaneis* luculenta est *Is. Casauboni* Dissertatio Animadv. in *Athen.* XV. c. 19. [Vide Animadv. in *Athenaeum* T. VIII. nuperae editionis p. 556 seq.] Inventis *Casauboni* quaedam addiderunt alii. VALCK.

8. τούτῳ ἐπιτάξαντες) Pravum τούτου erat. Interpres *Apollonii Rh.* II. 655. in suam usque aetatem valuisse scribit: ἕνα τῶν Φρίξου ἀπογόνων εἰσιέναι εἰς τὸ πρυτανεῖον καὶ θύειν τῷ εἱρημένῳ Διΐ, h. e. Λαφυστίῳ, discrepans ab *Herodoto*, et de victima tacens, quam humanam fuisse viae duces Xerxem condocefaciunt, adfirmatque *Plato* in Minoë p. 315. c. καὶ οἱ τοῦ Ἀθάμαντος ἔκγονοι, οἵας θυσίας θύουσιν Ἕλληνες ὄντες: naturaque victimas eum eiuscemodi indicare, quae de crudelibus Carthaginiensium aris et inmolatis ibi Saturno liberis fuerunt praescripta, patefaciunt. WESS.

11. ὥστε τι πρὸς τούτοισι) Abbas *Melotus*, *Reiskius*, *Abreschius* ὥς τ' ἔτι πρὸς τούτοισι voces recte ordinant. Frequens πρὸς δ' ἔτι τούτοισι in talibus est, lib. III. 65. IX. 110. Ὡς continuat narrationem τῶν κατηγεμόνων, cuius initium, ὡς Ἀθάμας, tum ὡς ἐκ Θεσπροτίου, porro ὥς τ' ἔτι πρὸς τούτοισι, et in sequentibus similiter. Iam ἐσελθόντες *Arch.*, [*lin.* 14.] loco ἐσίλλοντο, cum Cl. *Pavio* repudio. Illi, qui ultro in prytaneum se contra legem penetraverant, mactabantur; qui aufugerant, reversi in idem deducebantur inviti ad simile supplicium. Hoc docebant οἱ κατηγεμόνες regem. WESS.

11 *et seqq.* ὥστε τι πρὸς τούτοισι) Intelligere haec se negat, qui supra tentabat corrigere πρὸς δὲ τούτῳ, p. 20, 43. [I. 41, 9.] Hoc nusquam apud *Herodotum*: frequentissime legerat πρὸς τούτοισι, *praeterea*, πρὸς τούτοισι λέγουσι I. 65. πρός τε τούτοισι [ibid. et cap.] 86. et 179. III. 45. et 142. etc. καὶ πρὸς ἔτι τούτοισι III. 65. πρός τε τούτοισι ἔτι I. 99. ἔτι πρὸς τούτοισι etiam apud alios. Scripserat et hic *Herod.* ὥστε τι, [immo divisis vocibus ὥς τε] ἔτι πρὸς τούτοισι, (nempe ἔλεγον,) πολλοὶ ἤδη τῶν μελλόντων θύσεσθαι δείσαντες οἴχοντο *etc.* In proximis [*lin.* 14.] nimis diu haesit ἐσίλλοντο: sinceram, ut puto, lectionem nobis servavit *Arch.* lectam *Vallae*, ἢν ἁλίσκωνται ἐσελθόντες εἰς τὸ πρυτανήιον: haec enim sic ex usu verbi ἁλίσκεσθαι coniungi debent; ut et sequen-

tio, [lin. 15.] ὡς θύεταί τι ἐξηγέοντο στέμμασι πᾶς πυκασθείς: *totus infulis coopertus.* Στεφάνοις πυκασθεὶς *Euripidis* est in Alc. 796., et vs. 832. καίρα στεφάνοις πυκασθείς. Κάρη στεφάνοις πυκάσασθαι praebet oraculum in *Demosthen.* Mid. p. 352. *Theocr.* II. 153. καὶ φάτο οἱ στεφάνοισι τὰ δώματα πᾶτα πυκάσδειν. Εἰκόνισμα νισσῷ καὶ στεφάνοισιν ἀμπυκασθὲν est in epigramm. Anthologiae ineditae *Phalaeci. Phrixi filio* quale datur hic nomen, Κυτίσωρος, [lin. 17.] dederat et *Apollon.* Rhod. II. 1159. Genuino Κυτίσωρος modulus reluctatur in versu. VALCK.

15. Quod ista, στέμμασι πᾶς πυκασθείς, vulgo cum *Valla* vertunt *toto corpore coronis* (aut *infulis*, ut *Gronov.*) *coopertus;* aut (ut *Valck.*) *totus infulis coopertus;* id per se quidem, et pro reliquo usu pervulgato vocabuli πᾶς, videri poterat recte habere: nec tamen satis adparet, cur *totus* aut *toto corpore* coronis aut infulis ornatus miser homo dicatur. Ad haec, quamvis frequenter a plurali numero ad singularem, et vicissim, transire amet *Herodotus;* tamen nimis asper et insolens iste videri transitus debet, ἢν ἀλίσκωνται ἐσιλθόντες, θύεταί τι στέμμασι πυκασθείς. Quod si vero πᾶς intelligimus πᾶς τις sive ἕκαστος, *quilibet, quisquis* caeteroquin *sit, nulla exceptione, nullo discrimine,* recte atque ordine procedet orationis structura. *S.*]

17. Κυτισσώρου.) Criticis *Apollon. Rhod.* II. 1125., ipsique *Apollonio* vs. 1159. Κυτίσωρος, *Straboni* lib. XII. pag. 820. [pag. 544 extr. ed. Cas.] Κύτωρος, sine ulla mendi suspicione, qua male a *Palmerio* Nostri lectio ibi premitur. Κύτωρος quoque *Apollodoro* I. 9, 1., ad quem *Galeus.* [at missi quidem *Apollodori* Κυτιάσωρος praeferunt.] Ceterum *Athamas*, ut καθαρμὸς regionis, arae fuit admotus, iam iam immolandus, at commodum liberatus a Cytissoro supervenient*e*, uti *Herodotus;* sive, sicuti in *Sophoclis* Athamante, ab Hercule, apud Interpretes *Aristophanis* Nub. vs. 256. WESS.

CAP. CXCVIII. 6 *seq.* ἄβατα περικλῄει) Mallem cum *Reiskio* ἄβατα, τὰ περικλῄει. Scripsi ex schedis Μηλίδα γῆν, quoniam ita superius et cap. 201., tum lib. VIII. 31. In *Stephan. Byz.* Μηλὶς, ἡ χώρα. *Sophocles* Μηλίδα λίμνην dixit, Trachin. vs. 642. Iustae insuper Τρηχίνιαι πέτραι ex titulo Sophocleae fabulae, atque ob γῆν Τρηχινίαν cap. 199. et 201., aliaque. WESS.

9. Σπερχειὸς) Speciem Ionicam Σπερχνῖος praefert, uti ἀνθρωπνῖος, βασιλνῖος, πρυταννῖον, et similia, quae spreta non sunt, nec nunc sperni oportet. Σπερχειὸς passim, et *Spercheos* Latinis, significante ad *Lucanum* lib. VI. 367. *Fr. Oudendorpio.* WESS.

12 *seq.* Δύρας, τὸν μυθεύονται βοηθέοντα Ἡρακλεῖ κατειμένῳ ἀναφανῆναι) Ad λόγος ἐστὶ commodum μυθεύονται adponi potuit interpretamentum; quod mihi, verum videbitur etiam aliis, si plures dant Codices lectionem, quam dat margo *Steph.* τὸν βοηθέοντα τῷ Ἡρακλεῖ κατειμένῳ λόγος ἐστι ἀναφανῆναι. *Valla: quem fama est emersisse ad ferendam Herculi opem.* Sic loqui solet Noster: III. 5. ἐν τῇ λόγος τὸν Τυφὼ κατιφθαι: c. 115. ἀπὸ τευ τὸ ἥλικτρον Φοιτᾶν λόγος ἐστι: VII. 129. τὴν Θετταλὴν λόγος ἐστὶ τὸ παλαιὸν εἶναι λίμνην. In fabulosis, quae perpauca duntaxat attigit, λέγεται ponere solet *Thucydides*; quo historicorum principe mihi quidem minus digna videntur, quae prostant in fine p. 221. [lib. III. c. 88.] νομίζουσι δὲ etc. quo libenter referrem *Scholion* e *MS.* ad finem p. 219. relatum: τὰ ὠβελισμένα οὐδενὶ τῶν ἐξηγητῶν ἔδοξε Θουκυδίδου εἶναι. Nostro loco *Dyras* fertur *auxilio venisse Herculi κατειμένῳ*, in summo scilicet Oetae montis caeumine, cuius illinc ducta nomina suo more tractavit *Hemsterh.* in *Lucian.* p. 112. [Tim. c. 7.] *Straboni* IX. p. 655. c. [p. 428. ed. Cas.] memoratur Δύρας, ὃν φασὶν ἐπιχειρῆσαι τὸν Ἡρακλέους σβέσαι πυράν. VALCK. — Ista, τὸν μυθεύονται *etc.* integra reliquissem, ni Codices Herodoteam obtulissent dictionem. Talis lib. III. 115. ἀπὸ τευ τὸ ἥλικτρον Φοιτᾶν λόγος ἐστί. Tales in *Porti* penu plures. *Strabonem* haec ob oculos lib. IX. p. 655. c. habuisse, *Casaubonus* docuit. WESS.

CAP. CXCIX. 5 *seq.* τοῦ δὶ οὔρεος - - - ἐστὶ διασφάξ) Hinc *Strabo* IX. p. 656. A. [p. 428. c.] πρὸς μεσημβρίαν τῆς Τραχῖνος φησὶν Ἡρόδοτος εἶναι βαθεῖαν διασφάγα: hinc illum sequentia quoque sumsisse monuit *Casaub.* Fluminis Μέλας ex c. 198. meminit *Eustath.* in *Dionys.* vs. 414. Φοίνικες etiam *Strabo* ex cap. 200. VALCK.

CAP. CC. 5. ἀμαξητὸς γὰρ μίη μούνη δέδμηται) Non sane necessaria μίη. Supra enim μούνη ἀμαξιτὸς c. 176. Sed in huiusmodi positionibus variatur. Illud autem δέδμηται, prima fronte in τέτμηται eruditi viri coniecturâ abibat,

quod in *muniendis* id *viis* usurpetur, et τετμημένοι sint ὁδοὶ lib. IV. 136. Recte vero abiecit. Ὁδὸν τὴν ἔδειμαν legimus lib. II. 124.; cui *Lucani* simile, *construens vias*, II. 673., et *instructio viae publicae et pontium stratarumque* Legis VI. Cod. *Theod.* de *Itin. muniend.* WESS.

8. κώμη τέ ἐστι τῇ οὔνομα Ἀνθήλη κεῖται) *In his verbis aut τὸ ἔστι aut τὸ κεῖται tollendum* scribit *Berkel.* ad *Steph. Byz.* in Ἀνθήλη: et τὸ κεῖται omisit haec excitans *Holsten.* Prius e vicinis nasci potuit; si servant Codices, neutrum loco moverem. Herodoteum est κέεται: lib IV. 184. ἀλλά γάρ σφι ἔστι Ἄτλαντες οὔνομα, ἐπὶ δὲ ἑκάστῳ αὐτέων οὔνομα οὐδὲν κέεται. VALCK.

10 *seq.* χῶρος περὶ αὐτὴν εὐρὺς *etc.*) Concludit ex his Nob. *Palmerius*, Exercit. p. 36., nullam *Herodoti* aetate urbem hic *Pylaeam*, cuius *Plutarch.* T. II. p. 409. A. meminerit, fuisse; non sine veri specie, modo *Plutarchus* talem huic tractui urbem dederit, super qua re dubito. Opinor Cererem *Amphictyonidem* non diversam a *Pylaea* esse. Δημητρὶ τῇ Πυλαίῃ τῇ τοῦτον οὐκ Πελασγῶν Ἀκρίσιος τὸν νηὸν ἰδείματο, *Callimachus* Epigr. XLI., templi eius conditorem ostendens Acrisium. Eadem Ceres ab *Erotiano* in Πύλαι memoratur. WESS. — *Circa vicum Anthelen spatiosus* erat *campus*, *in quo templum* fuisse traditur *Cereris* Ἀμφικτυονίδος. Δήμητρος etiam ἱερὸν commemorat *Strabo* p. 656. c. [pag. 429. ed. Cas.] ἐν ᾧ κατὰ πᾶσαν Πυλαίαν θυσίαν ἑτίλουν οἱ Ἀμφικτύονες. *Ulpian.* in *Demosthen.* pag. 43, 27. τὴν σύνοδον Πυλαίαν ἐκάλουν· - - - ἔθυον δὲ Δήμητρι οἱ Πυλαγόραι. Suspicor istius Cereris Πυλαίας templum intelligendum in *Callim.* Epigr. XLI. Δήμητρι τῇ Πυλαίῃ, τῇ τοῦτον οὐκ Πελασγῶν Ἀκρίσιος τὸν νηὸν ἰδείματο: nam sic dictam Cererem liquet ex *Erotiano*: Πύλαι· Τόπος Θεσσαλίας, ἐν ᾧ καὶ τὸ τῆς Πυλαίας Δήμητρος ἱερὸν ᾄδουσι: quibus usus est in eam rem solis *Io. Meursius* Att. Lect. IV. c. 3. VALCK.

CAP. CCI. 9. φερόντων ἐπὶ ταύτης τῆς ἠπείρου) Specimen nimii laboris φερόντων τόπων ταύτης in coniectura docti viri est. Intelligi χωρίων aut τόπων adparet. Φέρειν ἐπὶ θαλάσσης aut θάλασσαν, φέρειν ἐς τὴν μεσόγαιαν, de locis, quae ferunt et vergunt ad mare, aut mediterraneam regionem, saepe esse, uti lib. IV. 99. et seqq., offerunt. Sustuli incommodum τὸ, unde turbae. WESS. — Viros *Herodotea*

adsuetos stylo turbare non debuerat τὸ articulus pleonastica illa sive elliptica ratione adiectus, de qua conf. ad IV. 99, 1 seq. notata. Nec enim iuncta intelligi debent φερόντων ἐπὶ ταύτης τῆς ἠπείρου; (quemadmodum ne loco quidem a *Wess.* citato IV. 99, 9 seq. φέρουσαν ἐπὶ θάλασσης legitur, sed ἐπὶ θάλασσαν in accusativo casu:) sed iunguntur πρὸς νότον φερόντων, sicut paulo ante πρὸς βορέην ἐχόντων. Caeterum ista τὸ ἐπὶ ταύτης τῆς ἠπείρου non modo ad Graecos refertur, sed perinde etiam ad Persas, quos ait *in hac continente* (nempe, in Europa) quae inde a Trachine septemtrionem spectant, tenuisse. *S.*

CAP. CCII. 1 *seqq.* Ἔσαν δὲ οἵδε Ἑλλήνων *etc.*) Eosdem, ubi Graeciae populos ex *Herodoto* recenset *Pausan.* X. [cap. 20.] pag. 845., ex singulis totidem ad Thermopylas venisse scribit, quot hic nostris in exemplaribus memorantur. Quod si tamen ad calculos sedeas, ex *Herodoto* summam tantum colligas hominum 5200.; ex *Pausania* vero 11200. Hic nempe suspicatur Locros Opuntios fuisse 6000. Λοκρεὺς, ait, τοὺς ὑπὸ τῷ ὄρει τῇ Κνημῖδι Ἡρόδοτος μὲν οὐχ ὑπήγαγεν εἰς ἀριθμὸν, ἀλλ' ἀφικέσθαι σφᾶς ἀπὸ πασῶν ἔφη τῶν πόλεων. *Herodoteum* est παντρεπτῇ. [*cap. CCIII*, 2.] Sed in hac recensione nonnihil est adiuvandus *Pausanias*: ista, prout vulgantur, ab illo scribi non potuerunt, παρεγένοντο δὲ καὶ Βοιωτῶν ἑπτακόσιοι· ἐκ δὲ Θεσπείας καὶ Θηβῶν τετρακόσιοι: populares, sed hostes acerrimi, non bene iunguntur Thespienses et Thebani; a Thebanis etiam perperam distinguuntur Boeoti. In plerasque civitates Boeotiae Thebani exercebant imperium, cui potentiores semper reluctabantur: una voce ἐκ transpositâ, cum Nostro *Pausanias*, et secum ipse, redibit in gratiam: scripserat procul dubio: παρεγένοντο δὲ καὶ Βοιωτῶν, ἑπτακόσιοι ἐκ Θεσπείας, καὶ ἐκ Θηβῶν τετρακόσιοι. *Herodotus*: ἀπὸ δὲ Βοιωτῶν (παρῆσαν) Θεσπιέων τε ἑπτακόσιοι, καὶ Θηβαίων τετρακόσιοι. Reliquis stationem deserentibus, cum Lacedaemoniis (iuxta *Herod.* cap. 222.) soli manserunt Thespienses et Thebani, hi quidem coacti, Θεσπιέες δὲ ἑκόντες μάλιστα. Secundum *Diodor.* XI. cap. 9. Leonidas Θεσπιῆς μόνους παρακατέσχε. Eiusdem *Diodori* XI. cap. 4., si rite exigatur, numerus Graecorum in universum, qui cum *Leonida* ad tutandum introitum Graeciae narrantur profecti, non multum discrepat ab Herodoteo,

vicinos ille Locrenses illuc venisse statuit mille; totidemque Melienses; Μηλιέων enim nomen τῷ Μιλησίων substituendum cum *Wess.* Ceterum quae laus ab aliis constanter tribuitur *Thespiensibus*, illam dat libertatis amantissimis Plataeënsibus *Auctor* orat. c. Neaer. inter *Demosthenes* pag. 740. Μόνοι τῶν ἄλλων Βοιωτῶν - - - μετὰ Λακεδαιμονίων καὶ Λεωνίδου ἐν Θερμοπύλαις παρατεταγμένοι τῷ βαρβάρῳ ἐπιόντι συναπώλοντο. Mihi potius Athenienses videntur et Themistoclem sequuti Plataeënses, quam Leonidam et Lacedaemonios. VALCK.

3 seqq. καὶ Μαντινίων χίλιοι etc.) Laudem auferunt veteres schedae. Accedit *Pausanias* manifesto lib. X. 20., eundem Graecorum numerum hinc repetens, inprudenter tamen e Thespiensibus et Thebanis cccc. arcessens, cum illi Locensis 1occ. accesserint. *Herodotum* praeterea ait, Locros Epicnemidios in catalogum nominatim non addidisse, sed ἀπὸ πασῶν πόλεων Locros venisse, Nostri πανστρατιᾷ [CAP. CCIII. 2.] explicans: venisse vero, si quid suspicioni detur, ad sex capitum millia; cuius coniectionis caussam subdit, me iudice, vagam et incertam; sequeretur sane, Locros ista ad Thermopylas excursione conglobatam Graecorum multitudinem longe exsuperasse. *Diodorus* non plus mille annumerat lib. XI. 4., *Strabo* μετ' ὀλίγων ait τῶν ὁμόρων τοῖς τόποις Leonidam has fauces defendisse, lib. IX. pag. 656. B. WESS.

CAP. CCIII. 9. εἶναι δὲ θνητὸν εὐδένα) Frequenter a numero singulari transeunt ad pluralem; hic tamen cum *Koenio* legendum puto, θνητῶν εὐδένα, ob sequentia, τοῖσι δὲ μεγίστοισι αὐτέων μέγιστα. *Euripides* in Antiopa: τῶν πολλῶν βροτῶν Δεῖ τοὺς μὲν εἶναι δυστυχεῖς, τοὺς δ' εὐτυχεῖς. Fortunatorum ullum aut esse aut futurum negat *Herodot.* [lin. 10.] τῷ κακὸν ἐξ ἀρχῆς γινομένῳ οὐ συνεμίχθη. *Euripidis* ex Aeolo sententia nobilis perplacuit Philosophis et *Platoni*: Οὐκ ἂν γένοντο χωρὶς ἐσθλὰ καὶ κακά, Ἀλλ' ἔστι τις σύγκρασις, ὥστ' ἔχειν καλῶς. *Alterum enim ex altero, sicuti Plato ait, verticibus inter se contrariis deligatum est; sustuleris unum, abstuleris utrumque, A. Gellius* ex *Chrysippo*, Noct. Att. VI. c. 1. quod ex Epitome *Lactantii* p. 57., suppleri poterit et corrigi. VALCK.

CAP. CCIV. 8. In *Leonidae stemmate* nihil adeo

desiderem, nisi ut Δορυάγου convertatur in verum nomen Δορύσσου ex *Arch.* et marg. *Steph.* VALCK.

Ibid. τοῦ Δορύσσου) *Pausanias*, *Plutarchus*, et quos *Io. Meursius* Regn. Lacedaem. c. 9. laudavit, regium nomen haud edunt aliter; praeterque eos omnes, clypei, ad veteris Spartae ruinas a Cl. *Fourmontio* eruti, haec inscriptio:

ΤΑΛΕΚΛΟΣ ΤΟ ΑΡΧΕΛΑΟ
ΤΟ ΑΓΕΣΙΛΑΟ ΤΟ ΔΟΡΥΣΣΟ
ΤΟ ΛΑΒΟΤΑΣ ΤΟ ΕΧΕΣΤΡΑΤΟ
ΒΑΓΟΣ.

tum medio in clypeo:

ΕΧΕΣΤΡΑΤΟΣ ΑΓΙΔΟΣ.

Provulgata ea est in Conment. Acad. Inscript. T. XVI. p. 103. *Ed. Paris.*, per ad hunc locum utilis, cuius quidem ΛΑΒΟΤΑΣ una littera iusto auctior scribitur. ΒΑΓΟΣ gentili dialecto, teste *Hesychio*, *βασιλύς*. ΕΧΕΣΤΡΑΤΟΣ ΑΓΙΔΟΣ, Ionum sermone τοῦ Ἡγίου, sicuti praeclare in schedis. WESS.

CAP. CCV. [4 *seq.* Δωριέος - - - τελευτήσαντος ἐν Σικελίῃ) Vide lib. V. c. 42-46. *S.*]

9. τοὺς κατεστεῶτας τριηκοσίους) *Omnes militari aetate.* τοὺς ἐν ἡλικίᾳ *Demosthen.* Philipp. I. p. 31. τοὺς ἐν ταῖς ἡλικίαις *Polyb.* IV. 82., sive ἐν ἡλικίᾳ ὄντας μέσῃ τι καὶ καθεστηκυίᾳ, quomodo *Plato* Ep. III. p. 316. c. et *Thucydides* II. 36. ubi *Abreschius.* Tales Epicurus, laxius tamen pro sua doctrina, ἐν αἰσθήσει καθιστῶτας dixit apud *Stob.* Serm. XVII. p. 159. WESS. — Eamdem fere in sententiam *Camerarius* (notante *H. Steph.* in ora suae edit.) pro eo quod in *Vallae* Latinis erat *delegerat trecentos e primoribus viros*, τοὺς κατεστεῶτας *constantis aetatis viros* interpretatus erat. Neque diversa puto mens *Gronovio* fuit, quum *delectis trecentis compositis viris* in latina versione, in qua nihil hoc loco *Wesselingius* mutavit, scriberet. Potuerat pro ista verbi notione, praeter alia testimonia, ad *Cebetis* Tab. (cap. IV. nostrae edit.) provocari, ubi est γυνὴ καθιστηκυῖα τὸ πρόσωπον, mulier *constanti*, sive *composito vultu*: aliquatenus etiam ad *Polyb.* XXII. 14, 10. ubi θάλασσα καθιστηκυῖα, *mare sedatum*, *compositum.* Eumdem igitur ego in latina nostra versione secutus, adiectum τοὺς articulum (quem obstare huic interpretationi *Larcherus*

censuit) non tam ad κατισταμένους, quam ad τριακοσίους referendum putavi, quo nempe designarentur *iidem illi trecenti*, quos cap. 202, 2. iam memoraverat Scriptor. Sed nec dissimulo, etiam atque etiam me cum eodem *Larchero* et, qui huic accedit, *Schulzio* dubitare, nudum κατισταμένους pro ἐν ἡλικίᾳ κατισταμένους recte accipi. Tum vero, si vel maxime ita accipi posset id verbum, haud immerito subiret quaerere, cur tandem hoc potissimum monuerit Scriptor, fuisse illos homines *militari aetate?* An ergo, qui hos mox secuturi erant, *non* fuisse illos *militari aetate* putabimus? Denique, quidquid sit quod verbo οἱ κατισταμένους proprie indicare Herodotus voluerit; illud plane perspicuum esse videtur, (quod etiam *Valla* prudens intellexerat) notabile aliquod genus civium Spartanorum, certum quoddam (ut *Schulzius* ait) et quasi omnibus notum agmen, significari. Atque hic praeclara eminet *Larcheri* opera, qui eruditâ disputatione, in Notis tum ad hunc locum, tum ad VIII. 124, 12 seq. institutâ, perquam probabile fecit, intelligendos esse *trecentos ex honestioribus civibus Spartanos*, qui (licet equis non uterentur teste *Strab.* X. 421 seq.) *Equites* nominabantur, regemque ad bellum proficiscentem comitabantur, et in acie ei praesto erant, coll. *Thucyd.* V. 72. Iam, quod ipsum verbum τοὺς κατισταμένους idem *Larcherus* interpretatur *le corps fixe et permanent*, quasi latine diceres *stabile et perpetuum agmen;* id quidem minus convenire videtur cum eo quod hic legimus, *selegisse regem hos trecentos;* nam si stabile et perpetuum agmen, constansque illa cohors fuisset, *delectui* non fuerat locus, et ἀναλαβών, non ἐπιλεξάμενος, dicturus Scriptor erat. Quare superest ut intelligamus, *Equitum*, qui nominabantur Spartae, multo maiorem fuisse numerum quam trecentorum; ex lege vero et instituto civitatis, Regem ad bellum profecturum de illo numero *trecentos* sibi comites *selegisse*, et quidem (quod ex hoc loco discimus) *patresfamiliàs*, quibus domi liberi essent. Itaque τοὺς κατισταμένους τριακοσίους recte cum *Schulzio* simpliciter latine reddemus *constitutos illos* (nempe *lege constitutos*) *trecentos viros*, sive *legitimum numerum trecentorum virorum*. *S.*

17. ἀλλοφρονέοντες) Auctore *Diodoro* XI. 4. scissi in fa-

ctiones Thebani ἀπὸ τῆς ἑτέρας μερίδος quadringentos misere; quod an ex hac male sumta voce, an aliunde acceptum prodiderit, non novi. Acriter hic *Plutarchus* insurgit, Malign. Herod. p. 867. A., *Leontiaden* Thebanorum ad Thermopylas ducem fuisse, testibus *Aristophane* et *Nicandro* negitans. Eos equidem Scriptores revereri soleo, sed tanto aetate seriores an valide Herodotea dissipare potuerint, apud me dubium manet, atque hoc magis, quod Leontiadae filiique eius Eurymachi *Herodotus* aevum proxime attigerit, et utrumque probe, ut cap. 233. innuit, noverit. WESS.

CAP. CCVI. 5. Κάρνεια γάρ σφι ἦν ἐμποδών) Maligne Nostrum, ut solet, criminatur *Plutarch.* T. II. pag. 873. B. nam remorabantur illa saepius expeditiones suscipiendas, et natura bellicosos Lacedaemonios ab incoepto tamen retardare solebant *Carnea* et *Hyacinthia*; quos dies festos, libentius ante agebant domi, quam alibi tractarent bellica: vid. *Thucydid.* V. 75. 76. et cap. 54. ubi Schol. τοῦ Καρνείου, (ait, μηνὸς) πολλὰς ἔχοντος ἱερὰς ἡμέρας, οὐκ ἐστρατεύοντο: his ineptulus quis interiecerat ista: ἢ καὶ πάσας ἱερὰς μᾶλλον. Attigit in Κάρνεια *P. Castellanus*: plura de festo τῶν Καρνείων, (quod nomen pro Καρείων ponendum in *Schol.* ad *Aristoph.* Ὄρν. vs. 11.) Lacedaemoniis horumque colonis cum aliis Doriensibus communi, dederunt *Meursius*, *Spanhemius*, et *Duker.* Athenis iterum occupatis a Mardonio, ab auxilio laborantibus ferendo Lacedaemonios Hyacinthia remorabantur, *Herod.* IX. 6., quod turpiter domi manentibus acerbe obiiciunt Athenienses ibid. c. 11. ὑμεῖς μέν, ὦ Λακεδαιμόνιοι, αὐτοῦ τῇδε μίνοντες, Ὑακινθιά τε ἄγετε καὶ παίζετε, παντοπρεπόντως τοὺς συμμάχους. In Messenicis *Pausanias* [c. 19. lib. IV.] p. 326., quadraginta dierum pactas narrat cum Messeniis inducias, hac addita ratione: ἐπῆν γὰρ τὰ Ὑακίνθια. Eadem formâ loquendi Lacon *Theocriti* V. vs. 83. ait, τὰ δὲ Κάρνεια καὶ δὴ ἐφίκτει: est enim ἵκτην Dorice idem ac ἐλθεῖν. VALCK.

9. ἦν γὰρ κατὰ τοῦτο Ὀλυμπιὰς - - συμπεσοῦσα) Anni aestas erat media, τῆς ὥρης μέσον θέρος lib. VIII. 12., in quam et Spartanorum *Carnia et Olympias* LXXV. incurrebant. Carniae illos, ludi Olympici ceteros ex Peloponneso ac Graecia, hosti ne obviam cuncti irent, impediebant. Res ad

Thermopylas opinione citius fuit peracta, et sub ipsum quidem ludorum tempus: nam perfugae ex ea clade Arcades, *Olympia cum maxime celebrari, gymnicaque a Graecis spectari certamina*, rogitantibus Persis respondent, VIII. 26. Quin Peloponnesii, audita Leonidae nece, ubi *Carnia* et *Olympia* praeterierant, frequentes ad Isthmum iter maturarunt, ibid. cap. 72. Atque haec de tempore. Ceterum ἐνεῶντο et διενεῶντο [*lin.* 8. et 12.] pro diversa formandi ratione alium habere tonum possunt, pingique ἐνέωντο et διενέωντο, *Sylburgio* accurate docente ad *Clenardi* Grammat. p. 473. Supra lib. I. 77. ἐνέωντο. WESS.

CAP. CCVII. 6. Λοιφῶν περισπερχεόντων τῇ γνώμῃ ταύτῃ) Ut centies alibi, hic quoque literae ΘΕ in ΕΟ fuerunt, ut puto, depravatae. Corrigo, περισπερχθέντων: ceteris Peloponnesiis *ob istam sententiam cum vehementer indignabundi succensuissent Phocenses et Locri*; neque mirum; vid. *Diodor. Sic.* XI. c. 4. Περιθύμως ἔχοντα dixit *Herod.* II. 162. κάρτα θυμωθῆναι VII. 39. Σπερχθῆναι τῇ γνώμῃ accipi potest, ut ἀθυμεῖν τοῖς γεγενημένοις, ἀχθεσθῆναι τοῖ πράγματι, etc. Iam vero neque Herodoteum est, quantum intelligo, nec Ionicum, σπερχέειν, sed σπέρχεσθαι et σπερχθῆναι. Quaedam leguntur adscripta ad *Herod.* V. 33. ἐσπέρχετο τῷ Ἀρισταγόρῃ, *Aristagorae succensuit*. In *Callim.* Hymn. in Delum vs. 60. Latonae Iuno dicitur Σπερχομένη μέγα δή τι καὶ οὐ φατόν: id est περισπερχομένη. *Hesychius*: Σπέρξομαι, ὀργισθήσομαι. Ἐσπερξάμην, ὠργίσθην. *Phavorin.* Σπερχθεὶς ἀντὶ τοῦ θυμωθεὶς καὶ ταραχθεὶς λέγουσιν Ἴωνες: imo vero *Herodotus* illud oportet utroque adhibuerit significatu. *Suidas*, Σπερχθὶς παρ' Ἡροδότῳ ἀντὶ τοῦ ταραχθεὶς, θυμωθείς. Horum prius, obvium et in *gloss. Herodot.* pertinet ad I. 32., ubi *conturbatus* Croesus dicitur σπερχθείς: posterius, θυμωθείς, mea sententia hunc spectat locum. Excerpentes ex *Herodoto* aliisque verba, saepe praefixas omisere praepositiones Grammatici. Color quidam vulgato conciliari poterit Ionicus; sed ludibria librariorum ut Ionicae formae nobis non debent adnumerari. VALCK. — Σπερχέειν nec Herodoteum nec Ionicum esse verbum ultro concedo. Sed, si probum vocabulum περισπερχὴς est, a verbo περισπέρχομαι derivatum, quidni ab eodem vocab. περισπερχὴς legitime formari potuerit verbum περισπερχέω idem valens ac περι-

ϱισπιερχὴς εἰμι? ut λυσιτελέω, λυσιτελὴς εἰμι: ἀσεβίω, ἀσεβὴς εἰμι: ἀσελγέω, ἀσελγὴς εἰμι. Quare, in librorum consensu, nihil hic novari debuerat. Quod equidem h. l. in Latinis posui, *de communi horum consilio - - - decrevit*, illam notionem verbo ἐψηφίζετο subiectam putavi, quum praesertim mox adiiciatur ταῦτα βουλευομένων σφέων. *S.*

CAP. CCVIII. 2. ἰδέσθαι ὁκόσοι τέ εἰσι) Gronoviana censura his infestior fuit, ut ὅσοι τέ εἰσι valeret. Magni momenti res non vertitur; inferior tamen pristina non est scriptura, siquidem explorator numerum, si posset, inspecturus advenit; quo utcunque cognito, (καὶ τὸ πλῆθος ἰμάνθανε dicetur brevi,) ad regem revertit. WESS.

Ibid. ἰδέσθαι ὅσοι τέ εἰσι) Redibit, opinor, melior lectio, ἰδέσθαι ὁκόσοι τε εἶεν καὶ ὅ, τι ποιέοιεν. [In εἰσὶ haud male consentiunt libri: satis iam notus esse debet mos Scriptoris variandi verborum modos.] Sequentia *Suidas* hinc habet in Ἀλσμάνοι. Paulo post [*lin.* 6.] ut genuina placet lectio *Flor.* ὡς δὲ προσίλασε ὁ ἵππεὺς πρὸς τὸ στρατόπεδον, prae vulgata ἐς τὸ στρατ. Contra apud *Thucyd.* pag. 357, 80. [V. 65.] loco τῆς πρὸς reciperem ex Msstis τὸ ὕδωρ ἐξέτρεπεν ἐς τὴν Μαντινικήν, ut apud *Herod.* ἐκτρέψαι τοῦ ποταμοῦ τὸ ῥέεθρον ἐς etc. p. 75, 6. 92, 24. [I. 186. II. 11.] Quid ista duo distent vel haec monstrant *Thucyd.* eadem p. πρὸς τὸ Ἡράκλειον πάλιν ἐς τὸ αὐτὸ στρατόπεδον ἰόντες. *Xenoph.* Ἑλλ. lib. V. p. 328, 6., ἐς τὸ προάστειον καὶ ἐς αὐτὰς τὰς πύλας ἤλαυνον: vs. 8. ἕως πρὸς αὐτὸ κατεδίωξε τὸ τεῖχος. VALCK.

7. πᾶν μὲν οὖ τὸ στρατόπεδον) Duo postrema si viderentur ex proximo versu male repetita, suspicarer venustum illud μὲν οὖ more Nostrum elegantioribus usitato hac ratione collocasse: ἰθηεῖτό τε καὶ κατώρα τὸ πᾶν μὲν οὖ· τοὺς γὰρ ἔσω - - - οὐκ οἷά τε ἦν κατιδέσθαι· ὁ δὲ τοὺς ἔξω ἰμάνθανε. Prae reliquis adamavit hanc scribendi formam *Xenophon*: in Symp. pag. 512, 12, ὠρχούμην μὲν οὖ· (οὐ γὰρ πώποτε τοῦτ' ἔμαθον·) ἐχειρονόμουν δέ. Scripserat in Κυρ. Ἀναβ. IV. p. 200, 36., δασὺς δένδρεσι, παχέσι μὲν οὖ· πυκνοῖς δέ: de fluvio p. 193, 10. οὗτος δ' ἦν μέγας μὲν οὖ· καλὸς δέ: prout recte suis in exemplaribus legisse *Demetrium*, qui dicitur *Phalereus*, iudicabat *Muretus*; quem sequitur *Hutchins.* p. 298. Ad istam normam legi poterit in *Ephesio Xenoph.* III. p. 46., Φάρμακον, θανάσιμον μὲν οὖχ, ὑπνωτικὸν δέ. *Anti-*

phon p. 139, 9. ἀπολομένους μὲν οὔ· κινδυνεύσαντας δέ. Videant harum rerum studiosi, recte-ne correxerim *Philostratum*, sic legendo quae prostant de Vit. Apoll. IV. 25. p. 165., ἱρῶσι δ' αὗται, (αἱ Ἔμπουσαι) καὶ ἀφροδισίων μὲν οὔ· σαρκῶν δὲ, καὶ μάλιστα ἀνθρωπείων, ἱρῶσι: καὶ πιαίνουσι (vid. pag. 333. F.) τοῖς Ἀφροδισίοις, οὓς ἂν ἐθέλωσι δαίσασθαι. VALCK.

13. τὰς νόμας κτενιζομένους) Ex vetere lege, de qua Demaratus, ad regem c. 209. et *N. Cragius* Reip. Lacedaem. lib. III. 4. Hinc *Strabo* X. p. 716. A. [p. 467. ed. Cas.] καὶ τοὺς περὶ Λεωνίδαν κτενιζομένους. *Dio Chrysost.* in Orat. *Synesii* de Calvit. p. 65. B. ἐκάθηντο ἀσκοῦντες τὰς κόμας: olim quoque *Libanius* Orat. pro Saltat. p. 489. C., nam, quod nunc legitur, Λακεδαιμονίους ὁρᾷς ἐν Θερμοπύλαις κτενιζομένους, verbaturque *acriter intuentes*, absurdum est, et ex *Herodoto*, uti aliàs monui, refingendum. WESS. — Huc respicit, quod *Casaubonum* non latuit, *Strabo* X. p. 716. A. *Synesius* Calv. Encom. p. 65. B. *Lacedaemonii*, ὅτε μόνοι τῶν Ἑλλήνων ἔμελλον δίχεσθαι βασιλέα, τριακόσιοι τὸν ἀριθμὸν ὄντες, ἐκάθηντο ἀσκοῦντες τὰς κόμας. *Libanius* T. II. p. 489. C. Λακεδαιμονίους ὁρᾷς ἐν Θερμοπύλαις κτενιζομένους, καὶ μετὰ τὴν Φρεντίδα τῶν τριχῶν τὸ κάλλιστον ἔργον ἐξειργασμένους etc. sic locum emendavit, *Morello* non intellectum, Clar. *Wesseling.* in Diss. *Herod.* p. 48. Hunc, ait *Herodoti* Demaratus, morem habuisse Lacedaemonios, ἐπεὰν μέλλωσι κινδυνεύειν τῇ ψυχῇ, τότε τὰς κεφαλὰς etc. An, ut libertatis insigne, quo gloriabantur mortis contemptores, ad finem usque vitae custodirent integrum? vid. *N. Cragius* de Rep. Lacon. pag. 256. et *Io. Meursii* Misc. lib. I. c. 16. VALCK.

16. ἀλογίης τε ἐνεκύρησε πολλῆς) Plerique Lexicorum conditores, ne *Thesauri* quidem excepto, citant ἀλογίῃς ἐνεκύρησε, memores, credo, cap. 218. ἐνεκύρησαν στρατῷ, similiumve in adnotat. Cl. *Valckenarii* ad lib. II. 82.; tum saltem, ut moris Ionici ratio haberetur, ἀλογίῃσι ἐνεκύρησε. Sed hic compositum sequitur conditionem simplicis κυρῆσαι, sicuti ἐντυχόντες lib. IV. 19. Verterat autem dictionem *Portus* in *Suida* suo, *magnamque sui contemtionem offendit*, invito *Küstero* substituenteque, *apud eos soluta omnia deprehendit*: quod equidem valde miror. Non videtur ordinem rerum vir doctus dextre considerasse, neque recordatus Herodoteorum, ἐν ἀλογίῃ ἔχειν, ἐν ἀλογίῃ ποιεῖσθαι, quorum in *contemtu* perpetuus usus. WESS.

Ibid. ἀλογίης τι ἐνεκύρησε) In his apud *Suidam* in 'Αλογία similiter scriptis graviter lapsus est *L. Küsterus*; sententia quid postularet vidit *Portus* ibid. et in Lex. Ion. voc. 'Αλογίη. Phrasin *Herodoti* per καταφρονηθῆναι interpretatur *Strabo* p. 716. A. Si sincerum est ἐνεκύρησε, cum amico meo scribendum ἀλογίῃ τι ἐνεκύρησε πρὸς ἄλλῃ: qua passim verbum illud adhibetur structura *Herodoto* ceterisque. Vid. huius Ed. pag. 141. n. 98. [Adnot. ad II. 82.] et corrigatur in *Epimenidis* epistola apud *Diog. Laert.* I. 113., αἱ δέ κη ἐπ' ἀλαταίᾳ (*huc illuc* in peregrinatione *vaganti*,) ἐγκύρωσί τοι τοὶ τήνω φίλοι. Sed nec Graece dicitur καταφρονήσει ἐντυχεῖν, pro *contemni*, neque Ionice ἀλογίῃ ἐγκυρῆσαι. Emendandum censeo ἀλογίης τι ἐκύρησε πολλῆς: id est ἄγαν κατεφρονήθη. *Contemptus* Nostro dicitur ἀλογίη: *contemnere*, certe ὀλιγωρεῖν, et ἐν ὀλιγωρίᾳ τι ποιεῖσθαι, apud *Herod.* est ἐν ἀλογίῃ τι ἔχειν vel ποιέεσθαι. Iam vero, sicut τυγχεῖν ἐπαίνου, *laudem consequi*, idem est ac *laudari*; τυγχεῖν κατηγορίας, *accusari*; ita τυγχεῖν vel κυρεῖν ἀλογίης, *contemni*, vel *negligi*, ὀλιγωρεῖσθαι. *Sepeliri* Herodoto dicitur ταφῆς κυρῆσαι II. 136. *contumeliose tractari*, sive ἀτιμάζεσθαι, proprie *ignominiam consequi*, ἀτιμίης κυρῆσαι VII. 158., ubi ad Graecos Gelon, ἀτιμίης, ait, πρὸς ὑμέων κρήσας οὐκ ἀμοιώσομαι ὑμῖν. Hinc paulum diversa sunt *Sophoclea* Elect. 855. Antig. 882. Philoct. 896. horumque similia. VALCK. — Vulgatum tenent libri omnes. *S.*

CAP. CCIX. 9. γίλωτά μι ἔθου) Tale irati Cambysis, ἀτὰρ τῷ ὑμεῖς γε εὖ χαίροντες γίλωτα ἐμὲ θήσεσθε, lib. III. 29., et quiritantis *Iobi* c. XVII, 6. ἔθου δέ με θρύλλημα ἐν τοῖς ἔθνεσι καὶ ἀπέβην αὐτοῖς γέλως. Utrumque ex communi plerisque loquendi more; unde et, χλεύην μι ποιεῦ καὶ γέλωτα καὶ λάσθην, *Aeschrionis* Philaenis. [apud *Athen.* VIII. p. 335. c.] WESS.

16. τὰς κεφαλὰς κοσμέονται) Mirum ni suum singuli hi Spartiatae habuerint εἴλωτα, qui herilem tum comam *ornaret*; sed ne mulieres quidem Spartanae, libenter ἀνδρίζόμεναι, suas habebant, ut aliae mulierculae Graecae, *ornatrices* et κομμωτρίας. Censeo equidem non sane muliebriter *ornatam*, sed *bene pexam* et viriliter *nitidam* Spartanos praelio paratos habuisse comam, tanquam palaestritas, λιπαρὰς ἐκτορθ' παλαίστρας, *Theocr. Eid.* II. 51. Χρισαμένους ἀνδριστὶ παρ' Εὐρώτᾳ λοετροῖς, Eid. XVIII. 22. quo forte respiciens

Ovid. Heroic. XVI. 148. *More tuae gentis nitida dum nuda palaestra Ludis.* Huc ducunt *N. Cragio* et *E. Spanhemio* iam adhibita *Plutarchi* verba T. I. p. 53. D. de Lacedaemoniis: μάλιστα περὶ τοὺς κινδύνους ἐθεράπευον τὴν κόμην, λιπαράν τε φαίνεσθαι καὶ διακεκριμένην: bene interpres, *ut nitida appareret et discriminata.* Eadem dixisse censebitur *Herod.* si verum est quod suspicor, hic non κοσμέονται, sed ab auctore σμέονται scriptum, τότε τὰς κεφαλὰς σμέονται. Habet ad hanc meam coniecturam apta quaedam ill. *Spanhem.* ad *Callim.* H. in Pall. Lav. vs. 32. λιπαρὸν σμασαμένα πλόκαμον: Herodotea quoque ex lib. IX. c. 109. τότε καὶ τὴν κεφαλὴν σμᾶται. Vallae *ornatur* indicat ibi pravam lectionem κοσμέεται: genuinam esse σμέεται, demonstrant Ionismus et *Athen.* IV. p. 146. C. σμησάμενοι τὰς κεφαλὰς est in *Herod.* IV. 73. alterum quoque locum attigi supra p. 272. n. 58. [Adnot. ad III. 148.] VALCK. — Conferri possunt quae ad *Gregor.* Dial. ion. §. 15. *Koenius* adnotavit. *S.*

19. χεῖρας ἀνταειρόμενον) Non repudio *Arch.* ἀνταειράμενον, quod et in membranis lib. VIII. 140. neque valde urgeo. Magis multo mihi ridet eiusdem et *Vallae*, πρὸς βασιλήιόν τι καλλίστην τῶν Ἕλλησι (sive ἐν Ἕλλ.) πρόσφ., καὶ ἄνδρας ἀρίστους. Verissimum enim de Spartanorum regno, et longe quam prius suavius ac concisius. Quod si enim καλλίστην πόλιν [lin. 20.] ad civitatis disciplinam et mores referas, uti oportebit, cur ἄνδρες ἄριστοι accedunt? Qui aliter sentient, nihil his praescribitur. WESS.

24. ἐμοὶ χρᾶσθαι) Id est χρῶ. *H. Steph. de me ut mendace*, atque adeo pessimo, *statue*; nam et Persis αἴσχιστον τὸ ψεύδεσθαι νενόμισται, lib. I. c. 138. VALCK.

25. ἢν μὴ ταῦτά τοι ἐκβῇ etc.) Vocem *Herodoti* ex marg. *Steph.* reciperem in contextum: ἢν μὴ ταῦτά τοι ταύτῃ ἐκβῇ τῇ ἐγὼ λέγω, *ista nisi isthoc tibi modo eveniant quo dico.* οὐ ταῦτα ταύτῃ sic iunguntur in *Aesch.* Prom. 510. *Euripid.* Med. 365. *Aristoph.* Eq. 839. *Nequaquam istuc istac ibit*, est incerti *Tragici* apud *Ciceron.* de Nat. Deor. III. 26. VALCK. — In *Var. Lect.* adnotare debueram, scripturam istam ταῦτά τοι ταύτῃ cum *Pass. Ask.* et aliis offerre etiam marginem *H. Steph. S.*

Ibid. ταῦτά τοι ταύτῃ ἐκβῇ) Nihil dicto adstruxissem, nisi Codicum postulasset consensio: ταύτῃ ad eum fere

modum lib. I. 120. atque alibi. Illud autem ὡς ἐγὼ *Arch.* et *Vind.* Scholiastae debetur. Vide dicto loco et ibid. c. 86. WESS.

CAP. CCX. 1 *seq.* Τέσσερας μὲν δὴ παρεξῆκε ἡμέρας) Hoc significat, *quatriduum praeterlabi passus est*; ut παρῆκεν est *intromisit*, vel *sivit ingredi*. Videatur *Portus* in Παρίνειν. Lib. III. 146. *auxiliares, portis patefactis, ἐξῆκε ἐπὶ τοὺς Πέρσας, emisit in Persas*: verti non debebat *egreditur*. VALCK.

8 *seq.* καὶ οὐκ ἀπίλαυνον καί πῃ μεγάλως προσπταίοντες) Iustius ἀπίλαυνεν: [quam ἀπελαύνοντο.] Post nonnulla cap. 211. extr. καὶ παντοίως προσβάλλοντες ἀπήλαυνον ὀπίσω: et cap. 212. Medi alii, iique recentes, inpressionem faciebant, nec cessim ibant, quantumvis vehementer offenderent et mulcarentur. Hoc verba volunt; neque enim προσπταίειν *ingruendi*, quod *Vallae* visum, notione gaudet. WESS. — Quum ἀπελαύνοντο ante ed. *Wess.* legeretur, si simpliciter *abierunt* aut *se receperunt* intelligatur, iustius utique ἀπίλαυνον iudicari debebat; quamquam lib. V. c. 94, 1. Ἱππίῃ δὲ ἐνθεύτεν ἀπελαυνομένῳ, *Vallae* versionem, *Hippias inde profectus*, nullâ adiectâ censurâ *Wesselingius* etiam tenuit. Sed, verum si quaerimus, passivo ἀπελαυνόμενος paulo diversior subiecta notio est: et V. 94. pro eo quod ibi a me quoque est positum, *Hippiae - - profecto*, rectius ponetur *Hippiae - - reiecto*, aut *cum repulsa dimisso*; hîc vero, loco eius quod equidem posui *se recepere*, rectius fuerit *repellebantur, repelli se passi sunt*; aut, quod cum *Gronovio* ipse etiam *Wess.* dederat, *depellebantur*. Quod ἀπίλαυνον hic *Arch.* et *Vind.* praeferunt, id ex scholio aut interpretatione hominis invectum est, qui simpliciter *abierunt, se receperunt*, intellexerat. *S.*

11. ὅτι πολλοὶ μὲν ἄνθρωποι εἰσιν, ὀλίγοι δὲ ἄνδρες) Quia proxima praecesserunt, δῆλον δ' ἐποίουν - - - οὐκ ἥκιστα αὐτῷ βασιλεῖ, scripsisse Nostrum suspicabatur doctiss. *G. Koen*, ὅτι πολλοὶ μὲν ἄνθρωποί οἱ εἰσιν. Eleganti coniecturae favet, praeter Xerxis dictum lib. VIII. c. 88., et *Frontinus* IV. 2, 9. *Xerxes hocse deceptum aiebat, quod multos quidem homines haberet;* (ὅτι - - οἱ εἰσιν·) *viros autem nullos*: nam, ut *Wesselingio*, mihi quoque scripsisse videtur *Frontinus*. Similibus quibusdam ista subiiciuntur apud *Eustath.* in Ἰλ. ι'. p. 537, 49. [p. 668. ed. Rom.] τὸ μέντοι, (ὅτι excidit)

πολλοὶ μὲν ἄνθρωποι εἶεν, ὀλίγοι δὲ ἄνδρες, σεμνότερον τῶν προρρηθέντων. Qui Graecis ἄνδρες, in talibus *viri* dicuntur Latinis. *Quintilian.* Declam. p. 738. *Illi vero fortes et viri fuerunt.* Apud *Livium* XXVII. 13. *concio dimissa fatentium, iure ac merito sese increpitos; neque illo die virum quemquam in acie Romana fuisse praeter unum ducem.* Arcades Lycomeden μέτιον ἄνδρα ἡγεῖντο, *Xenoph.* Ἑλλ. VII. p. 361, 25. Apud Philosophos quidem ἄνθρωπος et *homo* saepe ponuntur in laude, velut in senario Comici, Ὡς χαρίεν ἐστ' ἄνθρωπος, ἐὰν ἄνθρωπος ᾖ, apud *Clem. Alex.* p. 916, 15. in his etiam, *si homo esset, Ciceronis* ad Att. lib. II. Ep. 2. et, *demus huic aliquid aeris tanquam homini, non tanquam homini, Herodis Att.* apud *A. Gell.* Noct. Att. IX. 2. Ut in hoc Xerxis dicto, ἄνθρωποι et ἄνδρες sic opponuntur in diversos usus. De C. Mario *Cicero* Tusc. II. 21. *Tulit dolorem ut vir; et, ut homo, maiorem ferre sine causa necessaria noluit.* Apollonius dicebat *Philostrati* p. 20. οὐκ ἀνθρώπων ἑαυτῷ δεῖν, ἀλλ' ἀνδρῶν. *Xenophon* in Hicrone p. 533, 8. ἄνδρες καὶ οὐκ ἔτι ἄνθρωποι μόνον νομιζόμενοι. Apud eumdem Ἑλλ. VII. p. 363, 21. qui fuerat in Perside legatus, Antiochus Arcas retulit πρὸς τοὺς μυρίους, (*ad commune gentis concilium,*) ὅτι βασιλεὺς ἀρτοκόπους καὶ ὀψοποιοὺς καὶ οἰνοχόους καὶ θυρωρεὺς παμπληθεῖς ἔχοι· (atque adeo πολλεὺς ἀνθρώπους·) ἄνδρας δὲ, εἰ μάχεινθ' ἅν Ἕλλησι, πάνυ ζητῶν οὐκ ἂν ἔφη δύνασθαι ἰδεῖν. VALCK.

11 *seq.* ἐγένετο δὲ ἡ συμβολὴ δι' ἡμέρης) δι' ἡμέρης, *toto die dimicatum fuisse* indicat, uti lib. I. c. 97. et δι' ἔτεος, *toto anno* lib. II. 22. Δι' ἐνιαυτοῦ, ἀντὶ τοῦ δι' ὅλου τοῦ ἐνιαυτοῦ in *Harpocratione.* WESS.

CAP. CCXI. 8. ὀϊστοῖσι βραχυτέροισι χρεώμενοι) Nihil referet, sive vulgatum maneat, seu μικροτέροισι probetur. Unice pravum est *Vallae* et *Eton.* μακροτέροισι, *longioribus*, contrariumque c. 61. *Diodorus*, praelium lib. XI. c. 7. describens, Persarum *breviores hastas* negligit, non item eorundem clypeos breves et peltas. Iam πλήθει χρήσασθαι cur [a *Gron.* πλήθεσι praeferente] tantopere taxetur, non equidem exputo. WESS.

13. βοῇ τε καὶ πατάγῳ) Persici hoc moris erat. βοῇ τε καὶ πατάγῳ χρεώμενοι ex aula erumpunt magorum interfectores lib. III. 79. quamquam hic spectasse Scriptor videtur Homericum Τρῶες μὲν κλαγγῇ τ' ἴσαν ὀπῇ τ' ἴσαν *Iliad.* Γ'. princ. WESS.

CAP. CCXII. 8 *seq.* καὶ ἐν μέρει ἕκαστοι ἐμάχοντο) Latina, *in suo quisque loco*, ferri non possunt. Ἐν μέρει et ἐν τῷ μέρει, *sua quisque vice*, sive *per vices*. *Euripides* Cyclop. vs. 179. ἅπαντες αὐτὴν διεμερήσατ' ἐν μέρει, *cuncti per vices* etc. Eleganter post *Budaeum* dictionem *Iac. Gronovius* illustravit ad *Arrian.* Ἀνάβ. III. 26. p. 142. WESS.

CAP. CCXIII. 1. ὅ, τι χρήσαιτο τῷ etc.) Ex Codicum variante dissensu, si optio necessaria foret, sequerer *Arch.* scriptionem, Nostro non insuetam, neque aliis in *Perizonii* Adnot. ad *Aeliani* Var. I. 32. Vulgatum plures ostentabant schedae lib. V. 12. estque, ut alios praeteream, *Aeschinis* Or. in Ctesiph. p. 66. ἀπορῶν ὅ ὅ, τι χρήσαιτο αὐτῷ. WESS. — Vide *Var. Lect. S.*

4. Ἴφιαλτί τι τὴν ἀτρακτὸν) *Xerxi semitam indicavit* Persisque monstravit *Ephialtes Meliensis* sive Trachinius, de quo notavit *Oudendorp.* Vir clar. ad *Frontin.* II. c. 2, 13. In excerptis e *Ctesia* hoc facinus imputatur Trachiniis Calliadae et Timapherni. Iudice *Pausania* III. p. 214. ne Graeciam quidem vidisset Xerxes, εἰ μὴ κατὰ τὴν ἀτρακτὸν τὴν διὰ τῆς Οἴτης τείνουσαν περιαγαγὼν τὴν μετὰ Ὑδάρνου στρατιὰν ὁ Τραχίνιος κυκλώσασθαι σφίσι τοὺς Ἕλληνας παρέσχε. Ut Ephialtes Xerxi, sic Alexandro M. monstratâ semitâ profuit proditor apud *Diodor.* XVII. c. 67. et *Polyaen.* IV. c. 3, 27. etc. Sed per eamdem semitam postea temporis Brenno Galatisque viam in Graeciam Heracleotae patefecerunt et Aenianes apud *Pausan.* X. p. 852.; ubi *duplex* esse dicitur ἀτραπὸς διὰ τῆς Οἴτης· μία μὲν ἡ ὑπὲρ Τραχῖνος, - - - ἑτέρα δὲ ἡ διὰ τῆς Αἰνιάνων, ὑδεῦσαι στρατῷ ῥᾴων, δι' ἧς καὶ Ὑδάρνης ποτὲ Μήδοις κατὰ νώτου τοῖς περὶ Ἀθηνᾶδην ἐπέθετο Ἕλλησι: eamdem memorat *Appian.* Syr. [cap. 18.] p. 158. VALCK.

7 *seq.* ὑπὸ τῶν πυλαγόρων τῶν Ἀμφ. etc.) Voces τῶν Ἀμφικτύονων ἐς τὴν Πυλαίην συλλεγομένων ex scholio Cl. *Reiskius* derivabat, aut duas saltem priores esse exterminandas. Fuit cum de interpretamento non dissentirem; unde, modo distinctio tollatur, vertaturque *a Pylagoris Amphictyonum*, nunc abeo. *Pylagorae* legati erant Amphictyonici concilii, congregabanturque ad consessum *Pylaeam*, consultaturi de communi ac templi Delphici salute. *Aeschines* propterea in Ctesiph. p. 71. οἱ δ' ἄλλοι Ἀμφικτύονες συνελέγησαν εἰς τὰς Πύλας, πλὴν μιᾶς πόλεως. Nec dissimilia *Libanius* Orat.

in Aeschin. p. 692. c. Poterit, hoc si displiceat, etiam legi καὶ τῶν Ἀμφικτυόνων, siquidem in coetum, quem Ἐκκλησίαν vocabant, praeter *Pylagoras*, Hieromnemonasque admittebantur plures sacrorum et concilii participes: hanc Ἀμφικτυόνων ἐκκλησίαν debemus *Aeschini* dicto loco. Ego in priore ob conspirationem schedarum acquiesco. Ubi vero *Herodotus* ἐν τοῖσι ἐπισθε λόγοισι *de Epialtae nece, eiusque auctore Athenada* verba fecit? Ut nunc libri isti sese dant, nusquam, si bene memini. Proinde aut oblitus eorum Scriptor est, aut desunt multa. WESS.

Ibid. τῶν Πυλαγόρων τῶν Ἀμφικτ.) Infra [c. 214, 7.] memorantur οἱ τῶν Ἑλλήνων Πυλαγόραι, et distinguuntur certe τῶν Ἀμφικτυόνων οἱ Πυλαγόραι: erant quidem οἱ Πυλαγόραι Ἀμφικτυόνης, sed non sanequam omnes οἱ Ἀμφικτύονες Πυλαγόραι. Inter Amphictyonas, sive concilii Amphictyonici participes, quinam Πυλαγόραι dicerentur prae ceteris egregie nobis tradidit Auctor *Etymolog. M.* Πυλαγόραι, οἱ προεστῶτες Πυλαίας, (*conventus Amphictyonum principes*,) ἢ οἱ πεμπόμενοι ἀπὸ τῶν πόλεων εἰς Ἀμφικτυονίαν ῥήτορες, ὥστε ἐκεῖ ἀγορεῦσαι. De multis nunc satis sit Amphictyonum citasse decreta, servata *Demostheni* de Cor. p. 165. Ἔδοξε τοῖς Πυλαγόραις, καὶ τοῖς συνέδροις τῶν Ἀμφικτυόνων: alterius Δόγματος hoc est initium: Ἐπὶ ἱερέως Κλεινάγορου, ἐαρινῆς Πυλαίας· Ἔδοξε τοῖς Πυλαγόραις καὶ τοῖς συνέδροις τῶν Ἀμφικτυόνων καὶ τῷ κοινῷ τῶν Ἀμφικτυόνων, quae mihi sic primitus scripta non videntur; sed in hac quoque parte Graecae antiquitatis, praesertim ubi ventum est ad recentiora tempora, multa sunt tenebricosa. VALCK. — Conf. mox ad c. 214, 7. *S.*

CAP. CCXIV. 6. τῷδε χρὴ σταθμώσασθαι) Hoc potius esse, [quam τόδε,] non negabitur. Sic lib. III. 15. et inferius c. 237. Tale, tanquam ex *Herodoto*, cuius non est, in *Stob.* Serm. XXVIII. p. 197. ἄνδρα δὲ οὐκ ἔστι δίκαιον γνώμῃ σταθμησάμενον ἀθρῆσαι. WESS.

7. Qui hic Πυλαγόραι ex Codicibus, extra dubii stant aleam: modo enim πυλαγόραι, modo πυλαγόροι hi legati. *Aeschines* in Ctesiph. p. 71. iterat τοὺς πυλαγόρους τοὺς εἰσαεὶ πυλαγορεύοντας, iungitque τοὺς πυλαγόρους καὶ τοὺς ἱερομνήμονας. *Libanius* utramque vocis flexionem Or. in *Aeschin.* p. 699. c. et p. 706. deposuit; sunt quoque Πυλαγόροι ex *Hesychio* [hac voce, et voc. Ἀμφικτύονες] noti. WESS. —

Quod si altera terminatio placuisset *Herodoto*, paulo ante non Πυλαγόρων fuerat scripturus, sed Πυλαγορέων. *S.*

11. εἰδείη μὲν γὰρ ἂν καὶ ἰὼν μὴ Μηλιεύς) Post *Aldi Camerariique* aetatem operarum negligentia μὴ ob simile insecutae vocis principium excidit. *Herodoto* qui deinde curam inpenderunt doctissimi viri, tametsi conmentandi hoc genus negandi desideraret particulam, miranda supinitate coecos potius duces, quam *Aldum*, *Vallam*, et Msstos sequi maluerunt. Soli, quorum reminiscor, *Pavius* et *Reiskius*, οὐκ ἰὼν finxerunt. Sed satis. *Herodotus* suum sibi rediisse laetabitur. WESS. — Quod poscit sententia, καὶ ἰὼν μὴ Μηλιεύς, *quantumvis non esset Meliensis*, ex Msstis et aliunde revocabitur: vid. Diss. *Herod. P. Wessel.* p. 15. Alii potius usitato more scripsissent, καίπερ οὐκ ὢν Μηλιεύς: sed et rarius illud Herodoteum est, καὶ ἰὼν μὴ Μηλιεύς. Sic scripsit VI. c. 66. et IV. c. 144. τοὺς μὴ μηδίζοντας. *Philostrat.* p. 186, 5. πῶς, εἶπεν, ὅτι μὴ μάντις ὤν: p. 494. οὐ παιδεύουσι τοὺς μὴ Πέρσας Πέρσαι μάγοι, ἢν μὴ ὁ βασιλεὺς ἔφη: scribendum φῇ, *nisi Rex iusserit*. *Tatian.* ad Graec. p. 14. ὅτι μὴ θεὸς ὢν τοῦτ' ὅπερ ἔλεγεν εἶναι κατεψεύδετο. Non invenustum est quod [*lin.* 12.] sequitur: εἰ τῇ χώρῃ πολλὰ ὠμίλησαν τῇ Φρυγίῃ: neque illud protritum *Ecphantae* apud *Stobaeum* p. 333, 29. βασιλέα - - - ὁμιλήσαντα: sic *Regem* vocat: in Editis legitur βασιλῆα - - - ὁμ. *Spondanus* interpretatur, *regem qui conversatur cum hominibus*: τῇ βασιλείᾳ ὁμιλεῖν similiter dictum ut apud *Thucyd.* ὡμιληκέναι τῇ ἀρχῇ. VALCK.

CAP. CCXV. 4. περὶ λύχνων ἀφάς) Ἀφὰς λύχνων hinc *Suidas* excerpsit. *Noctis* designatur *initium*. *Philostrat.* de Vit. Apoll. VII. 15. χρὴ περὶ λύχνων ἀφὰς ἐς τὸν Ῥωμαίων λιμένα ἀφεῖναι. *Diodor.* XIX. 31. τῆς ὥρας οὔσης περὶ λύχνων ἀφάς: ubi notat *P. Wess.* Pro *prima face* legitur et λύχνων ἠμμένων: vid. *Io. Brodaei* Miscell. IV. c. 33. *Intempesta nocte Sophoclis* Aiax egressus tentorio, dicitur exiisse vs. 285. ἄκρας νυκτὸς ἡνίχ' ἑσπέροι Λαμπτῆρες οὐκ ἔτ' ἦθον: id est, ut legitur e *Schol.* apud *Suidam*, ὅτε ἐσβέσθησαν οἱ λύχνοι: altera enim interpretandi ratio alienior est, quam sequutus ill. *Ez. Spanhem. stellas* intelligit ad *Callim.* Hymn. in Del. vs. 303. Quales illic intelligi debeant λαμπτῆρες, acstimare licet ex observatis *Is. Casaub.* in *Athen.* p. 995. VALCK.

— Vide Animadverss. in *Athen.* T. VIII. nuperae edit. p. 362 seq. Uno vocabulo λυχναψίαν *Cephisodorus* dixit, teste *Athenaeo* lib. XV. p. 702. b. *S.*

8. κατεδίδεκτο) Propter *Aldinum* κατεδίδαιτο *H. Stephanus*, videnda esse quae alibi scripserat, lectores monuerat. *Gronovius* vero: *Quis ille angulus, ubi Stephanus mussitaverit de hoc non intelligendo loco, ut iubeat videre, quae alibi dixerit?* Dixerat ad *Plutarchi* Theseum p. 5. Ed. *Bryani*, δαίμονας descendere ex δαίω apud *Herodotum*; qui composito κατεδίδαιτο, quod inde est, utatur pro *cognita erat* seu *conperta*, adposueratque haec Nostri. Profecto, modo schedarum stabiliretur κατεδίδαιτο imperio, haud inficete: namque in verbo nihil praeter raritatem inest, quod reprehendas: reprehendes tamen iniuriâ, cum talia se passim dent. Quae quidem non eo scripsi, ut κατεδείδεκτο improbare velim, sed ut ingentibus *Stephani* meritis gratia perseveret. WESS. — Fortasse καταδίδεκτο neglecto augmento scripserat auctor, quod probabile facit codicis *Arch.* scriptura, quae ex duabus scripturis, καταδείδεκτο et κατεδείδεκτο, imperite iunctis nata videtur. Miror vero, ad haec quae continuo subiiciuntur, ἰοῦσα οὐδὲν χρηστὴ Μηλιεῦσι, nihil a Viris doctis adnotatum reperiri. Nec enim apta admodum ad rem, quae hic agitur, sententia est, quam *Wess.* cum *Gron.* his verbis (quae Graecis quidem adcurate videri poterant respondere) expressit: *et ex tanto tempore monstratus est* (ille trames) *nihil utilis Meliensibus*: nisi istud *nihil utilis* tali quadam ratione accipiatur, quali nos interpretati sumus, *iam olim, quemadmodum etiam tunc, calle illo male usos esse Malienses.* Prorsus extra oleas hic vagatus *Valla*, ἐκτὸς οὐ pro ἔκ τε τόπου legens, et κατεδίδετο (puto) pro κατεδίδεκτο, mira quadam hariolatione sic convertit hunc locum: *Extrinsecus nihil admodum praeseptus transitus erat: quum nihil esset utilis Maliensibus. S.*

CAP. CCXVI. 5. κατά τε Ἀλπηνὸν πόλιν) Oscitanter *Steph. Byz.*, conversâ *Alpeno* hinc in Locrorum metropolim, *Herodotum* legisse, *L. Holstenii* iusta animadversio est. πρώτη τῶν Λοκρίδων πρὸς τῶν Μηλιέων *prima*, non dignitate, sed *situ* erat. WESS. — Eodem iudice *Holstenio*, cui alii adsentiuntur docti viri, non differt haec Ἀλπηνὸς πόλις ab ea quae κώμη, Ἀλπηνοὶ οὔνομα, supra cap. 176 extr. nominabatur, et nude Ἀλπηνοὶ infra cap. 229. *S.*

7. κατὰ Μελάμπυγον - - - λίθον) Mallem cum *P. Leopardo* Emend. VIII. 1. κατὰ Μελαμπύγου - - λίθον. *Herculis* enim Μελάμπυγος titulus, ex caussa doctissime ab *Erasmo* Chiliad. p. 207. *Suidae* et *Zenobii* fide adfirmata, fuit, non *lapidis*. De *Cercopibus* [*lin.* 8.] iidem conplura, quae missa facio. *Angustum tramitem* ad *Diodor.* XI. 8. explicare memini. WESS. — De *Cercopibus* fraudulentis consuli posse *Suidam* in Ἀγορὰ Κερκώπων et in voc. Ὄμηρος monuit *Schultzius*. *S.*

CAP. CCXVIII. 2. ἀναβαίνοντες γὰρ ἐλάνθανον) Idem accidit aevo recentiori, quando cum delectis suis Gallis Brennus ἐποιεῖτο τὴν ὁδὸν διὰ τῆς ἀτραποῦ, apud *Pausan.* lib. X. [*c.* 22.] p. 853. Nam tum quoque temporis τῶν Φωκέων τοῖς ἔχουσιν ἐπὶ τῇ ἀτραπῷ τὴν Φρουρὰν, οὐ πρότερον ἐπιόντες οἱ βάρβαροι παρέσχοντο αἴσθησιν, πρὶν ἢ πλησίον ἐγεγόνεσαν: ut apud *Herod.* c. 212. Phocenses ἐς τὸ ὄρος ἐτάχθησαν, φυλάξοντες τὴν ἀτραπόν. VALCK.

[5. ἀνά τι ἔδραμον οἱ Φωκῆες) Perperam *Valla*, *Phocenses recurrerunt*; quod non tenere debuerat *Wess.* cum *Gronov.* Commodius *Larcher*, *aussitôt ils accoururent*: nec tamen vim propriam verbi expressit. Ἀναδραμεῖν h. l. sicuti III. 78, 4. est ἀναστῆναι καὶ δραμεῖν, (vel προσδραμεῖν,) *surgere et adcurrere*, *rursum surgere*: quam in sententiam ἀνά τε ἔδραμον III. 78. *proiluerant* interpretatus sum; quod et hic tenere potueram, ubi nunc, *strepitus excitavit eos ut ad arma concurrerent*. *S.*]

8. οὐδέν σφι φανήσεσθαι ἀντίξοον) Pro vetere οὐδέν᾽ ἅ σφι consistent fortasse alii: mihi iudicium placet *Gronovii*, expressius illud arbitrati. *Aldinum* ἐνεκέρασαν στρατῷ bene vir doctus ad eius editionis, quae inter manus est, marginem reformaverat, *Porto* consentiente. Typorum error fuit, turpiter propagatus. WESS.

14. φεύγοντες ἐπὶ τοῦ ὄρεος τὸν κόρυμβον) Haec hinc attigit *Eustath.* in *Dionys.* vs. 566. ut ostendat, καὶ ἐπὶ ἐξοχῆς ὀρεινῆς Κόρυμβον adhiberi. *Aesch.* Pers. 660. ἔλθ᾽ ἐπ᾽ ἄκρων κορυμβον ὄχθου. *Schol.* ἐπὶ τὴν ἄκραν ἐξοχὴν καὶ περιωπὴν τοῦ τόπου. Vid. *Perizon.* in *Aelian.* Var. Hist. IV. 22. Horum montium cacuminibus quae nomina fuerint *Livius* tradidit XXXVI. 16. VALCK. — Graeci πάντα τὰ μετέωρα καὶ εἰς ὕψος ἀνατείνοντα κόρυμβους λέγουσι, *Hesychius*. Hic montis *cacumen*;

in *Aeschyli* Pers. vs. 661. *summa tumuli pars*, ὑπ' ἐπ' ἄκρον κόρυμβον ὄχθου. Ceterum ἐπιστάμενοι in *Vallae* Latinis *gnari*: melius *credentes*: nam *gnaros* fuisse, non monstrant sequentia. WESS.

17. Φωκέων *Persae* μὲν οὐδένα λόγον ἐποιεῦντο: et postea, *spretis Phocensibus*, Brennus cum suis recta Delphos petiit. VALCK.

CAP. CCXIX. 1. πρῶτον μὲν ὁ μάντις Μαγιστίης] Est, cui πρῶτος, sine urgente tamen caussa, placet. Illud *Arch.* [*lin.* 3.] ἅμα οἱ, *sibi pariter et illis*, [ubi rectius alii ἅμα ἠοῖ] verum quidem praefert, sed non aequat amplitudinem vulgati, ipsum tempus signantis. Quae deinceps [*lin.* 6.] de *transfugis*, ad unum Tyrastiadem, domo Cumanum, *Diodorus* lib. XI. 8. adstringit. WESS.

3. ἐπεὶ δὲ καὶ αὐτόμολοι) Scribendum ἐπὶ δὲ, *deinde vero*. Vallae *deinde*, non in *postquam* deformari, sed attendenti monstrare debebat veram scriptionem, ἐπὶ δὲ, quod commode succedit post πρῶτον μέν. Exempla quaerenti dabunt *Portus* in Ἐπὶ δὲ, et *L. Bos.* Obs. Crit. p. 15. *Eustath.* in Ἰλ. α'. p. 123, 6. τὸ μετὰ δὲ, ἀντὶ τοῦ μετὰ ταῦτα δὲ, καὶ ἐπὶ δὲ καὶ πρὸς δὲ, ἀντὶ τοῦ ἐπὶ τούτοις καὶ πρὸς τούτοις. VALCK. — Imprudenti mihi accidit, ut ἔπειτεν καὶ, quod sum de coniectura *Schaeferus* ediderat, propagari paterer in nostrum exemplum. Ad ἐπὶ δὲ, quod ante *Schaef.* exhibebant editiones omnes, nihil varietatis e Mss̄tis adnotatum est, in nostra vero membr. *F.* ἐπεὶ δὲ sic cum duobus accentibus pictum video. Adsentior vero doctissimo *Valckenario*, et ἐπὶ δὲ καὶ rescriptum velim. *S.*

10. οἱ μὲν ἀπαλλάσσοντο) Caeteros Graecos, ut *Herodotus* ἀπαλλαξίοντας nobis sistit *Diodor. Siculus* lib. XI. c. 9. ea duraturam sibi suisque Spartiatis laudem cupientis Leonidae consilium, Nostro memoratum *cap. seq.* Apud *Justin.* H. c. 11., *hortatur socios, recedant, et se ad meliora patriae tempora reservent; sibi cum Spartanis fortunam experiendam.* Forsan scripserat *Orosius* p. 111, 3. [lib. II. c. 9.] *sibi vero cum Spartanis suis aleam* [ubi vulgo *aliam sortem*] *esse subeundam.* VALCK.

CAP. CCXX. 5. μᾶλλον τῇ γνώμῃ πλεῖστος εἰμι] Scripsit lib. I. 120. ταύτῃ πλεῖστος γνώμην εἰμί: ubi *Gronov.* Hoc eodem ducit, casu ex defectu praepositionis di-

crepans. [τῇ γνώμῃ, quod hic est, idem valet ac γνώμην ab-que artic. I. 120, 20.] Congruit Sophocleum Oed. Tyr. vs. 565. καὶ νῦν ἔτ' αὐτός εἰμι τῷ βουλεύματι. Itaque πιστός εἰμι in *Ask.*, [quod ignorant alii,] etsi κτύπος πιστὸς *Aeschyl.* Prometh. vs. 915., παραδιόρθωσις est. Quid autem ὄχλος *Arch.* sibi velit, profiteor, me non nosse. WESS. — Imperitus puto homo ad πλεῖστος supplendum vocab. ὄχλος existima-verat. *S.*

Ibid. ταύτῃ καὶ μᾶλλον τῇ γνώμῃ) Sensus claret; rarissimâ formâ loquendi significatur, quod usitata magis dicere-tur, ταύτῃ καὶ μᾶλλον τῇ γνώμῃ προστίθεμαι, vel τίθεμαι. Neu-tiquam tamen tentari debebat sincerum πλεῖστος. Qua hic structura, Astyages I. 120. καὶ αὐτὸς, ὦ μάγοι, ταύτῃ πλείστης γνώμην εἰμὶ, - - - ἐξήκειν τὸν ὄνειρον: illic pro τῇ γνώμῃ, vulga-tum ex Codicibus γνώμην: idem hic etiam admitterem, aut, quod non postponerem, ταύτῃ καὶ μᾶλλον τὴν γνώμην πλείστός εἰμι, Ἀσυρίδην - - - κελεῦσαι. *Lucian.* in *Demosth.* En-com. T. III. p. 494., εἰ καὶ πλείων εἰμὶ τὴν γνώμην πρὸς Ὁμή-ρου τετάχθαι: *etsi magis fert animus ab Homero stare.* Quae proxima sequuntur, in tractandis Herodoteis solita sibi malevolentia *Plutarchus* excerpsit T. II. p. 865. B. VALCK.

10. ἰκίχρητο) Nihil habet ἰκίχρητο, cur sperni de-beat: caussam ad lib. II. 127. exposui; cui pondus ex con-spiratione tot membranarum gravius accedit. Post pauca [*lin.* 15.] ἀπολίσθαι locum occupavit veterem. WESS.

10 *seq.* ἰκίχρητο - - - τοῖσι Σπαρτιήτῃσι) *Iustinus* II. c. 11, 8. *Initio huius belli sciscitantibus Delphis oracula, responsum fuerat, aut regi Spartanorum, aut urbi cadendum.* Ipsi qui-dem Delphi circa hanc tempestatem oraculum adhibue-runt, quibus responsum fuerat, ἀνίμοισι εὔχεσθαι, *Herod.* VII. 178. At in istis *Iustini* non sane Delphi sunt *sciscitan-tes*, verum *Lacedaemonii*, quorum praecesserat mentio: his *sciscitantibus*, *Delphis*, *oracula*, (vel *oraculum*,) *respon-sum fuerat*, *aut regi*, *aut urbi cadendum*: nomen *Spartanorum* illic a prima manu non videtur collocatum. Solet ita lo-qui *Iustin.* II. c. 12, 13., *adventante Xerxe consulentibus*, (Atheniensibus nempe) *Delphis oraculum*, *responsum fuerat*: cf. III. 5, 4. XVI. c. 3, 4. VALCK.

16. εὐρυχόρου) *Spatiosae* et *choris aptae*; neque enim, quae *Er. Vigeri* sententia ad *Euseb.*, Spartanorum regio in-

dicatur. Εὐρύχειρος Κόρινθος in Epigr. 424., εὐρύχορος Τεγέα Epigr. 441. collection. *Cephalae*, ad eundem modum. Plura Cl. *Taylor* in *Demosthen.* Midian. p. 105. [in *Reiskii* Apparatu ad *Demosth.* Vol. I. p. 591.] *Sequentis* principium *versus* [*lin.* 17. ubi vulgo plene, ἄστυ ἐρικυδὲς] considerandum ac si Ἡ μέγα ἄστυ ἐρικυδὲς foret, aut Ἡ μέγα ἄστ' ἐρικυδές, qua illud forma *Camerarius* inter Epigrammata, iuncta *Theocrito* olim, exprimi curavit. Porro ὑπ' ἀνδράσι Πετεατίδῃσι, patronymico ex Πετεώς, gentis satore, c. 150. et VI. 54., cultius *Pavius* habet. WESS. — Lubens equidem *diaeretica puncta* vocabulo Πετεατίδῃσι imponenda admittam. Caeterum de Homerico epitheto εὐρύχορος consuli possunt Poëtae interpretes. *S.*

19. πανθήσει βασιλῆι) Tale Poëtae ἀγγελίην ἐπὶ Τυδῆ στεῖλαν Ἀχαιοὶ Iliad. Δ'. 384., loco Τυδίδα, de quo *Etymolog.* in Πανδιονίς. Servare tamen βασιλῆα, modo postrema contraheretur, in promtu fuerat. WESS. — Ut hic ante *Gronovii* Ed. βασιλῆα Φθίμιον, sic vulgatur in *Eusebianis* ex *Oenomao* excerptis, Praep. Ev. V. p. 219. Πανθήσει βασιλῆα Φθίμιον: ubi pro *dactylo paeon* est *primus*; ut in oraculi versu secundo, Ἡ μεγα |ἄστυ ἐρι|. Vitium, ut illic occultari potest elisione vocalis ε, hic tegit lectio *Med.* βασιλῆ Φθίμ. In *Scymni Chii* praefat. Perieg. vs. 59. τὸν Ἀπόλλωνα τὸν Διδυμῆ λέγω, corrigit *Is. Voss.* ad *Melae* I. cap. 17, 3. Talia nonnulla dedit *Homerus.* Ἰλ. δ'. 384. ἀγγελίην ἐπὶ Τυδῆ στεῖλαν Ἀχαιοί: etc. In *Euripidis* vulgatur Alcesti vs. 24. Ἥδη δὲ τὸν δὲ Θάνατον ἱερῷ πίλας Ἰερῇ θανόντων. VALCK.

20. Οὐ γὰρ τὸν ταύρων optime *Paris B.*, nempe *Xerxem*, quippe *Iovis robore valide instructum*, uti subditur. WESS.

23. βουλόμενος κλέος καταθέσθαι μοῦνον) Ut Thebanos suos tueretur, haec excitans *Plutarchus* de *Herod.* Malign. p. 865. E. rectius legisse videtur μούνων Σπαρτιητέων: et mox, ἢ τῇσι γνώμῃσι διενεχθέντας. Adfirmat τὸ μούνων Herodotea propemodum interpretatus *Diodorus* XI. c. 9. Λεωνίδης, - - - φιλοτιμούμενος αὐτῷ τε δόξαν περιθεῖναι μεγάλην καὶ τοῖς Σπαρτιάταις, προσέταξε τοὺς μὲν ἄλλους Ἕλληνας ἅπαντας ἀπιέναι, καὶ σώζειν ἑαυτούς, - - - αὐτοὺς δὲ τοὺς Λακεδαιμονίους ἔφησε δεῖν μίνειν. VALCK.

CAP. CCXXI. 1-3. Μαρτύριον - - - οὐκ ἐλαχιστον τούτου περὶ γίγνεται) Nexa his οὐ γὰρ μοῦνον τοὺς ἄλλους, ἀλλὰ, Scho-

liastae nimis officioso transcribo. Abunde erat, ὅτι καὶ εἰς etc., monstrantque schedarum plures. WESS. — Sufficere haec utique poterant: sed ne copia quidem illa, quam alii Masti cum Edd. offerunt, aliena ab *Herodoti* stylo debuit videri. *S.*

4. Μαγιστίην τὸν Ἀκαρνᾶνα) *Megistiam Acarnanem* Graeci celebrant; in his *Philostratus* Vit. Apollon. IV. 23., ubi docte *Olearius*. Θεμιστίας *Plutarcho* Lacon. Apophthegm. p. 221. c. Mitto *Tzetzen* Chil. X. vs. 686., multa perperam et stolide miscentem, Megistiamque hunc et Tellium, de quo lib. VIII. 27., confundentem. WESS. — Egregii vatis, qui fati praescius, tamen Οὐκ ἔτλη Σκάμπτειν ἡμιόνους πεδίονδε, ut est in *Simonidis* epigr. cap. 228. [Anal. *Brunckii* T. I. p. 131. n.° XXXI.] nomen latebat apud *Suidam* in Ἄριστα μαι et in Ἀκαρνᾶνα: verba sunt *Philostr.* Vit. Apoll. IV. c. 23., e quo τὸν δὲ Ἀκαρνᾶνα Μαγιστίαν *Suidae* restituendum vidit G. *Olearius*; et *Aeliano*, [Nat. Anim. VIII. 5.], quod ex *Med.* Coll. viz clar. *Abr. Gronovius* adfirmavit. De *Acarnane Megistia*, praeter cetera, falsa quoque nobis narrat *Io. Tzetzes* Chil. X. vs. 685. etc. in hunc transferens et in Laconas, quae de Tellia vate legerat et de Phocensibus apud *Herod.* VIII. c. 27. aliosve. Lectu non indigna sunt haec ex ineditis *Schol.* in *Aristidis* Panathen.: Λέγουσιν ὅτι μάντις τις τῶν Λακεδαιμονίων εἶπεν ὅτι, ἐὰν μείνωμεν τειχισώμεθα· καὶ ὅμως ἡρέσατο μὴ φυγεῖν, ἀλλὰ ἐνδόξως θανεῖν. Si legitur, ut puto, in Cod. Ms. *Petri Burm.* ἡρέσατο, mihi ἡρήσαντο aeque videtur inusitatum ac ἥρεσα: corrigerem, καὶ ἅμως ἠρήσαντο μὴ φυγεῖν, ἀλλὰ ἐνδόξως θανεῖν: nempe εἵλοντο, vel προείλαντο, nihilominus *fugere* recusantes, *honestam mortem praeoptarunt*. Utrumque est ex optimorum scriptorum usu; pervulgatum quidem ἠρήσαντο μὴ, alterum, *maluerunt*, sed, nempe *maluerunt*; ut *Demosthen.* pag. 620., 84., similesque vid. in lib. VII. c. 104. notata: *Schol.* in *Eurip.* Phoen. p. 791. 4. μᾶλλον ἐπέτρεπεν αὐτὸν τῇ ἐπὶ τὰν Ἀπόλλωνος ὁδῷ, τῇ δὲ Ἥρᾳ μᾶλλον, τῇ γαμετῇ, θύειν: videlicet ἐπέτρεπεν. VALCK.

5 *seq.* τοῦτον ἅπαντα ἐκ τῶν ἱερῶν τὰ μέλλοντά οἱ ἐκβήσεσθαι ἐπόντα) *Koenius* suo *Herodotum* more scripsisse suspicabatur τοῦτον ἅπαντα - - - ἐκβαίνειν ἅπαντα: qui favet elegantі coniecturae *Mediceus* codex. VALCK. — Secutus

cupide sum Mastos libros, singulari constantia viam ad veritatem munientes. Sermonis quoque nexus nihil desiderat uberius. WESS. — Nempe ἅπαντα ab imperitis nonnullis librariis in ἅπαντα fuerat mutatum: post ἐκβαλεῖν vero nullus codex mutus aut ἐκόντα aut ἄκοντα agnoscit. *Valetus* Editor, in principio ἅπαντα legens, in fine ἐκόντα sua de coniectura adiecit. *S.*

§ 8. οὐκ ἀπελίπετο) Videtur οὐκ ἀπέλιπε ex *Arch.* promiti. Delnteps c. 222. ἀποδιδράσκοντας Ἀσωπόν: et lib. VIII. 65. *Plutarchus* tamen *Virt. Mulier.* p. 261. c. τὴν δὲ Ἐρυξὼ μὴ ἀποδιδρασκομένης, ἀλλ' ἐπισπᾶσθαι βουλομένης, οὐδὲ ἡ μήτηρ, ἀπιοῦσα πρόσω, ἀπελείπετο. At in huiusmodi verborum formis, etsi saepe inconsulta, ingens est librariorum inconstantia. WESS. — Est vero etiam apud *Xenoph.* ἀποδιδράσκειν τινος, *discedere ab aliquo*, Cyrop. I. 6, 21. III. 1, 42. et saepius alibi. *S.*

CAP. CCXXII. 2 seq. Θεσπιέας δὲ καὶ Θηβαίους) Hic de *Thebanis* scripta *Plutarchus* ea ratione repellit T. II. p. 869., ut haec quoque criminatio sua quadam specie non destituatur. Solos secum Leonidam retinuisse Thespienses narrat *Diodor. Siculus* T. I. p. 410, 46. [Hb. XI. c. 9.] ubi notat vir eximius. *Herodoti* Thebani Mycenaeos octuagintia substituit *Pausanias* X. [c. 20.] p. 846., et II. [c. 16.] pag. 146., ubi, Μυκηναίους, inquit, πλειόνων ἢ Θεσπιέων ὀγδοηκοντὰ ἄνδρας, ἃ Λακεδαιμονίοις μετέσχον τοῦ ἔργου. VALCK.

§. μετῆγε γὰρ αὐτοὺς Λεωνίδης) Cavillatorem audi *Plutarchum*: adeo insanisse negat Leonidem, ὅστις μετὰ τριακοσίων λόγῳ τοῖς τριακοσίοις τοὺς τετρακοσίους ὅπλα ἔχοντας, ut trecentis suis *quadringentos Thebanos armis instructos obsidum loco retineret*. Immo vero vereri magis debuisse, ne ab his, quam ne a barbaris, circumveniretur. Quae inanem futilemque habent criminationem. Neque enim non plures quam trecenti cum Leonida fuere, verissime in Prolegom. respondente *Iodoco Camerario*. Nam praeter septingentos Thespienses, Spartano regi addictissimos, aderant trecentis ipsorum ditionis plures, siquidem quodam suorum satellitio cincti in expeditionem ire solerent, et singuli interdum ad septenos secum Hilotas traherent; teste Scriptore lib. IX. 28. Stipasse vero illos trecentos hac pugna Hilotarum haud paucos, nitidissime ex c. 229. et lib. VIII.

25. patescit. Quid ad haec malignitatis accusator? WESS.

CAP. CCXXIII. 8. ὡς τὴν ἐπὶ θανάτῳ ἔξοδον ποιούμενοι) Leonidae quod fertur decantatum dictum, aut minus congruum iudicavit *Herodotus* huius diei gloriae personae-ve, aut excogitatum demum fuit post eius aetatem, sicut alia non pauca: nam alibi legerat *Seneca*, quod Suasor. II. pag. 18. putabat *etiam apud Herodotum esse*, οὕτως ἀριστᾶτε, ὡς ἐν ᾅδου δειπνήσοντες. [Conf. *Diodor. Sic.* XI. 9. et ibi *Wess.*] Romana maiestate condignum dictum tribuni militum, qui se quadringentis secum morituris ducem offerebat consuli, nobis custodivit *A. Gellius* Noct. Att. III. 7., *Ego hanc tibi et reipublicae animam do*, etc. praeterea *M. Catonis* verba memoratu dignissima, virum illum excellentem iure comparantis cum Leonida. Periit nobis et illa pars *Livii*, qua praeclarum illud facinus Herodotea suavitate narraverat. VALCK.

9. ἐς τὸ εὐρύτατον) Sive hoc, seu εὐρύτερον legatur, par trecentorum audacia: malim posterius, tanta Codicum conspiratione nixum. Quod adhaerescit, [*lin.* 10.] τὸ μὲν γὰρ ἔρυμα etc., pertinet ad superiores dies. Scriptum si fuisset, τὸ μὲν γὰρ ἔρυμα τοῦ τείχεος ἐφυλάσσετο ἀνὰ τὰς πεντήρας ἡμέρας, οἱ δὲ ὑπεξιόντες etc., sententia fuisset clarior, *Pavio* observante. WESS.

12. τότε δὴ συμμίσγοντες ἔξω τῶν στεινῶν) Falsum itaque quod *Plutarcho* Noster scripsisse perhibetur T. II. p. 866. A. πιστεῦσαι πάντας εἰπὼν ἐν τοῖς στενοῖς περὶ τὸν κολωνόν. Huc enim postea demum superstites se receperunt Spartiatae, quum iam Leonidas aliique multi cecidissent, postquam Persas quater in fugam verterant: tum demum cap. 225. ἔζοντο ἐπὶ τὸν κολωνὸν πάντες ἀλλὰ οἱ ἄλλοι, πλὴν Θηβαίων. Fatendum tamen foret Leonidae ceterorumque laudem hic imminutam, si verum esset, quod alios sequutus auctores tradidit *Plutarchus*, captis armis *noctu* Spartiatas cum duce suo castra irrupisse hostilia, ipsumque Regis petiisse praetorium, *aut cum illo, aut, si ipsi oppressi essent, in ipsius potissimum sede morituros*, ut loquitur *Iustinus*; quem sequitur *Orosius* II. c. 9. Νύκτωρ, inquit *Plutarchus*, ἀναστάντες ἐβάδιζον ἐπὶ τὸ στρατόπεδον, καὶ τὴν σκηνὴν ὀλίγου δεῖν βασιλέως, ὡς ἐκεῖνον αὐτὸν ἀποκτενοῦντες, καὶ περὶ ἐκείνῳ τεθηκότες: conf. *Diodor.* XI. c. 10., et ibi Clar. *Wess.* Cur his

pótius crederemus, quam *Herodoto?* quum illa praesertim narratio fidem superet, multaque mentiantur in historia Graeci. VALCK.

21. παραχρώμενοί τι καὶ ἀτίοντες) Laurentii *ingruentes et sese intrudentes* perstrinxit, tanquam aliena, Cl. *L. Bos* Obs. Critic. p. 157., eorumque in locum, *quos spernebant et pro nihilo habebant*, suffecit. Dubito de priore: belle memini lib. IV. 159. *Vallae* παραχρωμένους fuisse *contemtores*, sed aptavit isthic, quae erant disiuncta: namque καὶ παραχρώμενοι διαφθείρουσιν his consimiliter ponuntur de pugnantibus, *qui sibi corporibusque suis* nimio ardore *haud parcunt*, ac σὺν παραχρήσει ἑαυτῶν in hostes ingruunt, quae et *Porti* doctrina. Posterius *ingruentes* ex ἀττίοντες *Arch.* fluxit; quo quidem, si tamen iidem Ionibus ac ἄττοντες, nihil acconmodatius. Ἄττοντες, ὁρμῶντες, πηδῶντες, *Hesychio*, *Suidae* [voc. Ἄττει] et hac de familia aliis. Non diffiteor, mihi vehementer illud placuisse quondam: nunc vereri occepi, ut exempla Diss. Herod. p. 88. quaestioni faciant satis. [Et ista profecto rectius ἄττοντες et ἄττει scribentur: sunt enim ex ἀΐττοντες et ἀΐττει contracta.] Nec sequar tamen *H. Stephanum*, ἀτίοντες sive ἀτίζοντες scribentem: nam quae in *Camerarium* ille strinxit, ex *Eustathio* derivata, non feriunt admodum. *Homeri* enim ἀτίοντα Iliad. Υ'. 332. explicant interpretes ἀτιμάζοντα, *Hesychius* cum Adnot. Clar. *Alberti*, aut ὀλιγοφροντιστοῦντα, ἀφροντιστοῦντα, aut diversius. Illud si arripiatur, *valde desperantes et nullam suae salutis rationem ducentes* sistet; tumque παραχρώμενοί τι καὶ ἀτίοντες aptissime nexi procedent. *Diodorus* simili in re, ἀφειδῶς ἐχρῶντο τοῖς ἰδίοις σώμασιν εἰς κοινὴν σωτηρίαν, XIII. 60. et ἀφειδεῖν τῆς ψυχῆς ἕνεκα νίκης, XII. 62. WESS. — Notavit ad hunc locum *Reiskius*: „Cogitavi „aliquando λυττίοντες, ionice pro λυττῶντες: sed nunc placet vulgatae adquiescere, atque interpretari *furentes*, *rabiosi*" Haud dubie a Poëta mutuatus id verbum *Herodotus* est. Vide ad Iliad. υ'. 332. interpretes, et instar omnium immortalem *Heynium*; qui hunc ipsum etiam Nostri locum expendens, istud καὶ ἀτίοντες verissime interpretatur *et tamquam attoniti, mente capti*. Quem ibi *Valckenarium* nominavit Vir doctissimus, eius loco *Wesselingius* erat nominandus; cuius quidem sententia haud multum discrepat ab *Heynii* interpretatione. *S.*

CAP. CCXXIV. 4 *seq.* τῶν μὲν αὐτῶν ὀνομαστὶ τοὺς Σπαρτιήτων) οὐνομαστοὶ ex dialecti ritu. [Sed vulgatum h. l. tenent libri omnes.] Accessio vocabulorum ex *Med.* laudatore (quod minime mirandum) utique *Gronovio*, fluxae tamen fidei apud multos. Qui tandem illi οὐνομαστοὶ, distineti a trecentis, quorum omnium esse accepisse nomina ait? An Helotae? quibus usquam in Spartanorum catalogo locus. Non nescio, saepe inter simillimas posita voces supina librariorum socordia praeterividem et negligi. At conjurasse pleroque omnes scribas, et maculam schedis adspersisse, paene supra fidem est. Tuenda ergo possessionem inserta e *Medic.* non posse videatur. WESS. Ob vocem οὐνομαστοὶ repetitam, media quaedam facile, fateor, potuerunt excidere; si tamen aliunde iam absunt Codicibus, *Vallae* non lecta, neque ego desiderarem ex *Med.* vulgata: ex hac lectione *Med.* *Koenius* forte valde probabilem efformavit, hanc nimirum: καίτοι μὲν αὐτῶν πολλοί τε καὶ οὐνομαστοὶ Σπαρτιητῶν, *Spartiatarum, qui cum Leonida occiderunt, inquit Noster, ἀριθμὸν ἀξίων μνησθέντων* τὰ οὐνόματα neque hic requirerem omissam vocem ἀξίων, hoc sensu sic nimpiolitem nix veteribus illis usurpatam: ad ἀνδρῶν μνησθέντων, quemadmodo loqui solet, adscribi potuit ἀξίων. Nomina trecentorum Spartanorum sibi forsan enotuerat ex columna in illorum memoriam Spartae erecta. *Pausan.* III. [c. 14.] pag. 240. Κεῖται καὶ στήλη πεποίθει τὰ ὀνόματα ἔχουσα τῶν ἀφ' Μιδους τὸν ἐν Θερμοπύλαις ἀγῶνα ἀνδρῶν cui etiam pag. 247. [c. 12.] μνήμη memoratur (τοῖς) λόγου μάλιστα ἀξίως μνησθῆναι μετὰ δὲ αὐτὸν Δεινίου. VALCK. Vocab. ἀξίων *lin.* 6. communi consensu libri omnes tenent: et possunt ex proxime praecedentibus intelligi ὀνομαστῶν ἀξίων, *memoratu digni.* Insulsam autem adsumentum, πολλῶν δὲ καὶ οὐνομαστοὶ, quod, a *Gron.* receptam, in suum etiam exemplum propagari *Wess.* passus est, praeter codicem *Medl.* nullus alius vetus liber agnoscit, nam et noster *F.* illud ignorat, quem in *Var. Lect.* nominare neglexerat: in codd. quidem *Pb.* et *Pd.* eadem verba paullo inferius legi, sed aeque inutiliter inserta, ibidem adnotavi. *S.*

Nomina *filiorum Darii*, Ἀβροκόμης et Ὑπεράνθης, ex gen-

illi sermone ad Graecorum morem esse deflexa. Noh. *Palmarius* Exercitat. p. 584 monuit. WESS.

τὸν οἶκον πάντα τὸν ἑωυτοῦ ἐπέδωκε) *Insuper dedit omnia bona sua.* Isthac aetate *Vallam* in scopulum iucidisse non sane mirum est. Veteris usus, ab *Homero* ducti, in Attico foro vulgati, saepius interpretes immemores Οἶκον *domum* interpretantur, ubi hac voce *totum patrimonium*, vel *universae* significantur *facultates*. *Ammonius*: Οἶκος, λέγεται καὶ πᾶσα οὐσία. *Xenoph.* in Oeconom. p. 486, 3. ἡ οἰκονομία ἐπιστήμη ἐφάνετο, ἢ οἴκους δύναντας αὔξειν ἄνθρωποι. Οἶκος δὲ ἐλέγετο, ὅτῳ κτῆσις ἡ σύμπασα. Praecivit *Homerus*, qui saepe proci Penelopes dicuntur ἔδοντες et κατέδοντες οἶκον Ὀδυσσῆος, *bona comedentes Ulyssis*; qualia commodum adscivit *Matthaeus* Ev. *Matth.* XXIII, 14. Nusquam, quantum recordor, in hunc sensum οἰκίαι veteres, saepissime ponunt ἔπαυλα, prae ceteris *Xenophon*, et *Isaeus*; sed et *Thucydides*, *Antiphon*, *Lysias*, *Isocrates*, *Demosthenes*, quique ad horum se student normam componere Sophistae. Dedit nonnulla *Des. Heraldus* in *Salm.* Obs. ad Ius A. et R. pag. 1190. De multis ad Herodotea haec accedunt proxima Cadetae *Xenophontis*, Κυρ. Παιδ. V. p. 82, 5. *nemo est ὅστις ἐγὼ οἶδ' ἐμοῦ φίλτερα καταλείψω τὸν ἐμὸν οἶκον. Isocratis* de Pericle p. 280. τὸν μὲν οἶκον ἐλάττω τὸν ἑαυτοῦ κατέλιπεν, *minorem certum reliquit, quam a patre acceperat. Isaei* pag. 82, 2., ἡ μήτηρ ἡ ἐμὴ ἐν (lege ἐπὶ) παντὶ τῷ οἴκῳ ἐπίκληρος ἐγένετο. *Demosthen.* c. Phaen. pag. 598, 34., δι' οἴκων λειτουργούντων κεκλησόμεθα: ante dixerat §. 31., δι' οὐσίας χαριούμενοι. VALCK. — Notabilis utique vocabuli οἶκος usus: at nihil impedire videtur, quo minus latinum *domus*, graeco οἶκος respondens, in huiusmodi orationis connexione eadem notione ponere liceat. S.

CAP. CCXXV. 2. μαχόμενοι ὑπὲρ τοῦ νεκροῦ) Partem veri vidit vir optimus *L. Bos*, Obs. Crit. p. 59., post μαχόμενοι nempe distinctionem ponendam: verum, quod recte *Gronov.* etiam animadvertit, non sic solet ex abrupto Noster orationem redordiri: vocula requiritur quae haec et illa connectat; adest illa, ita (ni fallor) suo loco collocanda: ἔπεφυκε δὴ δύο ἀδελφοὶ ἐνθαῦτα πίπτουσι μαχόμενοι ὑπέρ τε τοῦ νεκροῦ τοῦ Λεωνίδεω Περσέων καὶ Λακεδαιμονίων ὠθισμὸς ἐγένετο πολλὸς, ἐς ὃ τοῦτόν τε ἀρετῇ οἱ Ἕλληνες ἐξεῖλόν τε. Ad postre-

ma *Reiskius*: *Hunc*, ait, *locum non consilio cum* pag. 469. *initio*: *manifesta nimis est contradictio*. Sed, qualia scribit *Reiskius* in Miscell. Lips. vol. VIII. pag. 502., suo loco ne tangenda quidem, si quis ante annos scripsisset ferme ducentos, quibus ille modis fuisset exceptus! istiusmodi convitia hac aetate *ferimus*, *non reprehendimus*. Hic quaenam tandem est *ἐναντιοφάνεια*? Persarum manibus ereptum in hoc conflictu Regis cadaver victores aliquantisper tenuerunt Spartiatae; sed hi, *vincendo fatigati*, *vim hostium*, *ἀεὶ οἷον ἐρχομένων*, *non sustinuerunt*, atque eodem die omnes, ut notum est, interierunt, Persisque adeo victoribus *Leonidae* regium quoque reliquerunt cadaver, quod capite truncatum iratus Xerxes in crucem tolli iussit. [In editio deinde Animadversionibus silentio hunc locum idem *Reiskius* praeteriit.] Secundum fictum *Plutarch.* T. II. p. 306. D. [in libello qui *Parallela* inscribitur] ex Leonidae cadavere Persa *τίμιον τὴν κεφαλὴν*, *καὶ τύραν δοκοῦσαν*: verbis mutatis illinc rem narrat eamdem *Stobaeus* p. 92, 5.; utrique citantur *Aristidae Persica*, omnibus aliis invisitata; apud illum mox in historia Romana laudatur etiam *Aristides Milesius*: istiusmodi nebulonum mendacia vix digna sunt memoratu. Lipsiensis nunc forte Criticus R. [*Reiskius*] fatebitur, *cunctante stylo elaborata* veterum scripta paulo esse consideratius contrectanda. VALCK. — Ad locum quod spectat, ad quem ista disputavit *Valckenarius*, adnotare equidem in *Var. Lect.* debueram, in *Editis ante Wes.* et in *Msstis* sic constitutam distinctamque esse orationem: *πίπτουσι μαχόμενοι ὑπὲρ τοῦ νεκροῦ τοῦ Λεωνίδου. Περσῶν τε καὶ Λακεδαιμονίων ὀθνείως etc.* Sic quidem et noster cod. *F.* (nisi quod in hoc *μαχόμενοι* scribitur) nec ex aliis codicibus aliud quidquam adfertur nisi *ὀθνείως* ex *Pa.* et quod ex uno *Pd. Larcherus* adnotavit: *post μαχόμενοι* in illo *incisam esse orationem*, *post Λεωνίδου non esse interpunctam*. Ut olim alii, sic et *Valla* legerat, interpretatusque erat: *Hi duo Xerxis fratres super cadavere Leonidae pugnantes occubuere*, *adeo vehementi Persarum Lacedaemoniorumque conflictu*, *ut Graeci* etc. Atque in eadem ratione adquiescere fortasse debueramus. Primus *Gronovius* suspicatus erat, post *μαχόμενοι* forsan interpungendam fuisse orationem, ut verba *ὑπὲρ τοῦ νεκροῦ* etc. ad sequentia referrentur: eam-

dem vero suspicionem rursus deposuit, quoniam ita minis abrupte inchoaretur sequens periodus, Ὑπὲρ τοῦ νεκροῦ τοῦ Λεωνίδεω etc. Nihilo minus *Wesselingius* post μαχεόμενοι quidem interpunxit orationem, proxime sequentia vero verba intacta reliquit, nullam in Notis super hoc loco dubitationem significans, at in latina tamen versione coniunctivam adiiciens particulam: *Xerxis igitur duo fratres pugnantes occubuere; adeoque vehemens de cadavere Leonidae fuit Persarum Lacedaemoniorumque conflictus* etc. Post hunc *Schaeferus*, tenens post μαχεόμενοι interpunctionem, ante ὑπὲρ τοῦ νεκροῦ, καὶ particulam ex coniect. adiecit; quae particula ex *Schaeferiana* editione in nostram propagata est. At equidem, si modo necesse utique fuit a vetere ratione discedere, profiteor paulo expeditiorem mihi nunc videri *Valckenarii* rationem, in eamdem cum *Schaefero* sententiam ὑπέρ τε τοῦ νεκροῦ corrigentis. Potuerit vero nihilo minus deinde post Περσέων eadem τε particula suum locum tueri. *S.*

4. ὑπερεξέρυσαν) Raritate commendatur, nullo alio privilegio: idem ὑπεξεσύρυσαν, *subtraxisse* videlicet sua virtute pugnantibus Persis *Spartanos Leonidae corpus.* Nam; quod illi Xerxes deinde turpiter insultavit, tum contigit, cum trecenti post strenuum certamen occubuerant omnes. Frustra enim in his difficultas quaeritur. Porro [*lin.* 7.] ἐτρωσιοῦτο τὸ νεῖκος ex *Pass.* legitimum puto. Νεῖκος de bello et pugnae contentione c. 158. alibique. Geminum ferme lib. IX. 101. ἐνθεῦτεν ἤδη ἐτρωσιοῦτο τὸ πρῆγμα. WESS. — ὑπεξεσύρυσαν *lin.* 4. cum *Schaef.* ex *edd. ante Gron.* revocavi. Codex *Med.* autem cum *Pass. Ask.* et uno ex *Paris.* non ὑπεσύρυσαν dabat, ut in nostra *Var. Lect.* perperam scriptum, sed ὑπερεξέρυσαν: quod ego quidem librariorum errori adscribendum puto, *Wesselingius* vero a *Gronov.* receptum in contextu tenuit: quibuscum noster etiam cod. *F.* fere consentit, qui non, ut in *Var. Lect.* dixi, ὑπεξέλκυσαν, sed (ut, codice iterum inspecto, nunc primum animadverto) ὑπερεξέλκυσαν praefert. *S.*

10. ὁ δὲ κολωνὸς ἐστι etc.) Parendum fuit scriptis libris. *Plutarchi* editiones Κολωνὸν ostentant, sicuti et *Aldus*, quasi proprium nomen. Prope eum collem Λεωνίδου σῆμα apud *Philostratum* Vit. Apoll. lib. IV. 23.; verius Noster. Adde

Simonidae Epigramma Anthol. III. 5. p. 296. WESS. Vide *Anal. Brunckii* T. I. p. 132. num. XXXV. *S.*

112 *seqq.* μαχαίρῃσι, τοῖσι κύντων etc.) *Tan. Fabri* coniecturas acerbius taxari animadverto, addique contextui haud illud satis opportunum. Codicum inconstantia optionem reliquit liberam, qua, praesertim cum *Longinus* praeiret, utendum censui. Namque ex eo advocatum, et princeps editio et Mssti, teste Cl. *Zach. Pearce*, offerunt; prorsus Herodoteis, uti vulgari iussi, concordans. Hoc amplius, καὶ χερσὶ καὶ στόμασι a sequente κατίχωσαν punctione separavi; eiusdem *Longini*, cui στόμασι μάχεσθαι mera hyperbola, ductu. *Cicero* Laconici in eo genere quidpiam observavit, *adolescentum greges*, inquiens Tuscull. Disput. V. 27, *Lacedaemone vidimus ipsi, incredibili contentione certantes pugnis, calcibus, unguibus, morsu denique.* Quod itaque his aptum haerebat, κατίχωσαν οἱ βάρβαροι βέλεσι, barbaros *manibus oribusque defensantes* scite *Spartiatas* iaculis *obruisse* et quasi contumulasse, cultissime pingit. Grande oppido κατακεχῶσθαι βέλεσιν, eodem *Longino* monitore. Hinc *Aristides* T. II. pag. 190. κατεχώσθησαν ὑπὸ τῶν βαρβάρων. *Philostratus* Vit. Apoll. IV. 23. ἐπὶ τῶν κάτωνεν, ἐφ' οὗ λέγονται Λακεδαιμόνιοι περιχωσθῆναι τοῖς βέλεσι. *Libanius* Or. XXXV. p. 690. A. ὡς δὲ πολλοὺς ἔλαγον καταχώσας τῶν Λακεδαιμονίων ἐν Πύλαις, ubi *Morellus* nihil vidit. WESS.

112-115. αἰπεινοὺς μαχαίρῃσι etc.) Quod, postea temere reiectum, olim placuerat *T. Fabro*, mihique venerat in mentem, hoc a Codicibus submini*s*tratum (Diss. *Herod.* pag. 123.) revocabitur in contextum, sic, ut puto, collocandum: αἰπεινοὺς μαχαίρῃσι (τοῖσι αὐτῶν ἐτύγχανον ἔτι στρωθέντες,) καὶ χερσὶ καὶ στόμασι, κατίχωσαν οἱ βάρβαροι βέλεσι. In his ista, καὶ χερσὶ καὶ στόμασι, ab interpretibus *Longini*, *Fabro*, *Dacierio*, *Tollio*, variis tentata coniecturis, unus recte ceperat *Boileavius*, ut accipienda docuit f. c. Clar. *Wesseling.* Τοῖσι, dubio vacuum, sic adhibetur lib. VIII. c. 89., ἄτε γὰρ νῆσοι ἐοῦσαι, τοῖσι οὐ νηῒς ἐπιβᾶσα ἦεν, ἐς τὴν Ἑλλάδα ἔπλεον. Sed haec, τοῖσι κύντων ἐτύγχ. ἔτι στρωθέντες, nempe αἱ μάχαιραι, apte respondent ad istam 123., δόρατα μὲν τὸν τοῖσι πλείστοισι αὐτῶν τυγχάνοντα ἐτύγχανε κεκτημένοι ἐόντες, οἱ δὲ τοῖσι ξίφεσι διεχρέοντο τοὺς Πέρσας: pri-

more videlicet istius aevi, quo, *hastâ fractâ, gladiis utebantur.* VALCK. — Olim, quum imperite iuncta legerentur verba καὶ χερσὶ καὶ στόμασι κατέχωσαν οἱ βάρβαροι, *Valla* intellexerat *barbaros, et manibus et vocibus incessentes Spartanos; Gronovius* vero, *et manibus et mucronibus. S.*

1. *CAP. CCXXVI.* 5 *seq.* ὡς --- τὸν ἥλιον --- ἀποκρύπτουσι) *Sagittis Persarum solem obscurari solere: sic optime Valerius Maxim.* Herodoteum interpretatur ἀποκρύπτουσαι lib. III. c. 7. fin. Aliter *Cicero* Tusculan. I. 42. ubi de hoc egit Spartani dicto *Davis.* Pauca dederant viri Docti ad *Frontin.* IV. c. 5, 13. Proxima [*lin.* 7.] τοσοῦτό τι πλῆθος (τὸ πλῆθος, saltem scribendum,) αὐτέων εἶναι: illa, nec miror, maluisset omissa *Iac. Tollius* ad *Longin.* p. 223. [Equidem nec invitus tueri illa suum locum passum sum: nec τὸ articulum pro τὶ requisivi.] Unicum hoc tantum Dieneces Spartani dictum Noster retulit, nullum Leonidae vel aliorum de trecentis istis: feruntur tamen plura, et sane digna seculorum memoriâ; quorum omissionem non adeo negligentiae *Plutarchus* imputat, quam malevolentiae T. II. p. 866, c. D. et, ne quis minima diceret historicum intacta praetermisisse, ὁ δὲ, inquit, τὴν Ἀμάσιδος ἀποψήφισιν, etc. qualia dum nequeunt negari, vellem equidem nec dici potuisse. VALCK.

7. τοσοῦτό τι πλῆθος αὐτέων εἶναι) *Eustathium* arbitreris hic aut superius νίφος invenisse: καὶ σημείωσαι, scribit, ὅτι τὸ παρ' Ἡροδότῳ νίφος βελῶν, ὑφ' ᾧ, ὡς ὑπὸ σκιᾷ ἐχεῖν μάχεσθαι, φυγοπονοῦς ἔχει τῇ Ὁμηρικῇ ταύτῃ λέξει. *Iliad.* Θ'. 159. Id si vere reperit, adcommodum utique fuisset. Ego vero ex scriptorum exemplarium taciturnitate addubito, vacillantique eius memoriae adscribo. *Cicero*, non Trachinium quendam, sed Persen hostem in colloquio haec dixisse gloriantem, Tusc. Disp. I. 42. adfirmans, notatur a *Pet. Victorio* Var. Lect. lib. XXVII. 9. quem et *Davisium* adi. W. E. S. S. — Ad vocab. πλῆθος quod adtinet, nisi consentirent (quoad quidem novimus) codices, facile crederes variandi caussa nunc h. l. νέφος scripsisse *Herodotum*, et sedem nominis, cui peropportunus hic locus erat, interpretamentum occupasse. Sic quidem Νέφος *Hesychius* cum Scholiastis *Homeri* et *Euripidis* πλῆθος interpretatur: conf. *Wetsten.* ad Epist. ad Ebraeos c. XII, 1. *S.*

CAP. CCXXVIII. 3 *seqq.* *ἐπιγέγραπται γράμματα etc.*) Ubi duo leguntur de his tribus epigrammata priora, Anthol. III. c. 5. [Anthol. *H. Steph.* p. 200. Anal. *Brunck.* T. I. pag. 131 seq.] plura sequuntur *εἰς τοὺς ἐν Θερμοπύλαις θανόντας* scripta: quod illic est 24. *Εἰ τὸ καλῶς θνήσκειν etc.* *Simonidi* tribuitur in *Scholiis* ineditis in *Aristidis* Panathen. Sed magnificum *Simonidis* ad lyram cantatum *ἐγκώμιον τῶν ἐν Θερμοπύλαις θανόντων* [Anal. *Br.* T. I. p. 123 seq. num. xv.] nobis custodivit *Diodorus Siculus* XI. c. 11, ipsemet exquisitis laudibus fortissimos viros dignatus. Variabant forte Codices [*lin.* 9.] in *Epigr. secundo*: legitur apud *Strabon.* IX. p. 656. [pag. 429. ed. Cas.] Ὦ ξεῖν' ἀπάγγειλον: apud alios ut vulgatur apud *Herodot.* Mihi non displicet quod est in marg. Ed. *Steph.* Ὦ ξεῖν' ἀγγέλλειν Λακεδαιμονίοις: convertit Latine *Cicero* Tusculan. I. 42. ubi notat *Davis.* In *secundo versu* [*lin.* 10.] alteri longe praestat Herodotea lectio: *τοῖς κείνων ῥήμασι πειθόμενοι*: alludit Poëta *Lycurgi τὰς καλουμένας ῥήτρας.* VALCK.

9. *ἀγγέλλειν*) Frequens *ἀπαρεμφάτων* usus, et schedae id securum et verum praestant. Adsimile c. 110. *ἐμοὶ χρῆσθαι ὡς ἀνδρὶ ψεύστῃ*, *in me ut mendacem consule.* Latina Tullii, *Dum sanctis patriae legibus obsequimur*, bona sunt, sed ex *Simonidae*, ut ille censuit, *πειθόμενοι νομίμοις.* In vulgato, alludente ad Spartanorum Ῥήτρας, omnes acquiescunt Codd. cum *Suida.* WESS.

CAP. CCXXIX. 5 *seq.* *εἰς τὸ ἴσχατον*) Adstipulor Cl. *Wasse* ad *Thucydid.* IV. 12., hoc laudanti. Alia in re superius c. 107. *ἀλλὰ διαπαρῆμι εἰς τὸ ἔσχατον.* *Diodorus*, *Polybius*, *Agatharchides* etc., invitis tamen Grammaticis, de morbosis *ἰσχάτως ἔχειν* et *διακεῖσθαι.* Vide *Diodorum* XVIII. 48. et doctissimum *Trillerum* in *Thom. M.* Ἐσχάτως. WESS.

Ibid. *ἐφθαλμιῶντες εἰς τὸ μίγιστον*) Ἐς τὸ ἔσχατον legendum decernit *Ios. Wasse* ad *Thucyd.* IV. cap. 12., codices (quod alibi solet) non commemorans: praebet illud marg. *Steph.* lectum quoque *Vallae*, neque tamen non reperiuntur *εἰς τὸ μίγιστον*, et *εἰς τὰ μίγιστα*: permutanturque phrases, *τὰ ἔσχατα ἀσεβεῖν*, et *τὰ μίγιστα ἀσεβεῖν.* In malis tamen vitiisve ponere malunt *εἰς τοὔσχατον* *πρὸς τοὔσχατον* *ἐν ἔσχατον*: *νίκας μὲν εἰς τὰ ἔσχατα* Ἀρχίδαμον, est in Xenoph. Ἑλλ. V. p. 334, 29. *Extremam lippitudinem* intellexit *Valla.* *Plu-*

βο Gorgia p. 496. Λ. τοιοῦ που ἄνθρωπος ὀφθαλμούς, ᾧ ὄνομα ὀφθαλμία: de coecitate posuit *Aristoph.* in prima ed. Pluti vs. 115. Ταύτης ἀπαλλάξειν τε τῆς ὀφθαλμίας: cui versui hunc postea substituit, illic in *Scholiis* memoratum: Τῆς συμφορᾶς ταύτης σε παύσειν, ἧς ἔχεις: sive, ἣ σ' ἔχει. *Timocles Athenaei* VI. p. 223. c. Ὀφθαλμιᾷ τις; εἰσὶ Φινεΐδαι τυφλοί. VALCK.

14. λιποψυχίοντα) Si verum esset quod Lexicographis traditur, *apud Thucydid.* λιποψυχεῖν *sumi etiam pro ignavum esse*; illuc potuissent referri quae *Wasseus* alienissimo loco posuit p. 245. n. 43. [ad lib. IV. c. 13.] Τῇ ψυχίᾳ opposita *ignavia* dicitur etiam ἀψυχία: *animi deliquium*, aliis λιποψυχία, Ionice vocabatur ἀψυχίη: forsan itaque *ignavus* sive *pusillanimis* novatori *Herodoto* est λιποψυχίων. Coniecisse se scribit aliquando *Reiskius* διλοψυχίοντα. Poni saltem debuerat φιλοψυχίοντας: hoc si praeberet scriptus Codex, anteponerem vulgato, velut isthac etiam aetate usitatum. *Tyrtaeus* apud *Lycurg.* c. Leocr. p. 163, 4. Ἀλλὰ μέγαν ποιεῖτε καὶ ἄλκιμον ἐν φρεσὶ θυμόν. Μηδὲ φιλοψυχεῖτ', ἀνδράσι μαρνάμενοι. Ex Homericis expressum insigne *Theopompi* dictum habet *Clemens Alex.* Strom. VI. p. 749, 10. Εἰ γὰρ ἦν τὸν κίνδυνον τὸν παρόντα διαφυγόντας ἀδεῶς διάγειν τὸν ἐπίλοιπον χρόνον, οὐκ ἂν ἦν θαυμαστὸν φιλοψυχεῖν: attigit eximius *Ier. Markland.* in *Lysiae* p. 44, 4. et *Ioannis* Ev. XII, 25, ubi plurima collegit *Wetsten.* VALCK. — Vulgatum pertinaciter tuentur libri omnes. *S.*

14 *seq.* Εἰ μέν νυν ἦν μοῦνον *etc.*) Versavit hunc locum *Reiskius*, vitii, uti suspicatur, reum mancumque. Medicina, quam invenire se negat, in promtu erit, modo [pro ἀλγήσαντα, quod *Gronovio* placuerat,] ἀλγήσαντα, h. e. ὀφθαλμιῶντα, *oculorum morbo dolentem*, revocemus. Quid enim? An Aristodemus ἀλογήσας, *praeceptorum contemtor* Leonidae, Spartam redux, sine poena abiisset? Non sierit. Lycurgus nec militaris disciplina, apud *Aelianum* in *Suidae* Κάκη. *Oculorum morbus* obtentui, cur praelio afuerit, posuit esse, nulla ἀλογίᾳ. Quod *Portus* ἀλγεῖν semel excitavit ex lib. IX. 22., nihil ad rem. Habet lib. III. 40. et 43. atque alibi. Magis urgeret ἀλγεῖν, sine comite positum, de morbo doloreque oculorum, ni ὀφθαλμιῶντες Eurytus et Aristodemus in hac quaestione praecessissent. WESS.

CAP. CCXXXI. 3. οὔτε οἱ πῦρ οὐδὲς ἔναυε) Frequens inter Graecos olim abominandi flagitiosos et infames, genus. Id *Lycurgo* in Aristogit. p. 196. μήτε πῦρ ἐναύειν, μήτε συνστιεῖν μηδένα, μήτε θυσιῶν τῶν γενομένων κοινωνεῖν. Et paullo altius atque amplius *Demostheni* Or. I. in Aristogit. p. 499. μὴ πυρός, μὴ λίχνου, μὴ ποτοῦ, μὴ βρωτοῦ, μηδέν᾽ α μηδενὸς τούτων κοινωνεῖν, μηδὲ λαμβάνειν, μηδ᾽ αὐτὸν τούτῳ διδόναι. Atque hac aversatione Athenienses ulti Socratis fuerunt accusatores, ὡς μήτε πῦρ ἐναύειν, μήτε, uti Spartani Aristodemum, ἀποκρίνεσθαι πυνθανομένοις in *Plut.* T. II. p. 538. A. Sed talia privo Attici iudicio et odio; Spartae lex eà infamiae notâ τοὺς τρέσαντας, sive *fugaces*, atque ἐν μάχῃ καταδειλιάσαντας, adspergebat apud eundem, Apophthegm. p. 191. B. Est que hinc Aristodemus ὁ Τρέσας *Aeliano* de Anim. *lib.* IV. 1. et *Suid.* in Λυκοῦργος. Confer lib. IX. 70. WESS. Cui publicitus inusta fuerat nota turpitudinis. (Ἄτιμοι μὲν γάρ τις ὑπὸ τῶν νόμων ὀλισθήσει ἀτιμίᾳ: *Ammon.*) huic πῦρ οὐδεὶς ἔναυε Σπαρτιητέων, οὔτε διελέγετο. Veteres verbum adhibuerunt Ἐναύειν veluti proprium in hoc humanitatis officio, infamia notatis denegato: vid. apud *Suidam* in Ἐναύειν, *Polybii* locus, et Scriptoris incerti de Callixeno loquentis, ex historia Graeca notissimo; sed in huius loco scribendum: μήτε ὕδατος ἐκοινώνουν αὐτῷ, μήτε πῦρ ἐναύειν ἐβούλοντο. Atque id ipsum verbum in Attici Buzygis fuisse videtur execrationibus. *Diphili* parasitus apud *Athen.* VI. p. 239. A. Ἀγνοεῖς ἐν ταῖς ἀραῖς Ὅτι ἐστὶν, εἴ τις μὴ θράσει οὕτω θῶς ὁδόν, Ἢ πῦρ ἐναύσει, [fors. ἢ πῦρ μὴ ναύσει] ἢ διαφθερεῖ ὕδωρ. *Cicero* de Off. III. c. 13. *Quid est aliud erranti viam non monstrare, quod Athenis execrationibus publicis sanctum est.* Saepius ἀραὶ memorantur: ἀραὶ Βουζύγειοι, huius legibus additae, non video cur prae aliis *publicae* dicerentur: in voce *publicis* nomen forte latet *Buzygis* antiquissimi, legislatoris: velut in transcursu S. Petitus illius facit mentionem ultimo commentario in Leges Atticas. *Buzygis* legis, velut a natura praescriptas humanitati, omnium paene primas collocassem. *Vetuit* etiam *alteri facere, quod sibi quis fieri nollet; vetuit* et περιοιξὰν ἄταφον σῶμα. *Schol.* in *Soph.* Antig. 262. Βουζύγης Ἀθήνησι κατηράσατο τοῖς περιορῶσιν ἄταφόν σῶμα. Aliam Βουζύγειον ἀρὰν, *Buzygis execrationem*, ubi laudaverat *Clemens Alexand.* Strom. II. p. 503, 17.

[p. 308. ed. Lugd. Bat. 1616.] latet nomen in Βουζύγιον: quod non intellexit interpres. VALCK. — Quem hic ex reconditae eruditionis suae penu *Buzygen* nobis produxit Vir longe doctissimus, de eo praeter auctores ab ipso citatos consuli *Hesychius* in Βουζύγης potest et qui ibi alii a doctis interpretibus laudantur. Quod autem *Ciceroni* l. c. pro *publicis* restituendum *Buzygis* nomen suspicatus est idem admirabilis in indagandis sanandisque corruptis veterum scriptorum locis artifex, illi coniecturae speciem praesertim conciliare videri poterant ea quae in Proverbiorum e Vatic. Biblioth. Appendice Cent. I. num. 21. leguntur: ubi quod scribitur: Βουζύγης· ἐπὶ τῶν πόλλα ἀραμένων: id recte latine redditum, *Buzyges* (scil. *dicitur*) *de multa imprecantibus.* Tum vero, quae consequuntur interpreti non intellecta: ὁ γὰρ Βουζύγης Ἀθήνησιν ὁ τὸ ἱερὸν ἄγων, ἄλλα τε πολλὰ ἀρῶνται, καὶ τοῖς μὴ κοινωνοῦσι κατὰ τὸν βίον ὕδατος ἢ πυρός, ἢ μὴ ὑποφαίνουσιν ὁδὸν πλανωμένοις: haec nonnihil partim defecta partim corrupta esse adparet. Supplendum ὁ τὸ ἱερὸν ἄγων, aut ex *Hesychio* legendum ὁ τὸν ἱερὸν ἀρατὸν ἐπιτελῶν, et, pro ἀρῶνται, ἀρᾶται scriptum oportuisse nemo dubitaverit. Sed haec quidem nihil ad *Herodotum. S.*

4. ὁ τριηκόσιος Ἀριστόδημος) Hinc memoratur *Aeliano* de *Nat. An.* IV. c. 1. fin. Τῶν τρεσάντων qui dicebantur Spartae, *Tyrtaeus* iam meminit in *Stobaei* Flor. *Grotii* p. 191., Τρεσσάντων δ' ἀνδρῶν πᾶσ' ἀπόλωλ' ἀρετή. vid. *Io. Meurs.* Misc. Lac. lib. III. c. 7. Sed et his nonnunquam *redit in praecordia virtus;* ut huic etiam evenit Aristodemo; nam, cum apud Plataeas strenue pugnasset, ὁ ἄτιμος factus est iterum, ut ante fuerat, ἔντιμος. Spartae quoque οἱ ἄτιμοι liberabantur infamia: vid. Clar. *Wesseling.* ad *Diodor.* T. II. p. 372. [ad lib. XIX. c. 70.] Spartanorum ingenio congrua narrat *Xenophon* de Republ. Lacedaem. p. 398, 19. Qui nobis *Aristodemum* memorat, et *Pantiten* [CAP. CCXXXII, 3.] si notos habuit, aliorum potius meminisse potuerat, quos laudat *Plutarch.* T. II. p. 866. c. Horum unus, epistolam Spartam deferre iussus, dixisse fertur, Leonidae: μαχατὰς τοι, οὐκ ἀγγελιαφόρος, εἰπόμαν: sive potius οὐ κάρυξ, ἀλλὰ μάχατας, ἀκολούθησα: ut ferme legisse videtur p. 225. 2. VALCK.

CAP. CCXXXIII. 1 *seqq.* Οἱ δὲ Θηβαῖοι etc.) Quae de *Thebanis* sequuntur, hinc excerpta, refutanda sibi sumit *Plutarch.* T. II. p. 866. D. E. et p. 867. A. ubi *Leontiadem* negat, *Thebanorum ducem* ait Anaxandrum fuisse, sequutus *Aristophanem* Boeotum et *Nicandrum* Colophonium. Huius *Leontiadae filium Eurymachum* postea temporis scribit *Herod.* [*lin.* 18 seqq.] *a Plataeensibus interfectum*; quod, quinquaginta circiter annis postquam haec evenissent, accidit anno primo belli Peloponnesiaci: *Thucyd.* II. c. 2. et 5. VALCK.

8. λέγοντες τὸν ἀληθέστατον τῶν λόγων) Triumphat hic *Plutarchus*, Nostri malignitatem traducens, nonnulla consulto negligentis, alia absurde tradentis. *Tanto in tumultu qui potuit inaudiri Thebanorum inploratio?* rogat. *Quomodo Thessalorum pro illis intercessio?* Enimvero, si quae Scriptor dolo malo celavit, inprobo vehementer. At, unde explorata illi fuisse, quae silentio pressa dicuntur, cognoscemus? De precibus quid mirum, quum Thebani a Graecis sese seiunxerint; neque abhorret, allegasse, dum ipsorum plures contrucidarentur, deprecatores Thessalos. Possunt profecto multis veterum traditionibus difficultates cieri, eaeque expeditu operosae, quibus veritas non exstinguitur. Nam, *inpudentissime mentiri Herodotum de stigmatibus et Leontiada*, cuius filio aequalis fuit, *ceterisque Thebanis*, cum *Camerario* non adducor ut credam. WESS.

20. ἀνδρῶν Θηβαίων τριακοσίων) *Thucydides* II. 2. trecentis paullo plures, ὀλίγῳ πλείους τριακοσίων, fuisse perhibet; *Diodorus*, numero rotundo, ccc. lib. XII. c. 41. *Necem Eurymachi*, ἀνδρὸς Θηβαίων δυνατωτάτου, quae principio belli Peloponnesiaci accidit, signat *Thucydides* c. 5. WESS.

CAP. CCXXXIV. 10. ἐν τῇ Λακεδαίμονι) Sic optime ex membranis Cl. *Gronovius*. Nec male c. 235. ἐπὶ τὴν Λακεδαίμονα χώρην exemplar *Arch.* Omnem enim regionis tractum, in quo Sparta, *Lacedaemonem* esse et dici, notum nimis est. *Aeliani* Var. XII. 43. ἐν Λακεδαιμονίᾳ Μάδυης ἐκαλοῦντο, bene scripti Codices ἐν Λακεδαίμονι. WESS.

Ibid. ἔστι ἐν τῇ Λακεδαίμονι Σπάρτη) Parum puto referre, utrum Λακεδαίμονι probetur, an Λακεδαιμονίᾳ: dummodo regio Laconica intelligatur per Λακεδαίμονα. Λακεδαίμονα χώρην dixit cap. sequenti. Multo mihi maioris videtur

momenti ex his Herodotei Demarati manifesta *Spartiatas* inter et *Lacedaemonios* differentia; veteribus illa nonnunquam, sed a recentioribus saepenumero neglecta. *Lacedaemoniorum* in universum *magnum* ait Demaratus *esse numerum, multasque civitates;* sed inter has eminentem *Spartam* vires *ad summum numerare octo* duntaxat *hominum millia; ceteros* quidem *Lacedaemonios egregios* esse *bellatores, sed qui non possint ad Spartanos aequiparari.* Penes Spartanos erat imperium, quod exercebant in Laconicae civitates ceteras, sive τοὺς ἐκ τῶν περιοικίδων πόλεων. Erant illi quidem dicebanturque Λακεδαιμόνιοι: sed non, contra, aliarum Laconicae civitatum incolae dicebantur olim *Spartani* vel *Spartiatae;* his ubicunque opponuntur οἱ περίοικοι, sive οἱ Λακεδαιμόνιοι, quinam sint intelligendi, clarum est ex his *Herodoti.* Credi vix potest quoties hac in re fuerit ab eruditissimis hominibus erratum; quae hic dici possent permulta, locus non admittit. VALCK.

16. Ἴχνις αὐτίων τὰς διεξόδους) Zopyrus, ἐπίσταμαι δ' ἐκ τοῦ πάσας τὰς διεξόδους τῶν βουλευμάτων, lib. III. 156. Quod *Galeus* autem [*lin.* 17.] ex *Arch.* βασιλὺς τούτων γενόμενος, delendum est in illo non inveniri. *Valla* expressit, ex codice an coniectura incertum, satis alioqui adcommodatum. WESS.

CAP. CCXXXV. 6. Χίλων) Parum refert, Χίλων legatur, an Χίλων, ex caussa ad lib. I. 59. exposita: posterius, de quo *Sosip. Charisius* Grammat. lib. I. p. 78., malui. Prudens *Chilonis*, περίοικον περὶ τοῦ μέλλοντος λογισμῷ καταλήπτην hac tenus arbitrati, de Cytheris effatum, hinc *Diogenes Laërtius* I. 72. in hortos suos derivavit: nam quae de Nicia, insulam bello Peloponnesiaco occupante atque oras Laconicae ex ea infestante, *Thucydidi* debentur lib. IV. 53. WESS.

CAP. CCXXXVI. 5. ἐνδεικνύμενον λόγους) *Aldi* istud qui mutatum iverunt, nullam ad *Herodotum* inierunt gratiam: nam solum veritate fulciebatur. Mox c. 237. οὐ γὰρ δὴ ἐκεῖνό γε ἐνδέξομαι. Clarius lib. V. 92. ε. τῶν δὲ συμμάχων τὸ πλῆθος οὐκ ἐνεδείκνυτο τοὺς λόγους. Postmodum [*lin.* 9.] in ἐπὶ τῇσι παρεούσῃσι τύχῃσι nisi ad sententiam ἡμίων adsumatur, ea profecto laborabit. WESS.

9. τῶν τὰς ἐναντιωτάτους) Tollendum puto litteram male

repetitam, scribendumque, τῷ νέες: *Tu*, τῷ, *cui naves quadringentae naufragio perierunt*, ἢ - - - ἄλλας τριηκοσίας ἀνω πίπλησι. [τῷ recepit *Borh.* At τῶν tenent libri omnes: idque ea ratione, quae est a *Wess.* exposita, locum suum tueri commode potest.] Quod praecessit, [*lin.* 7.] τρόποισι τοῦσιν χεώμενοι οἱ Ἕλληνες χαίρουσι: *istiusmodi moribus*, vel *isthoc ingenio solent esse Graeci*: me iudice, non potuit illud inverti, scribique, χαίροντες χρῶνται: neque adeo ab *Antiphane* apud *Athen.* IV. p. 169. F. χαίροντες ὀνομάζουσιν: sed scribi debuit χαίρουσιν ὀνομάζοντες, ut recte vulgarunt viri docti in *Poll.* X. 106. [et sic nunc legitur in nupera *Athenaei* editione.] Hoc constantissimus sibi postulat Atticorum usus, alterum non admittit; atque hic Graece doctissimum *Is. Casaubonum* memoria fefellit. VALCK. — His addequae de isto usu verbi χαίρειν *Hermannus* ad *Viger.* Adnot. 29. enucleatius disputavit. *S.*

18. γνώμην ἔχει) Suspicionem docti viri [*Reiskii*] liber *Arch.* stabilit, Ἔχω ex *Ask.*, cum Achaemenis ad regem oratio instituatur, suadentis desiderio haud respondet: pristinum vero ἴσχων multo minus, nexum sermonis manifesto turbans. Ἀντιπόλεμοι supra lib. IV. 140. in censuram venerunt. WESS.

23. τρῶμα ἀνιεῦνται) Singularis in miranda hac verbi forma exemplarium scriptorum consensus exstat. Sunt docti homines, qui repeti posse negant ab ἀνιᾶσθαι, ibo scilicet, quod ex ἀνὰ atque ἰᾶσθαι coaluit, reponuntque ἀνίενται. Contra ea *Portus*, ἀνὰ nullam vim addere verbo adseverat, atque ἀνιᾶσθαι tantum valere, ac ἰᾶσθαι: cuius opinionis nullum, nisi fallax ancipiti in suspicione, fundamentum. Optime τρῶμα ἰᾶσθαι, βλάβην ἰᾶσθαι, et similia usurpari, in confesso est. Quid si ergo vocabulo disparato et secto τρῶμα ἀν ἰεῦνται scribatur? Sic Ionicum erit; loco futuri ἰήσονται, cuiusmodi lib. III. 53. δοκέω μὲν μαλιστα τουτῳ ἂν πείθεσθαι, pro πείσεσθαι, ac plura in *Porti* promtuario et *Rich. Dawes* Miscell. Critic. p. 80. Mihi, multum et varie versanti, lenissima haec vocis visa medicina fuit, nescio an aliis. WESS. — Equidem cum *Schaef.* et *Schneid.* (Lexic crit. voc. Ἀνιάομαι) in vulgato adquiescendum putavi. Ut latine non modo *sarcire*, sed et *resarcire* dicimus; utque nonnulli non solum *mederi*, sed et *remediare* et *reme-*

dicit dixerunt: sic graece non modo ἰάομαι, sed et ἀνιάομαι (ionice ἀνιόμαι) nec ita male dici potuisse videtur. *S.*

CAP. CCXXXVII. [9. δυσμενὴς τῇ στιγῇ) Vix usquam alibi sic τῇ στιγῇ adiecto articulo positum reperiri puto. Itaque δυσμενὴς κα (vel κῇ) στιγῇ scriptum oportuisse mihi persuaseram, atque haud cunctanter ita editurus eram, nisi vulgata scriptura apud *Stobaeum* quoque non modo in *Gesnerianis* editionibus (quas passim ex vulgatis Auctorum editionibus *consulto* mutatas novimus,) verum etiam in ipsa principe editione Veneta exstaret. *S.*]

Ibid. οὐδ' ἂν συμβουλευομένου) Quod Poëta, *nimium ne crede colori*, hic observatum magnopere vellem. Mutanti viro Celeb. [Gronovio] οὐδὲ ἂν repugnant genius sermonis et cuiusvis caterva. Illud autem [*lin.* 12.] ξεῖνος - - - ἐστὶ ἰδιώτατον neminem, *Herodoto* certe familiarem, morari debebat. *Euripides* Orest. 232. Δυσάρεστον οἱ νοσοῦντες, ἀφροῦς ἴσοι. Verum operae in talibus coacervandis taedet. WESS.

11. ἔχεσθαί τινα) Inmigravit in pleraque Lexica Περιέχεσθαι, *abstinere*, ex vulgato; qua id tamen potestate in *Musis Herodoti* nusquam, sed *amplectendi* ac *retinendi*. Corrigit *Abreschius* Diluc. Thucyd. p. 373. addita negatione, οὐ περιέχεσθαι, quam res sane videbatur postulare. Placuit iuverbo caput, volentibus schedis, detruncare: κελεύω ἔχεσθαι, *iubeo abstinere*. οἱ Αἰγινῆται ἴσχοντο τῆς ἀγωγῆς, *ab illo abducendo abstinuerunt*, lib. VI. 85. *Homerus* saepe, cuius versus, a Cl. *Gesnero* ad *Luciani* Syr. D. cap. 22. memoratos, praetermitto. WESS.

CAP. CCXXXVIII. 1 *seq.* διὰ τῶν νεκρῶν καὶ Λεωνίδεω) Ex Mastis iuncta haec procedunt: praeposito περὶ post regis olim posita nomen, aliunde (ut *Gronov.* bene) accesserat. Διὰ τῶν νεκρῶν, *praeter* [vel, *inter*] *mortuos Leonidemque*. Ita lib. I. 199. δι' ὧν οἱ ξεῖνοι διεξιόντες ἐκλέγονται, *praeter quas* mulierculas *transeuntes eligunt*. Graeci Interpretes *Ezech.* XVI, 8. καὶ διῆλθον διὰ σοῦ. *Aristaenetus* lib. I. Epist. 13. τῆς πεθουμένης ἐκ τ' αὐτομάτου παρουσης διὰ τοῦ μειρακίου. Talium in Graecis uberrima messis. WESS.

[10. οἱ μὲν δὴ ταῦτα ἐποίεον *etc.*) Haec si cum VII. 36, 1. conferantur, docebunt, puto, recte ibi a nobis accepta esse verba ista, καὶ οἱ μὲν ταῦτα ἐποίεον τοῖσι προεκέλευτο αὖτις ἡ ἄχμης τιμή. *S.*]

CAP. CCXXXIX. [1. Ἄνειμι δὲ ἐκεῖσε τοῦ λόγου, τῇ μοι τὸ πρότερον ἐξέλιπε.) Priusquam ad reliquam rerum hoc bello gestarum narrationem progrediatur Scriptor, redit paulisper ad ea quae superius (*cap.* 220.) dixerat, et ibi dictis nonnihil adiicit. τὸ πρότερον, quod ex cod. *F.* recepi, idem ac nudum πρότερον valet. Adverbiis temporis et loci ex abundantia articulum illum a Nostro praepositum frequenter iam observavimus. *S.*]

[5. ἐπύθοντο δὲ τρόπῳ θωμασίῳ) Haec verba in latina nostra versione iniquo loco posita esse animadverto. Post ista, *quod paulo ante memoravi*, reponenda haec sunt: *Resciverant autem mirabili quadam ratione.* Scilicet mirabile fuit primum hoc, quod a *Demarato* exsule et hoste patriae nuncium illum acceperunt Lacedaemonii: deinde mira fuit ratio, qua eumdem nuncium Spartam deferendum Demaratus curavit. *S.*]

11. ἐν Σούσοισι) Unice verum, et iure a viro Celeb. reformatum. In *Diodori* XVII. 107. olim αὐτὸς δὲ παραλὼν εἰς Σοῦσαν, verum contra schedas. *H. Stephanus* consimilem ibi ex *Plut.* de Alex. Fort. p. 326. urbis eius scripturam produxit, pravam tamen et ex Codicum fide corrigendam. WESS.

14 *seqq.* δελτίον δίπτυχον λαβὼν etc.) Ex hac narratiuncula voces aliquot excerpsit *Suidas*; primum in Ἐξίκνισιν, quod interpretatur ἐξίκνεῖν, ista: τὸν κηρὸν αὐτοῦ ἐξίκνιεν: adpositis Herodoteis: ubi recte iam vidit *Lud. Carrio* Emend. lib. II. c. 6. veriorem esse scripturam ἐξίκνησεν, neque significari, *abscidit* ceram, sed *abrasit*. Deinde *Suidas* in Ἐπέτηξε ista posuit: τὸν κηρὸν αὐτῷ ἐπέτηξεν: sed hoc etiam male reddidit per ἐλίανεν, λεῖον ἐποίησε. *Herodoti* Demaratus, *sumptis tabellis biplicibus, earum ceram erasit*, (ἐξίκνησε) *cumque in ligno regis consilium scripsisset, ceram liquefactam literis superinduxit*: ἐπέτηξε τὸν κηρὸν ἐπὶ τὰ γράμματα, sive ἐπεκήρωσε, quod habet in eadem re *Polyaen.* II. c. 20. Herodoteum illud *Aeneae* restituendum arbitror in Poliorcet., inter veteribus excogitatos occultos scribendi modos hunc nonum enarranti, p. 1701. [ed. *Gron.* quae pag. 462. ed. *Ernest.*] ἔδει δέ τις ἐν δέλτῳ ὑγρῷ γράψας κηρὸν ἐπέθηκε (scribendum ἐπέτηξε:) καὶ ἄλλα εἰς τὸν κηρὸν ἐνέγραψεν: huc rectius Herodotea magnus interpres retulisset, quam ad modum decimum.

Ut *Aeneas*, simpliciter *Orosius* II. c. 9. *bellum, quod Xerxes per quinquennium instruxit, Demaratus - - - per tabellas primum scriptas, deinde ceratas, suis prodidit.* ἐπέτηξε legisse videtur apud *Aeneam*, e cuius libro Poliorcetico multa transscripsit in suos Cestos *Iul. Africanus* c. 53., ἄλλοι πάλιν ἐν τῷ τῆς δέλτου ξύλῳ γράψαντες κηρὸν ἐπέτηξαν, καὶ ἄλλα εἰς τὸν κηρὸν ἔγραψαν· εἶτα ὅτε ἦλθε παρὸν δὴ τὸν κηρὸν ἐκκινήσας, καὶ ἀναγνοὺς ὁμοιστρόπως ἀντεπίστειλεν. Corrigendum, ὅτε ἦλθε παρ' ὃν δεῖ, τὸν κηρὸν ἐκκινήσας. His *Africani* inemendatis usus est *Is. Voss.* ad *Iustin.* II. c. 10, 13. in quibus, doctam exhibens *Iustinum* emendantis *Eliae Boherelli* coniecturam, *Tan. Faber* scribendum vidit ἐκκινήσας. Hoc quoque verbum restituendum videtur in Epigramm. *Crinagorae* Antholog. ined. *Reiskio* partim vulgatae, Ep. 478., Αἰετοῦ ἀγκυλόχειλος ἀκρόπτερον ἕξω, - - -, Ἤν τι λάθῃ μίμνον μεταδόρπιον ἐγχυς ὀδόντων, Κινῆσαι πρηῒς κέντρῳ ἐπιστάμενον: sed illud κινῆσαι parum iuvaret: sententia poscit, quod reponendum censeo, Ἐκκνῆσαι, *eradere*. VALCK. — Emendationem Viri doctissimi adoptavit *Brunck.* Analect. T. II. p. 141. *S.*

15. τὸν κηρὸν αὐτοῦ ἐξέκνησε) Sumserunt hinc *Iustinus* lib. II. 10. et *Polyaen.* II. 10. Geminam occultae scripturae fraudem *Aeneas* Poliorcet. c. 31. exponens, ἐκκνίσας τὸν κηρὸν nunc praefert, loco ἐκκνήσας. *Iulius* vero *Africanus* Cest. c. 53., ἐκκνήσας τὸν κηρὸν, utcunque adiutus a viro docto ad *Iustinum*. WESS.

22. Ἀτοσσίδεω δὲ γυνὴ) *Iustinus, haerentibus in coniectura viris, soror regis Leonidae consilium scribentis invenit*, non sine gravi aberratione. *Soror* enim Leonidae *Gorgo* non fuit, sed *uxor*, filia Cleomenis, lib. V. 48. Τπέθετο bene rediit, operarum negligentia post *Aldi Camerariique* curas depravatum. WESS.

ADNOTATIONES
AD
HERODOTI LIBRUM OCTAVUM.

CAP. I. [1. Οἱ δὲ Ἑλλήνων ἐς τὸν ναυτικὸν στρατὸν τεταγμένοι) Referuntur haec ad ea quae lib. VII. cap. 202. dicta sunt: Ἔστι δὲ τῆδε Ἑλλήνων οἱ ἀντιμάχοντες τῷ Ξέρξῃ τῇδε χώρῃ: nempe *ad Thermopylas*. Scilicet haud ita procul a *Thermopylis* aberat *Artemisium*: (VII. 175 extr.) ad Thermopylas *copiae* Graecorum *pedestres* oppositae sunt Xerxi; ad Artemisium, copiae navales. Iam, postquam quae *ad Thermopylas* acciderunt expossuit Scriptor, nunc pergit ad exponendas res *ad Artemisium* gestas. *S.*]

[2. Ἀθηναῖοι μὲν νέας παρεχ. ἑκατὸν καὶ ἑπτὰ καὶ ἑκατόν) *Ad* Artemisium *Athenienses* fuere *naves* CXXVII. Ad has quum dein accessissent LIII. *aliae*, (cap. 14.) completus est numerus navium CLXXX., quibus eosdem ad Salaminem pugnasse ait Noster cap. 44. Quem ad numerum si addicias XX. illas, quae mox *lin. 6 seq.* memorantur, prodit summa *ducentarum navium*, quas ad Salaminem habuisse Athenienses *Diodorus Sic.* tradit XV. 78. et *Corn. Nepos* in Themist. cap. 5. *S.*]

4. Πλαταιεῖς - - - ἐπεκτήσαντο) Antiquae versionis corrector [Gronovius]: *quas* (naves) *Plataeenses propugnatoribus instruxerunt.* Debuerant haec paulo tractari cogitatius, atque ista saltem interponi, *una cum Atheniensibus. Milites nautaeque*, sive *propugnatores* et *socii navales* efficiebant τὰ πληρώματα, quae dicuntur. Plataeënses, ἐπίκλητοι, inter Athenienses in navibus Atticis non *remiges* erant, sed *propugnatores*. De Plataeënsibus *Demosthenes*, sive auctor Or. c. Neaer. p. 1370. [pag. 1377. ed. Reisk.] παθόντες μὲν τὰ μέγιστα τῶν Ἑλλήνων, ἀριστεῖα δὲ τοσαῦτα λαβόντες ὅσα τῶν ἄλλων οὐδεὶς, ναυσὶ καὶ

χουσι ἡμῖν ἐπὶ τὸ Ἀρτεμίσιον καὶ ἐν Σαλαμῖνι. Pausan. IX. [c. 1] p. 712., ἐς τὰς ναῦς ἐτάλμησαν μετὰ Ἀθηναίων ἐσβῆναι. VALCK. — Τὸ πλήρωμα, *socii navales*, saepius quidem *remiges et nautae* intelliguntur, diversi a τοῖς ἐπιβάταις, *propugnatoribus*: non numquam vero utrique simul πλήρωμα dicuntur, quemadmodum in Lexico Polybiano olim monuimus: quo etiam spectat quod ipsae naves cum hominibus, quibus instructae sunt, πλήρωμα apud Nostrum VIII. 43, 3. et 46, 1. dicuntur. Similiter h. l. συμπαλήρουν non modo de *propugnatoribus*, sed et de *remigibus*, quos *Plataeenses* contulerint Atheniensibus, intelligi fortasse debebat: licet enim mari non adsueti fuerint Plataeenses, haud aegre tamen horum nonnulli, quaque in navi remigibus Atticis mixti, utilem hac etiam in parte operam praestare potuerunt. Itaque, pro eo, quod in versione cum *Gronovio* propugnatoribus, rectius forsan dicturus fueram *hominibus* (vel *viris*) *compleverant*. Sic mox *lin.* 7. ἐπλήρουν, *remigibus simul et de propugnatoribus*. *S.*

9. Λακεδαιμόνιοι δὲ δέκα) Atheniensium moderationem, quae fuit in hoc rerum discrimine, sive vera, seu ficta, omnibus utilissima, laudantes Sophistae decem istas navis (saepe Lacedaemoniis obiecerunt. Vere *Isocrat.* in Panathen. p. 242 *seq.* Σκοπεῖσθαι - - εἰς τὴν ναυτικὴν - - δύναμιν συνέβαινεν τριήρεις· οἱ δὲ πατέρες ἡμῶν - - πρείττους ναῦς παρέσχοντο καὶ πλείω δύναμιν ἔχουσας ἢ σύμπαντες οἱ κινδυνεύσαντες. Ducentas naves dedisse feruntur Athenienses. Epaminondas *Diodori* XV. cap. 78. Ἀθηναίους, ait, ἐν τῇ πρὸς Πέρσην στάσει διακοσίαις ναυσὶ πληρώσαντας Λακεδαιμονίους δέκα ναῦς παρεχομένους ὑποστρέψαι: sic recte Reiskius emendat vulgata, διακοσίαις ναυσὶ διαπλῆ. Si navium classis fuit trecentarum, ut *Aeschylo* dicitur in Pers. vs. 339., καὶ γὰρ Ἕλλησιν μὲν ἦν Ὀπῶς ἀριθμὸς εἰς τριακοσίας δίκα Νεῶν, ex vero propemodum *Aristidae* dicuntur Atheniensis τῶν συμπασῶν τριήρων τὰ δύο μέρη μόνοι πληροῦντες. Fuerunt enim horum naves iuxta *Herod.* CLXXX.; hoc quidem loco memorantur tantum CLXXVII.; sed ὀγδώκοντα καὶ ἑκατόν, cap. 44.; necesserant scilicet ad priores naves IIII.; vid. cap. 14. et *Diodor.* XI. 13. VALCK. — Conf. ad *lin.* 4. notata. Eosdem vero *Lacedaemonios* ad Salaminem *sedecim habuisse naves* tradit Noster c. 43, 2. *S.*

10. Στυρέες) *Arch.* Στυρεῖς patrono possunt ut *Eustathio*, cui ἐθνικὸν Στυρεὺς ad *Homer.* p. 281, 12. [p. 212, 49. ed. Bas.] At Στυρεῖς *Thucydidi* lib. VII. 57., ubi *Wasse* et *Holsten.* ad *Stephani Byz.* Στύρα. Iustius erit καὶ Κεῖοις [*lin.* 11.] nam sic insulae *Ceae* cives *Thucydidi* d. l., *Lysiae* in *Harpocrationis* Κεῖοι, (unde *Suidas* Κίους, quomodo Κῖοι hic prius et cap. 46., mutata, quae frequens corruptela, diphthongo) *Diodoro* lib. IV. 82. etc. WESS.

14. ἐπεβώλεσεν) Ionicam praestant speciem βωλέοντες, vice βουλεύοντες, *Hesychii*; ἄνεμοι Θρῇκες βωλέοντες *Abydeni* in Praep. Evang. *Eusebii* lib. IX. 14. p. 416. Nostri βωλήσαντες VIII. 72., et ἄπας ἐβώλει IX. 23., aliaque. Quis ergo receptum aversabitur, rediturum c. 14. et c. 45. scriptis ex exemplaribus? Quam Ionicam consuetudinem *Eustath.* ad Poët. p. 288, 16. [p. 218, 11. ed. Bas.] attigit, τὸ ἐπιβωτᾶν ex *Herodoto* in medium collocans; volens, quod censeo, ἐπιβωλεῖν. Nusquam ἐπιβωτᾶν in Musis. WESS.

CAP. II. [2. ὡς τὸ πλῆθος ἕκαστοι etc.) Lubens *Schaefeno* accessissem, ἕν σοι τι πλῆθος scribenti, si vel unus vetus codex hoc praeivisset, cui simile fere est illud VII. 60, 1. Nunc in librorum consensu vulgatum sic intelligendum censui, *quomodo multitudinem illam* (sive *summam navium*) *confecerint singuli*; nempe singuli pro ratione virium suarum conferentes. *S.*]

4 *seq.* διηκόσιαι καὶ ἑβδ. καὶ μίαι) Ratio constat. *Diodorus*, diversiorem nactus auctorem, CCLXXX. annumerat, in pluribus (uti ad lib. XI. 12. adscriptum) dispar. Deinceps Εὐρυβιάδεα [*lin.* 6.] sermonis indoli ex *Vind.* redonavi. Atque ita Edd. repraesentant c. 58. et 61. WESS.

CAP. III. 6-8. Στάσις γὰρ ἔμφυλος etc.) Ex tripode dictum. Adspice vero, quam facile bene posita mutentur. Excitat hinc *Charicius* Orat. in Summum Ducem cap. 11. Biblioth. Gr. *Fabricii* lib. V. 31. [T. VIII.] pag. 869. Ὅσῳ γὰρ εἰρήνη, φησὶν, *Herodotus*, πρωτείοις πολέμου, τοσούτῳ πόλεμος εἴφυ στάσεως ἱμερώτερος. *Quanto, inquit ille, pax bello sedatior, tanto bellum seditione amabilius.* Nonne mera sententiae παραδιάθεσις est? WESS.

10 *seq.* ὡσάμενοι τὸν Ἑλλήσποντα) Sic scribendum. [Nempe, quia rariorem istam nominis formam plures libri praeivere, qui quidem alibi, nec ita male, cum aliis omnibus

in usitatiorem formam Πίρση consentiunt.] In proximis, περὶ γῆς ἐκείνου frustra legi malebat *Galeus*, qui saepe repererat apud veteres etiam τὴν Ἰνδῶν, τὴν Ἀθηναίων, et similia. Asiae pars maxima unius imperio Xerxis subiecta recte dicitur ἡ ἐκείνου. Satis erat dixisse, [*lin.* 12.] τὴν Παυσανίου ὕβριν προϊσχόμενοι, ut *hoc illudve praetexere* dicitur προίσχεσθαί τι: sed scribere Noster maluit πρόφασιν προσχέσθαι, ut IV. 165. VI. 137. VALCK.

11. περὶ τῆς ἐκείνου etc.) Alleverat docta manus Aldinae meae γῆς δηλονότι; satis est, ea vox si pro tacita habeatur. Infra c. 41. Ἀθηναῖοι δὲ (κατίσχον) ἐς τὴν ἑωυτῶν: et cap. 106. φεύγων ἐς τὴν ἑωυτοῦ. Egregia magni *Casauboni* disputatio περὶ τῆς ἡγεμονίης Spartanorum et Atheniensium ad *Polyb.* lib. I. p. 96. huc transferri potest. WESS.

12 *seq.* ἀπείλοντο τὴν ἡγεμονίην τοὺς Λακεδαιμονίους) Ad hanc normam supra scripserat, VI. 70. τοὺς θεράποντας αὐτὸν ἀπαιρίονται. Est ista verbi ἀφαιρεῖσθαι structura Atticis scriptoribus valde frequentata, ἀπαιτεῖν et ἀποστερεῖν similiter usurpantibus. Ista *Thomae Mag.*, nuper nobis ex *Oxon.* Cod. vulgata, prostant in nota Clar. *Oudendorp.* pag. 130., Ἀφαιρεῦμαι οἱ δέκιμοι μετὰ αἰτιατικῆς (sic leg.) ἀμφοῖν καὶ τοῦ πράγματος καὶ τοῦ προσώπου μόνον. Rem ipsam quod attinet, evenit illa triennio post, Ol. LXXV, 4. Athenienses tum temporis dicuntur *Thucydidi* I. 96., παραλαβόντες τὴν ἡγεμονίαν ἑκόντων τῶν ξυμμάχων, διὰ τὸ Παυσανίου μῖσος. Spartani quidem Pausaniae, Περιζόντος, superbia socios irritavit; sed ad imperium in Athenienses transferendum ceteros Graecos aequitas potissimum movit Aristidis: *Corn. Nepos* in Arist. c. 2. vid. et *Diodor.* XI. c. 44., qui cap. 46. utrumque memorat; et *Pausaniae vitia*, *Aristidis autem virtutes factasse* scribit, πάντας ὥσπερ ἀπὸ μιᾶς ἑρμῆς ἀπολῦναι πρὸς τοὺς Ἀθηναίους, atque adeo *Athenienses* χωρὶς κινδύνου παραλαβεῖν τὴν κατὰ θάλατταν ἀρχήν: rectius dixisset *Diodorus* τὴν ἡγεμονίαν, *ducatum*; nam περὶ ἀρχῆς, *de imperio*, needum erat, aut esse poterat, concertatio: vid. *Is. Casaub.* in *Polyb.* p. 96. Quam acceperunt oblatam, τὴν ἡγεμονίην Athenienses apud *Herod.* ἀπείλοντο τοὺς Λακεδαιμονίους: sua nimirum virtute virorumque Principum artibus non illegitimis. VALCK.

CAP. IV. [1. οὗτοι δὲ καὶ ἐπ' Ἀρτεμίσιον etc.) Quae-

renti mihi quid esset quod *Schaeferum* induceret ut praeter librorum auctoritatem ὡς loco καὶ ponendo, occurrebat, recordatum esse Virum doctissimum, particulam καὶ in vetustis libris eo subinde scripturae compendio pingi, quod pro ὡς facile accipi posset; unde nonnumquam temere inter se permutatae reperiuntur duae istae particulae. Quem ut ego pulcre novi haud infrequentem librariorum aut Editorum lapsum; sic persuasum habeo, hic recte suo loco καὶ particulam stare. De connexione narrationis, a qua hic liber inchoatur, cum superioribus, paullo ante ad cap. 1, 1. dixi. Referuntur autem haec, quae hoc loco leguntur, ad ea quae lib. VIII. c. 207. scripta sunt. Ut ibi ait Herodotus, Οἱ δὲ ἐν Θερμοπύλῃσι Ἕλληνες, - - - καταβιῶσόμενοι, ἐβουλεύοντο περὶ ἀναλύσιος τῆς: sic nunc, Τότε δὲ οὗτοι οἱ καὶ ἐν Ἀρτεμισίῳ ἀριστεύσαντες ἀπικόμενοι, - - - καταβιῶσόμενοι, δημοσίῃ ἐβουλεύοντο. S.] c. 4 seq. παρὰ δόξαν - - - ἢ ὡς αὐτοὶ προσεδόκεον) Necessario non videtur ut duae voces παρὰ δόξαν ob sequentia evellantur. Dictio est abundantior, Herodotea tamen hic I. cap. 119. WESS.

5. δημοσίῃ ἐβουλεύοντο) Schedarum ἐβούλευον reddidit cap. 18. 97. 100. Vulgatum agnoscit *Plutarchus*, ipsique Euboeenses in proximis. WESS. — Vide *Var. Lect.*

9. τοὺς οἰκέτας ὑπεκβάλωνται) Verissima *Thomae Magistri* observatio est, οἰκέτας non tantum *mancipia*, uti *Gronov.* maluit, sed omnes *domesticos*, (sic *Valla*,) sive οἰκείους τοὺς ἐν τῇ οἰκίᾳ, ipsamque adeo *uxorem et liberos* designare. Plataeenses πρὸς ἐκποδὼν ἐκπέμψειν τῶν οἰκετῶν non servorum duntaxat, sed uxorum liberorumque, cap. 44. Hinc c. 106. τοὺς οἰκέτας Scriptor τὰ τέκνα καὶ τὰς γυναῖκας explicat ipse. Iunge c. 142. et 144. WESS.

5 seqq. καταβιώσοντες, δημοσίῃ ἐβούλευον) Haec et quae sequuntur [*lin.* 11. et *seqq.*] de xxx *talentis*, in ista turbatione rerum forsan excussanda, viris tamen Graecorum principibus non valde honorifica, minime miror displicuisse *Plutarcho* T. II. p. 867. B. Si vera sunt, ut esse videntur, veracis historici laudem meretur *Herodotus*: verisimillima reddit aliunde nota viri maximi Themistoclis avaritia, quae summa saepius ingenia dedecorat. Eadem enarrans in Themistocle *Plutarch.* T. I. p. 116., Ἐπεὶ γὰρ ἔπεμψεν

nobis commemorat, qui pecuniam ex Euboea detulerit ad Themistoclem. *Aristides* in Themist. T. III. pag. 313., τὸν Εὐρυβιάδην, inquit, ὡς οὐκ ἔπιθι λίγων, ἔπεισε: in *Scholio*, quod *Ichbius* edidit T. II. p. 190. absurde vox τριάκοντα bis ponitur, secundo loco omittenda, ut recte deest in Cod. Gbr. *Burmann.* in quo plura prostant huc pertinentia. Vall. G.

5. (ἀπ' ἐμεῦ P. V. 3 seq. ὡς παρ' ἐωυτοῦ δῶθιν διδοὺς) Firmant *D'Orvillii* ad *Charit.* lib. VI. 1. suspicionem schedae. Supersunt lib. II. 129. Mycerinum posuit παρ' ἰωυτοῦ διδόντα ἄλλα, *de suo alia donantem*, et lib. VII. 29. τὰς τετρακοσίας μυριάδας — ἀποπλήσω παρ' ἐμεωυτοῦ, *de meo aere*. Culte *Aristides* T. II. p. 190. καὶ τὸν Εὐρυβιάδην, ὡς οὐκ ἔπιθι λίγων, *Themistocles*, ἔπεισε: ubi scholia nonnulla bene, in numeris turpiter prava, quibus hinc facilis medicina. WESS.

6. (ἄσπαιρε μοῦνος) Distrahit hoc verbum interpretes. *Eustathius* ita: Ἡρόδοτος δέ που καὶ τὸ θερμότερον σπεύδειν καὶ ἴσον ἀναπυρᾶν καὶ πάνυ προθυμεῖσθαι, ἀσπαίρειν ἔφη. *Vallae* placuit *reluctandi* significatus, fortasse ob Homereum Ἕκτωρ, ὡς ὅτε βοῦς. [Iliad. ν'. 571.] *Portus* vertit *palpitabat* prae metu: quem quidem ob memoratum antea Graecorum metum, et Adimanti dejectum ingenium c. 94., recte sensisse opinor. Si *Eustathium* sequare, promtus ad fugam Adimanti animus intelligendus erit. Vide *Porphyrii* ad Iliad. Ν'. 443. scholia a Cl. *Valckenario* edita. WESS. — Vide Adnot. proxime sequentem. *S.*

Ibid. ἄσπαιρε μοῦνος) *Solus reluctabatur*, optime vertit *Valla*: aliis usitato more posuerat Noster ἄσπαιρον IX. cap. 119. De usu, quo hic ponitur, rarissime Grammatici plerique silent. *Suidae* satis erat in Ἔσπαιρεν excitasse Herodotea: quum olim in excerpendo vocem φάμενος omisisset, absurdam nobis dedit *Eustathius* interpretationem in Iliad. Γ'. pag. 316, 4., Ἡρόδοτος, ait, καὶ τὸ θερμότερον σπεύδειν καὶ ἴσον ἀναπυρᾶν, καὶ πάνυ προθυμεῖσθαι Ἀσπαίρειν ἔφη τινὰ, Ἀδείμαντος ἄσπαιρε μόνος ἀποκλινόμενος. Cupiebat ille quidem Isthmum versus abire; sed et, dum ceterarum gentium duces parati erant morem gerere Themistocli et Eurybiadi, unus omnium Adimantus, iuxta *Herodotum*, adhuc *obluctabatur*, ἄσπαιρε μοῦνος. Nihil est in *Hesychii* interpretamentis, quod huc pertineat, in quo idcirco

miror legi Ἡσπαιρεν, ἐσπίρα, quod non videtur usu fuisse receptum Ἀσπαίρειν. In primis tamen Scaligeran. pag. 13. T. Faber, σπαίρειν, ait, *et ἀσπαίρειν itidem dicuntur, ut ἀσπαίρειν et σπαίρειν*: sed verius *Porphyrius* in *Hom.* Cod. MS. ad Ἰλ. ν'. 443. de verbis agens Σπαίρειν et Σπαίρειν, prius etiam scribi tradit *μετὰ τοῦ α κατὰ Ἀττικὴν συνήθειαν· τὸ δὲ Σπαίρειν οὐκέτι μετὰ τοῦ α.* [Leguntur eadem in Venetis Scholiis a *Villoisono* editis p. 321.] Ut σπαρίζειν et ἀσπαρίζειν, sic usu viguerunt σπαρίζειν et ἀσπαρίζειν. Ad *Herodoti* locum aptiora videbuntur ista *Plutarchi* T. II. p. 327. c. *ἐπὶ τοῖς Φιλιππικοῖς πολίμοις ἐπίσπαιρεν ἡ Ἑλλάς*, sic leviter emendata, *ἔτι ἔσπαιρεν ἡ Ἑλλάς*: *moribunda velut Graeciae libertas pedes adhuc iactabat et obluctabatur morti.* Ἀσπαίρειν vetores, et Atticistae scribebant recentiores; Σπαίρειν *Plutarchus* aliique istiusmodi Scriptores. Egregie *Diodorum* correxit *L. Rhodomann.* T. I. p. 190, 40. [lib. III. c. 22.] sed non *ἀσπαιρόντων*, at *σπαιρόντων* efformare debuerat ex *ἐπαιρόντων*, ut recte *ἐφάλλονται* in *σφάλλονται* mutavit pag. 192, 99. In *Stobaeo Gesneri* p. 693, 28., *Iunco* senex *titubans* non *ἐφαλλόμενος*, verum dici debuit *σφαλλόμενος*: apud eumdem p. 147, 53. pro *ὡς τὸ μ. δ.* si leniter emendetur *ὥστε μὲν δὴν*, clara erit *Themistii* sententia: in *Critonis* apud eumdem fragmento p. 43, 52. *ἐκφαὺς καὶ παιδιᾶς*, attentus mecum corriget in *σπουδῆς καὶ παιδιᾶς*, *seria et iocos.* In *Stobaeo* huius quoque generis plura supersunt; et vix ullus est Scriptor antiquus, ne sacris quidem exceptis, in quo hoc vitium ab accuratis Criticis non fuerit detectum, ortum ex similitudine formae qua in vetustis libris literae Σ et Ε pinguntur. VALCK.

12. Οὗτοί τι δὴ πλησίοντες δώσουσι) Venerunt *πλέοντες* ex librariorum, quibus vulgatum durius visum, ingenio. Alia mens *Pet. Victorio* Var. Lect. III. 22.; illustraturus enim Catullianum, *Non si illam rarae labefactas munere vestis*, Herodoteis personmode locum dedit. Addebam, quod propius est, ex *Themistii* Or. II. p. 26. A. *ὁ μὲν γε ἐπειδὴ τοῖς πεντήκοντα ἅμα ταλάντοις οὐκ ἔτρωσε οὐδ' ἔκαμψε τὸν Καλχηδόνιον Ξενοκράτην*: *hic enim postquam quinquaginta simul talentis nec vulneravit neque inflexit Chalcedonium Xenocratem.* Erat enim similis, quamquam asperioris, translationis; nec factum muto. WESS. — Ut noster ms. *Pa.* sic et *Valla* neutram vocem (nec *πλησίοντες*, nec *πλέοντες*) agnoscit,

neutram certe expressit; nam, quod scribit, *Istis pecunia corruptis* postremo verbo graecum ἀναπεπισμένοι reddidit. *S.*

CAP. VI. [3. περὶ δείλην πρωΐην) *Circa diluculum* scripserat *Valla*, idque cum *Gron.* tenuit *Wess.* et absque notatione dimisit: itaque ne *Larcherus* quidem dubitavit sua in versione *au point du jour* ponere. Atqui, nisi de illius dictionis vi aliunde constaret, quae continuo hic subiecta sunt, satis ostendere potuerant quam aliena ab hoc loco esset interpretatio. Δείλην πρωΐαν esse *horam pomeridianam*, uno ore *Hesychius*, *Suidas*, *Moeris*, Grammatici omnes, profitentur. *S.*]

10. μηδὲ πυρφόρον - - - περιγενέσθαι) Prima, quod quidem reminiscor, dictionis, in proverbii habitum deinceps conversae, mentio. [Vide *Suid.* in Οὐδὲ πυρφόρος, *Zenob.* Cent. V. 34. *Diogenian.* VII. 15.] Talem πυρφόρον in Spartanorum militia atque expeditionibus, et quae ab eo agenda, accurate *Xenophon* de Rep. Lacedaem. p. 688. descripsit. Qui quidem πυρφόρος, etsi Graeciae more sacrosanctus, si belli furore una cum aliis occidione periret, ne cladis quidem nuncium (μηδὲ ἄγγελον διασωθῆναι *Diodor.* XI. 23.) superfuisse, fatebantur. Non male de eo Critici ad *Euripid.* Phoeniss. vs. 1386. ubi a *Valckenario* advocatis paroemiae explanatoribus adiungi Scholiastes poterit ad *Gregor. Naz.* Stel. II. p. 92. Iam quod vir Celeb. de *Medic.* monet, πλέειν eum hac parte et περιπλέειν scribere, eadem aliis consuetudo. Contra *Arch.* et *Vind.*, Ionismi hac et sequente Musa tenaciores, πλώειν, etiam in compositis, probant: eorum vestigia premam. WESS.

CAP. VIII. 3. Σκυλλίης Σκιωναῖος) Laurentius *Scyllias quidam Sicyonius*, deceptus praviore libri sui scriptura, quae in Codd. obvia saepe. Vide ad *Diodor.* XII. 72, et infra c. 128. Urinator ille *Pausaniae* et *Plinio* Σκύλλης, *Scyllis*, Poëtae *Apollonio* [*Apollonidae*] Σκύλλος Anthol. lib. I. 96. [Anal. *Brunck.* T. II. p. 136. num. XVI.] sed de *Brodaei* coniectura Σκύλλης. In *Athenaeo* tamen lib. VII. p. 296. F. *Hydne*, quae *Pausaniae* Cyana, Σκύλλου τοῦ Σκιωναίου filia. Plura de eo post *Brodaei* diligentem curam *Kühnius* ad *Pollux.* VII. 137. WESS. — Conf. omnino *Iacobs* Animadv. in Anthol. T. II. P. 1. p. 363. *S.*

Ibid. Σκυλλίης Σκιωναῖος, δύτης) Qui *urinantur*, *Corpo-*

raque immergunt undis, - - - Exportantque maris praedas, et rapta profundo Naufragia, *Manilio* V. vs. 432., Atticis potius dicuntur iuxta *Poll.* VII. 137. κολυμβηταὶ, δυόμενοι. ὁ γὰρ δύτης, ait, εὐτελὴς· εἴρηκε δ' αὐτὸ Ἡρόδοτος ἐπὶ τοῦ Σκυλλίου. Legitur ibi de *Scyllia Scionaeo* docta *I. Kühnii* nota: *Pollucis* verba bene iam tractaverat *Salmas.* in *Solin.* pag. 1146. Artis ille suae peritissimus *Scyllias* filiam *Cyanen* eamdem docuit: *Pausan.* X. [cap. 19.] p. 842., ὁ Σκιωναῖος Σκύλλις κατεδῦναι καὶ ἐς τὰ βαθύτατα θαλάσσης πάσης ἔχει φήμην· ἐδιδάξατο δὲ Κυάνην τὴν θυγατέρα δύεσθαι: imo vero filiam pater οὐκ ἐδιδάξατο τὴν τέχνην, ἀλλ' ἐδίδαξεν αὐτός. Una tantum omissa litera turpiter deformatum puellae nomen suo nitori restituetur, si pro ΤΔΝΗϹ scribatur ΚΤΑΝΗϹ in his *Athenaei* VII. p. 296. F. Αἰτχρίων ὁ Σάμιος ἔν τινι τῶν Ἰάμβων Κυάνης φησὶ τῆς Σκύλλου τοῦ Σκιωναίου κατακολυμβητοῦ θυγατρὸς τὸν θαλάττιον Γλαῦκον ἐρασθῆναι. [Ὕδνης praeferre vetussimos optimosque *Athenaei* codices, docui Animadv. T. IV. p. 200.] Non sane mirum si puellam Deus amaverit vetulus in mare se demergentem, qui iuvenis olim fuerat κολυμβητὴς, ἐν τούτῳ ὑπερφέρων πάντων κολυμβητῶν, ut scribit *Palaeph.* π. Ἀπιστ. c. 28. In *Anthol.* I. 69. Ep. 1., Σκύλλις pro Σκύλλος scribendum putabat *Io. Brodaeus*; sequor ego *Io. Kühnii* iudicium, in talibus etiam exercitati. VALCK.

8. οὐ γάρ οἱ παρέσχε) Enotatum a *Galeo* ex codice *Eton.* ἀλλ' εὖπω καιρὸς παρίσχε, scholion redolet. Non ita Noster. Ecce tibi lib. IV. 140. παρεῖχε ἄν σφι, *licuisset illis*, et huius libri c. 30. *Portum* consule, et supra lib. V. 49. Quae *de urinatore* in proximis disputantur, nemo temere improbaverit. WESS.

Ibid. οὐ γάρ οἱ παρέσχε) *Herodoteum* hoc *Porti* satis adfirmabunt collectanea, si vel plures darent Codices quam praebet *Galeus* ex *Eton.* lectionem. Paulo post [*lin.* 15.] rectum est εἶκελα. In *fine Cap.* [*lin.* 18-20.] *Scyllias* ἐσήμηνε τοῖσι στρατηγοῖσι τήν τε ναυηγίην, ὡς γίνοιτο, καὶ τὰς περιπεμφθείσας τῶν νεῶν περὶ Εὔβοιαν. In his pro ναυηγίην *Reiskius* ναυμαχίην putabat legendum, ut Scyllias *praelium navale* inminere indicaverit. Hoc illi iam noverant, simul atque indicasset τὰς περιπεμφθείσας τῶν νεῶν. Ego ναυηγίην omnino retinendum arbitror. *Persicae classis naufragium* Graecis quidem significaverant speculatores, secundum VII.

190.; sed, quantum hac Persae tempestate perdidissent, unus omnium optime noverat Scyllias, quo tum urinatore fuerant usi ad pretiosa quaedam recuperanda: Scyllias itaque, praeter id quod instabat, Graecis etiam ἐσήμηνε τὴν ναυηγίην ὅση ἐγένετο, *quantum fuisset illud naufragium*. Sic libenter vulgata corrigerem. *Sophocleum* est: Ὅρας Ὀδυσσεῦ τὴν θεῶν ἰσχὺν ὅση. VALCK. — «At eamdem fere in sententiam bene habet vulgatum, ὡς γένοιτο, *quale fuerit naufragium*, quo modo acciderit, *quemque exitum habuerit*; nempe haec illi Graecis omnia particulatim renunciavit. S.

CAP. IX. 8. ἀπόπειραν αὐτέων πρήσασθαι) Nihil aliud ac ἀποπειρᾶσθαι αὐτέων, quod, cum *tentamenti gratia* quid *agitur*, Nostri more frequens *Procopio Menandroque*. Neque discrepat multum ἀνάπειραν et διάπειραν ποιεῖσθαι, quoties periculum fit peritiae nautarum militumque ante pugnam, apud *Polybium* et *Diodorum*, ad cuius lib. XIII. 8. exemplorum est affatim. WESS.

CAP. X. 7. Πλωούσας) Vetus πλωύτας de sententia *Porti* lonum habet formam ex πλώω, cuius nullum novit simile. Contra ἄριστα πλωούσας Scriptor probavit c. 22. et 42. Proximum καταφρονήσαντες ταῦτα [*lin.* 8.] innuere non adeo *contemtum*, sed *considerationem*, videtur: etsi enim *aspernatio* haud afuerit, consilium Persarum spectandum est. Καταφρονεῖν gemina potestate animadvertimus lib. I. 66., gravisum vero laxiore apud Ionas usu, etiam citra contemtum, *Hippocratis* haec Morb. Sacr. p. 309. de somniante declarabunt: ἐπὰν δὲ ἐπέγερται καὶ κατα φρονήσῃ, καὶ τὸ αἷμα πάλιν ἀποσκιδασθῇ εἰς τὰς φλέβας τὰς περιφυμένας, πίπτουσι: *ubi vero evigilaverit et mentis usum receperit*: a qua quidem notione ad *opinionem* et *considerationem* brevissimus est transitus. Plura ex Medicorum patre *Foesius*. WESS. — Conf. Adnot. ad l. 59, 18. *S.*

8. ἐκυκλοῦντο αὐτούς) αὐτούς ob codicum consensum elegi. WESS. — Αὐτούς, quod in *marg.* posuit *Steph.* merito probavit in Thes. Ling. Gr. T. II. pag. 504. B. Sed quia legitur infra c. 16., ἐκυκλεύοντο ὡς περιλάβοιεν αὐτούς, quod me iudice defendi nequit, et hic et illic scribi malim ἐκυκλεῦντο, quia hanc Noster adamavit scribendi formam in libris etiam, quae Ionas aliter vulgo pronuncia-

bant. φείδου, *parce*, scribitur et φείδιν: sed *parcum*, τὸν φειδόμενον, *Eusebius Stobaei* mihi dixisse videtur φειδεύμενον: sic vulgatur Tit. X. p. 130, 30., οἱ πλεῖνες τῶν ἀνθρώπων παρὰ λόγον φιλεύμενοι: corrige φειδεύμενοι: his enim φειδωλοῖς opponuntur περὶ τὰ δεῖ ἀναλίσκοντες. vid. *Diogen. Laërt.* V. 20. Bis terve legitur in *Eusebianis* istis *Stobaei* ἀξιεῖσι, ut apud Nostrum praeter cetera δικαιοῦν. VALCK.

CAP. XI. [4-6. ἔργου εἶχοντο, ἐν ὀλίγῳ περιλαμβόντες, καὶ κατὰ στόμα. Ἐνταῦθα τριήκοντα νῆας αἱρίουσι) Sic scripta verba et sic distincta oratio in Edd. omnibus; nec aliud quidquam e Mstis adfertur. *Vallae* latinam versionem, *quamquam in exiguo spatio deprehensi et a fronte: mox triginta barbarorum naves capiunt*, cum *Gronovio* tenuit *Wess.* eamdemque in Animadv. repetit *Schulzius.* Qui quum καὶ κατὰ στόμα ad ἀπολαμβόντες retulisse videantur, miror cur interposito commate tria ista verba ab hoc seiunxerint. Ego, in graeco exemplo eamdem cum his rationem secutus, suspicatus eram post κατὰ στόμα verbum aliquod aut nonnulla verba intercidisse in eam sententiam, quam in latina versione expressi, nempe *a fronte impetum in hostes fecerunt;* quam sententiam commode *Larcherus* his verbis expresserat: *Au second signal ils les attaquèrent de front, et prirent trente vaisseaux.* Iam, nunc demum animadvertens in vetusta nostra membr. *F.* post στόμα non distingui orationem, sed continuo tenore sic scribi, καὶ κατὰ στόμα ἐνταῦθα τριήκοντα νῆας αἱρίουσι, eodem modo editum velim, videndumque puto ne sic satis commoda integraque haberi possit oratio in eamdem fere, quam dixi, sententiam: *et ibi tunc triginta a fronte naves ceperunt barbarorum.* Κατὰ στόμα, *ex adverso, a fronte. Polyb.* II. 27, 8. οὓς μὲν γὰρ ἤδεσαν ἑπομένους αὐτοῖς, οὓς δὲ κατὰ τὸ στόμα προσδόκων ἀπαντήσειν. *Idem* lib. XXXI. 26, 10. nostrae edit. (Excerpt. Legat. cxv.) αὐτὸς ἐβιάζετο κατὰ στόμα πρὸς τὴν ἀνάβασιν: cui opponitur κατὰ νώτου τοῖς πολεμίοις ἐπιφαίνεσθαι: sic enim ibidem, κατὰ νώτου, pro vitioso κατανοεῖν τοῦ legendum, in Adnotationibus docui. In pugnis navalibus plerumque a latere primum adgrediebantur naves hostiles, δίκπλουν facientes, et remos conantes detergere; tum frequenter puppin hostilis navis rostro petebant: nunc hi a fronte facto impetu, rostris suarum na-

vium in hostiles iuxta proram impactis, illas ceperunt. Si quis certius quidpiam obtulerit, lubens ego accipiam. *S.*]

8-10. πρῶτος δὲ Ἑλλήνων - - - - Λυκομήδης Αἰσχρέου) *Lycomedi* hunc etiam honorem contribuit *Plutarch.* in Themist. p. 119. F. [at ibi de pugna ad Salaminem agit *Plutarch.*] qui aliunde hausit ista, quaeque tradit de Atheniensibus Aminia et Sosicle, Xerxis fratrem Ariamenem, in suam navem insilientem, in mare praecipitantibus: eorum alterum *Scholiasta* quoque memorat *Aristidis* ined. ubi in Panathen. T. I. p. 244. navale praelium auspicati πρῶτοι dicuntur Athenienses; Σωκλῆς, inquit, πρῶτος, Ἀθηναῖος, ἐνέβαλε Περσικῇ νηΐ, καὶ ἐνεπάγη ὁ ἔμβολος: hic *Socles*; apud *Plutarch.* scribitur Σωσικλῆς. Corinthius contra *Sosicles Herodoto* V. 92. *Socles* dicitur, ut *Plutarcho* T. II. pag. 860, F. sic in duobus *Herodoti* Codicibus: vid. huius Ed. p. 418. [lib. V. c. 92.] Ceterum *patri Lycomedis* nomen datur in Edd. *Herodoti* Αἰσχρέου: in *Med.* Cod. Αἰσχραίου. Sic in omnibus si forte Codd. scriberetur, omnibus Codicibus usus esset Atticus anteponendus: Attica fuerunt nomina Χαιρίας, Δημίας, Ταυρίας, Αἰσχρίας. VALCK.

9 *seq.* Λυκομήδης Αἰσχρ.) *Plutarchum* Themist. p. 119. F. si audimus, *Lycomedes* navali ad Salaminem praelio primus hostilem navem intercepit, et captae παράσημα Apollini consecravit. Sed non audio. Patris-ne eius nomen Αἰσχρίας fuerit, an Αἰσχραῖος, ex dialecto bene *Valckenarius* decernit. WESS.

11. ἑστεραλκέως ἀγωνιζομένους) Libro IX. c. 102. ἑστεραλκίη μάχην dixit, ut *Homerus* μάχης ἑστεραλκίη νίκην. Quando victis virtus redibat in praecordia, tum, qui se putabant victores, νίκην reportasse dicuntur ἑστεραλκέα. Veteres sequuntur in hac voce Sophistae; praeter alios *Aelianus* apud *Suidam* in Ἀριστώφητος. *Aeliani* verba, quae illic leguntur, ni fallor, in libro περὶ Προνοίας illa praecesserant proxima, quae sine auctoris nomine prostant apud *Suid.* in voc. Ἀπωλούτων. Ex eodem opere *Aeliani* perdito, praeter nota iam omnibus, fragmenta leguntur apud *Suid.* plurima; ex. gr. in Ἀλώμενος, ὁ δὲ Θεσσύλης etc. *Porti* turpis error corrigi debuerat a *Küstero*, scribique Θεσσύλης, non *Theosylas*, sed *sacrilegus*; qui sic dicitur *Aeliano* bis in Var. Hist. et apud *Suidam* in Ἀνόητος: ὁ δὲ τοὺς Θεσσύλας ἀπέκτεινε. VALCK.

CAP. XII. 3 *seq.* οἱ νηῶν καὶ τὰ ναυάγια) Πίνακάς τε νεῶν καὶ σώματα φωτῶν dixit *Homer.* Od. M'. 67. *Homero* recentiores *fractae navis tabulas*, τὰς σανίδας vocant et ναυάγια. *Res naufragio demersas* minus cogitate *H. Stephanus* interpretatur *Vallae naufragia*; in summis undis *natantes tabulas* et eiectas εἰς τὰς Ἀφέτας, sic vocantis more Latinorum Poëtarum. Cum Herodoteis comparanda sunt *Aeschylea* in Pers. vs. 421., ubi θάλασσα dicitur Ναυαγίων πλήθουσα καὶ φόνου βροτῶν: in eiusdem Agamemn. vs. 668. pingitur ἀνθοῦν πίλαγος Αἰγαῖον νεκροῖς Ἀνδρῶν Ἀχαιῶν, ναυτικῶν τ' ἐρειπίων, *et navium fragmentis*, ut recte *Stanlei.* Neutiquam absurdi sunt *Choerili* versus apud *Athen.* XI. p. 464. B. (χερσὶν ὄλβον ἔχω) κύλικος τρύφος ἀμφὶς ἑκάστης, Ἀνδρῶν δεκτυμένων ναυάγιον, (τὰ τῆς μίθης ναυάγια dixit *Clem. Alex.* Paed. II. pag. 179, 29.) οἷά τε πολλὰ Πνεῦμα Διωνύσοιο πρὸς ὕβριος ἔκβαλεν ἀκτάς. Postrema sic restituit *G. Canter.* Nov. Lect. IV. cap. 5. locum illustrat *B. Martin.* Vet. Lect. III. c. 2. Neuter ulcus attigit primi versus; quod sic persanari putabam, si legeretur, Χερσὶν ἔχων πολοβοῦ κύλικος τρύφος: apud eumdem legitur *Athen.* VII. pag. 230. F. πίνειν ἐκ κεραμίων πολοβῶν: alibi, κύπελλον ὥτα συντεθλασμένον. Venustissimus est *Virgilii* versus: *Et gravis attrita pendebat cantharus ansa.* VALCK.

4. ἐξεφορέοντο) Dialectus id ratum habet. Διαφορέεσθαι, προσφορέειν, ἐσφορέεσθαι, et eius modi alia, saepe tractavimus. Ceterum τὰς Ἀφετὰς, ad *Stephani Byz.*, cui ὀξυτονεῖται, morem, hoc loco et deinceps *Arch.* exemplar; non item antea. At levius istud, et saepe arbitrarium. Ἐς οἷα κακὰ [*lin.* 8.] luce ex *Valckenarii* ad Phoenissas vs. 1633. observatis adspergi possunt. WESS.

CAP. XIII. 4 *seq.* τὸ τίλος σφι ἐγένετο ἄχαρι) Sine gravi causa *Longinum* ἄχαρι, quasi τηλικούτου πάθους ἀνοίκειον, perstringere, T. *Faber* crebris sese exemplis ostensurum *Dionysio* illi adscripserat: ubi fecerit, an neglexerit, ignoro. Explorata tamen res. Ἄχαρις Nostro omne *molestum* et *valde acerbum.* [*triste* et *funestum.*] Talis ἄχαρις συμφορὴ λυπεῦσα, VII. 290. et καὶ πιστότητα ἐπέδωκαν, ἄχαρι δὲ οὐδέν, ibid. c. 52., aliaque, abs Rever. *Pet. Horreo* Obs. ad Herodot. c. 9. congesta. WESS. — Lenissima voce quam *dira* possit ab Ionico more loquentibus *calamitas* designari, proxima declarant. ἄχαρι sic saepius adhibetur *Herodoto*,

lib. I. c. 58. et 108. II. 141.; hinc *Arriano*, aliisque: vid. *Diogen. Laërt.* I. 54. *Phalar.* Epist. 89. Filiae cum patre concubitus ἄχαρι καὶ ἄθεσμον ἔργον dicitur *Antonin. Liber*, cap. 34. ἄχαρις συμφορὴ παιδοκτόνος est in *Herod.* VII. 190. Miror adeo cur hoc in loco τὸ τέλος ἄχαρι, ut τηλικούτου πλήθους ἀνοίκειον notaverit *Longinus* π. Ὕψ. XLIII. pag. 222. Non nescio, *Longinum* veterum vocabulis, quae potissimum spectat, sua saepe quaedam addidisse ad explendam sententiam, sed illic scribere non potuit, τοὺς περὶ τὸ ναυάγιον δρεπτ. vel ἀρασσομένους ἐξεδέχετο τέλος ἄχαρι: cui satis erat notasse τὸ τέλος ἄχαρι. *Longini* observatis saepe sunt interiecta hominum otiosorum emblemata: de hoc loco videlimus quid sentiat Eruditiss. *Toupius*, cuius elegantissimi Critici *Longinum* et reliquas in *Suidam* Emendationes cupide exspectamus. VALCK. — Ἐκβρασσομένους edidit *Toup.* nulla ad h. l. adiecta adnotatione. *S.*

2. 8 *seq.* ἐποιεῖτό τι πᾶν ὑπὸ θεοῦ, ὅκως *etc.*) Hinc *Diodori* XI. 13. ὥστε δοκεῖν τὸ θεῖον ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν Ἑλλήνων, ἵνα τοῦ *etc.* Ex *Arch.* enotatum τὸ πεμπὸν stare non potest, quippe legitimi corruptela. [conf. *Valck.* Adnot. ad VIII. 6, 6.] Κοῖλα τῆς Εὐβοΐης [*lin.* 6. et 10.] *Coela* potius, quam *cava*, *Livii* exemplo dedi: *Est*, inquit lib. XXXI. 41. *sinus Euboicus*, *quem Coela vocant*, *suspectus nautis*, ubi *Duker.* praeclare, et *Valckenarius* lib. VI. 100. WESS.

8. ἐποιεῖτό τι πᾶν ὑπὸ τοῦ θεοῦ) Oblatum a Codd. recipenem ἐποιεῖτό τι τὸ πᾶν ὑπὸ θεοῦ: nam, qua sede posuit *Gron.* articulum, non magis requiro, quam in istis lib. I. cap. 34. ἔλαβε ἐκ θεοῦ νέμεσις μεγάλη Κροῖσον, similibusque. *Herodoti* hoc in loco sententiam expressit imitando *Diodor. Siculus*, tempestatem, quae Persarum naves fregit, *providae* quoque *Dei*, Graecis faventis, *curae* contribuens, lib. XI. c. 13. init. ὥστε δοκεῖν τὸ θεῖον ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν Ἑλλήνων, ἵνα, τοῦ πλήθους τῶν βαρβαρικῶν νεῶν ταπεινωθέντος, ἀντίπαλος ἡ τῶν Ἑλλήνων δύναμις γένηται, καὶ πρὸς τὰς ναυμαχίας ἀξιόχρεως. Fecit id omne Deus iuxta *Herod.* ὅκως ἂν ἐξισωθείη τῷ Ἑλληνικῷ τὸ Περσικόν. Eleganter, ut solet, *Isocr.* ad Philipp. p. 90. B. πόλεις dixit ὠμαλισμένας ὑπὸ τῶν συμφορῶν: et *colliidendo* ἐπανισοῦν τοὺς Ἕλληνας πρὸς ἀλλήλους, *Thucydid.* [VIII. 57.] pag. 539, 98. Quam hic dat *Herod.* rationem, noverat Atticis potius ingeniis placituram, quam si su-

perbiam dixisset Persicam ab arrogantiae humanae vindice sic castigatam depressamque; aliàs saepe memorans ultorem superborum Deum. Frequenter Noster ἀνθρώπινά μοι δοκεῖ ἁμαρτεῖν. VALCK.

CAP. XIV. 2. ἀτρέμας τε εἶχον) Sive hoc seu aliorum ἀτρέμα adsciscatur, sententia eadem: malui pristinum, quod plerumque semper in his libris, uti mox cap. 16. et V. 19. etc. Conf. *Ezech. Spanhem.* ad Nub. *Aristoph.* vs. 260. Restituto autem ἐπιβώθου [*lin.* 4.] ob dicta c. 1. nemo non favebit. WESS.

Ibid. ἀτρέμα τε εἶχον) Ex uno Codice non mutassem ante vulgatum: semel versu coactus ἔχ' ἀτρέμα scripsit *Homer.* quod tamen *Aristophani* aeque ac alterum ἔχ' ἀτρέμας usurpatur, aliisque. VALCK.

9. τὴν αὐτὴν ὥρην) Laurentii *observata eadem hora* valde *L. Allatio*, ὥρης pro diei XII. parte usum priscis vindicanti, succurreret, si Latina sine impedimento procederent. At quae *eadem illa hora*? Utique illud tempus, quo Atticae naves auxiliatum accesserunt, nunciusque perditarum Persicarum. Non negabo. Graecis *Herodoti* aevo diei in XII. partes descriptionem in notitia fuisse: liquidum illud ex lib. II. 109. Τὴν tamen ὥρην et τὴν αὐτὴν ὥρην de *stato* aut *eodem tempore* usurpat lib. II. 2. VII. 19. Vise et *Is. Casaubonum* in *Athen.* I. 1. p. 3. WESS. — Vide Animadv. in *Athen.* T. I. p. 18. nuperae editionis. Equidem cum *Larchero* φυλάξαντες τὴν αὐτὴν ὥρην de *eodem diei tempore*, *quo pridie*, accipiendum putavi, respici nempe cap. 9, 6. ubi δείλην ὀψίην γινομένην τῆς ἡμέρης φυλάξαντες. *S.*

CAP. XV. 1. δεινόν τι ποιησάμενοι) Lenissima mihi vera videtur doctissimi *G. Koenii* correctio legentis δεινόν τε ποιησάμενοι. Hoc poscere videtur sequens καὶ, alterum autem respuere ratio locutionis, e qua alibi etiam τὶ sustuli, facile natum e litera vicina. VALCK. — *Valckenario* obsecutus *Borheck* δεινόν τε edidit. Et sic quidem edd. et mssti V. 42, 7. δεινόν τε ποιούμενος καὶ etc. At nec τε particula utique h. l. desiderabatur, et τι libri omnes agnoscunt, sicut V. 33, 9. et 87, 10. *S.*

2. οὕτω σφι ὀλίγας λυμαίνεσθαι) Nihil ad nexum proderit, hoc, an οὕτω σφίας, probetur. Λυμαίνεσθαι utroque strui modo, *Gronov.* ad lib. III. 16. et *Alberti* in Act. Apost.

VIII, 3. ostenderunt. Id vero dubito, sit-ne vulgato [*lin.* 6.] τὰς αὐτὰς ταύτας ἡμέρας τάς τε ναυμαχίας Codicis *Arch.* posterius. Negabit Scriptor, quippe lib. VII. 151. Ἀργείους δὲ, τὸν αὐτὸν τοῦτον χρόνον πέμψαντας καὶ τούτους *etc.* consimilem in modum. WESS. — Peropportunum inprimis illud est τάς τε ναυμ. quod ex *Arch.* laudatur, de quo in *Var. Lect.* monere neglexeram. Nunc ipsam illam τε particulam in contextum receptam velim, ut sit τάς τε ναυμαχίας - - καὶ τὰς πεζομαχίας. *S.*

7 *seqq.* ἦν δὲ πᾶς ὁ ἀγὼν *etc.*) Studium Graecorum in Euripi et Thermopylarum angustiis defendendis, et contrariam Persarum contentionem hinc *Diodorus* XI. 13. mutuatus est. WESS.

CAP. XVI. 8 *seq.* αὐτὸς ὑπ' ἰωῦτοῦ ἔπεμπε *etc.*) *Angustias enim Themistocles* (*inter Euboeam continentemque terram*) *quaesiverat, ne multitudine navium circumiretur*, quae neque illic explicari potuit: *Corn. Nepos* in Them. VALCK.

9. περιπεπτωκόσιν περὶ ἀλλήλας) Qui praepositionem insuper habuit *Arch.* scriba, ἀλλήλαις fortasse, non immemor similium (quorum data quaedam lib. I. 108.) in Musis, maluit. Sed recte, ab ipso neglecta vox, in talibus adest. Exempla, si desiderentur, ex *Abreschii* Dil. Thucyd. lib. VI. 33. sumi possunt. WESS. — ἀλλήλαις *Reiskius* legendum censuerat. *S.*

CAP. XVII. 1 *seqq.* Ἐν ταύτῃ τῇ ναυμαχίῃ *etc.*) Ad haec comparandus est *Diodor. Siculus* XI. cap. 13., iuxta quem ἀριστεῦσαι ἐν ἀμφοτέραις ταῖς ναυμαχίαις φασὶ παρὰ μὲν τοῖς Ἕλλησιν Ἀθηναίους, παρὰ δὲ τοῖς βαρβάροις Σιδωνίους. In carmine *Pindarus* deperdito celebraverat τὸ καλὸν Ἀρτεμίσιον, ὅθι παῖδες Ἀθηναίων ἐβάλοντο φαεννὰν κρηπῖδ' ἐλευθερίας. Excitat ista *Plutarch.* T. II. p. 552. B. et alibi plus semel. Themistocles *Aristidis* T. III. pag. 310. ad Artemisium δυοῖν, ναυμαχίαιν δύο ἵστησι τρόπαια, - - - ὥς φησι Πίνδαρος, κρηπῖδα τῆς ἐλευθερίας τοῖς Ἕλλησι βαλόμενος. VALCK.

5. Κλεινίης δ' Ἀλκιβιάδεω) *Cliniam Plutarchus* princ. Vitae Alcibiad. ἰδιοστόλῳ τριήρει ad Artemisium magna laude depugnasse itidem prodidit, et patrem quidem nobilissimi Alcibiadis, professione non absurda. Congruit temporum ratio. Supremum diem Alcibiades obiit Olymp. XCIV, 1. apud *Diodorum* XIV. 10., annes circiter quadraginta na-

tus, teste *Corn. Nepote* in Alcib. c. 10. Vidit ergo primam lucem sub auspicia Olymp. LXXXIII., patre sexagenario maiore. Fac eum, quando ad Artemisium rem optime gerebat Olymp. LXXV., annos habuisse triginta aut paullo pauciores; consequens erit, hunc ut filium post triginta et quinque annos genuerit. Clinias pugnando ad Coroneam occubuit haud multo post; relictusque adeo orbus est Alcibiades, *κατελείφθη ὀρφανὸς*, in *Isocrat.* Or. de Bigis p. 352. Quod ibidem autem paternus eius proavus, *πρόπαππος*, Alcibiades perhibetur, Cliniae pater, id veritati pugnat. *Πάππος* erat *πρὸς πατρός*, sicuti docte *Henr. Valesius* Emend. lib. IV. c. 1.. cui iunge notata *Io. Taylorio* ad *Demosth.* Midian. p. 191. [in *Reiskii* Appar. T. I. pag. 623 seq.] WESS.

Ibid. Κλεινίης ὁ Ἀλκιβιάδεω) *Alcibiadis*, qui cum ceteris Pisistratidas eiecerat ex Attica, *filius Clinias;* pater Alcibiadis vitiis et virtutibus suis maxime nobilitati; huius, inquam, pater, illius iuxta *Herodotum* filius, Κλεινίας, *ἰδιοστόλῳ τριήρει περὶ Ἀρτεμίσιον ἐνδόξως ἐναυμάχησεν*: ut scribit *Plutarch.* initio Alcib. T. I. pag. 191. Concinunt ista Herodoteis. Alcibiades antiquior, eiectus ostracismo, (vid. *Andoc.* p. 33. et *Markland.* ad *Lys.* pag. 291, 3. *Ἀλκιβιάδου τοῦ πάλαι* scripserat, opinor, *Plato* in Euthyd. p. 275. A.) dum *Io. Meursio* videbatur nobilissimi Alcibiadis non avus, sed proavus, in hoc etiam haesit *Herodoti* loco, Att. Lect. lib. VI. c. 12. Verum nimis saepe vir literatissimus festinans, quae ad genus ex utroque parente pertinebant Alcibiadis, omnia miscuit. *Meursii* correxit errores ea de re agens accuratius *H. Valesius* Em. IV. c. 1. ubi quaedam aliter scripta leguntur, quam ex eius collectaneis erant publicata in Notas *Mauss.* ad *Harp.* p. 214, 215. *Valesii* sententiam *Dukerus* adprobat ad *Thucyd.* VIII. c. 6. Supersunt etiam in hac parte veteris historiae difficultates non paucae, quarum unam alteramve conabor e medio removere. Quae supra posui de *Clinia* Herodoteo, haec sequuntur apud *Plutarchum* proxima: *ὕστερον δὲ Βοιωτοῖς μαχόμενος περὶ Κορώνειαν ἀπέθανε. Platonis* Socrates (T. III. p. 112. C.) ad Alcibiadem, *ἐν Κορωνείᾳ - - - καὶ ὁ σὸς πατὴρ Κλεινίας ἐτελεύτησεν.* Hinc *Isocratem* feliciter emendavit *Ti. Hemsterhusius;* amico *Wesselingius* adstipulatur ad *Hieroclis* Synecd. pag. 644.

et ad *Diodor.* T. I. p. 482. T. II. p. 44. Sua in ordinem digerenti venit idem in mentem *Valesio*; qui, ad *Harp.* pag. 215. *Isocratem* citans, eumdem illum tantum respicere potuit *Isocratis* locum. Hoc itaque certum est, in praelio ad Coroneam, quo Tolmides ipse cecidit imperator, mortuum Cliniam: vellem nunc alicunde constaret, mortuum illic Cliniam relicto filiolo Alcibiade, tres saltem quatuorve annos nato. Atheniensibus luctuosum accidit illud praelium *multis annis ante bellum Peloponnesiacum*, ut vere scribit *Dukerus* ad *Thucydid.* I. 113. Belli autem Peloponnesiaci anno demum XII. aequalem suum Alcibiadem in scenam historicam prima vice producit *Thucyd.* lib. V. c. 43., cui tum fuisse dicitur vir iuvenis Ἀλκιβιάδης ὁ Κλεινίου, ἀνὴρ ἡλικίᾳ ἔτι τότε ὢν νέος. *Eduardo Simsono*, ad A. M. 3562., *hoc circiter anno* (Ol. 84, 2.) *natus* videtur *Alcibiades*. Iam ante Clinias illuc abierat; nam clades Atheniensium ad Coroneam evenerat Ol. 83, 2. Sed fallitur, ut puto, *Simsonus*; quodque retulit is in A. M. 3571., Alcibiadis ad Periclem dictum, id iuveni potius congruit annos quindecim, quam puero novem annos nato. Sic triginta circiter annos natus prodiret in publicum apud *Thucyd.* V. 43., neque ante id aetatis licebat Athenis δημηγορεῖν. Sic potuit a patre Clinia relinqui vel triennis puer vel quadriennis; sed a patre mediam aetatem dudum praetergresso: nam hic *Herodoto* narrata evenerunt duobus et triginta annis ante mortem Cliniae. Puer autem, in tutoris sui Periclis domo educatus, paedagogum Thracem quemdam habuit Zopyrum, antequam a Gorgia iuvenis aliisque erudiretur. Praeceptorem puer habuisse fertur Σώφιλον, patrem oratoris Antiphontis; quem inimicissimum Alcibiadi fuisse constat ex orationis fragm. apud *Athen.* XII. p. 525. A. De Sophilo praeceptore vid. illius vitae Scriptor in *Plutarchi* T. II. p. 832. B. *Philostratus* in Antiph. p. 498. Σώφιλος καὶ τὸν τοῦ Κλεινίου ἐπαίδευσε: sic saepius ad Artemisium praecipue nobilitati filius dicitur Alcibiades: materno non minus genere (de quo *Palmer.* egit in Exercit. p. 632, 33.) superbum saepenumero ludit Socrates, et in *Platonis* T. II. p. 105. A. ἐγὼ, ait, δή σοί γε ἐρῶ, ὦ φίλε παῖ Κλεινίου καὶ Δεινομάχης. De hoc clarissimo isthac aetate iuvene centena nobis antiqui Scriptores commemorant, et ne illud qui-

dem adnotare neglexerunt, infanti puero nutricem fuisse *Lacaenam*. Ad huius mentionem *Thucydiden* scripsisse recordor VIII. c. 6., Endii, Alcibiadae Laconis filii, Atheniensem istius temporis Alcibiaden πατρικὸν ἐς τὰ μάλιστα fuisse ξένον· ὄθεν, addit, καὶ τοὔνομα Λακωνικὸν ἡ οἰκία αὐτῶν κατὰ τὴν ξενίαν ἔσχεν. Hoc quidem, more satis usitato, quo liberis hospitum vel amicorum indebant nomina: hinc Timonis adulator *Lucianei* p. 168., τὸν υἱὸν ἐπὶ τῷ σῷ ὀνόματι Τίμωνα ὠνόμακα. *Scholiasten Thucyd.* ad l. c. erroris insimulant *Io. Meurs.* Att. Lect. p. 335. et *Duker.* Haec auferantur ex isto *Scholio*, ὃς ἦν πατὴρ τοῦ Ἐνδίου: pertinent enim ad vicina; nihil erit adeo in reliquis rite acceptis, quod reprehendi mereatur. Hoc tamen modo, me iudice, rectius scripsisset interpres minime contemnendus: Ἀλκιβιάδης Λακωνικὸν ἦν ὄνομα· Κλεινίας δὲ Ἀθηναῖος, Λακεδαιμονίῳ Ἀλκιβιάδῃ ξένος γενόμενος, τὸ ὄνομα τῷ ἰδίῳ παιδὶ ἔθετο: sic in medio relinqueretur, quis Clinias primus amici Laconicum nomen filio indidisset; qui, forsan isto tempore iam ignotus, nunc certe designari nequit. In isthac Attica familia potuerunt ante Cliniam hic *Herodoto* laudatum plures fuisse Cliniae, plures etiam Alcibiadae, fortasse ne in istius quidem aevi monumentis commemorati. *Herodoti* Cliniam primum filio Laconicum imposuisse nomen plerique crediderunt; sed quo tandem argumento moti? Privatim amici fuerunt et ξένοι Clinias Atheniensis et Spartiata quidam Alcibiadas; sed Alcibiadae Attici maiores publicitus Lacedaemoniorum iam fuisse videntur πρόξενοι: ista permisceri non debuerant, quae sunt utique diversissima. Atheniensi Alcibiadi a maioribus tradita cum Alcibiadae Spartani posteris colebatur amicitia, *Thucyd.* VIII. 6. sed Lacedaemoniorum non erat is πρόξενος: hunc honorem studuit ille recuperare, cuius onere illius se iam avus abdicaverat: vid. *Thucyd.* V. 43., et cap. 89. ubi Alcibiades in oratione ad Lacedaemonios, τῶν ἡμῶν, inquit, προγόνων τὴν προξενίαν ὑμῶν - - ἀπειπόντων, αὐτὸς ἐγὼ πάλιν ἀναλαμβάνων ἐθεράπευον ὑμᾶς. VALCK.

CAP. XVIII. 6. δρησμὸν δὴ ἐβούλευεν) Vide superius c. 4. Accusat asperitatem vocabuli δρησμοῦ *Plutarchus*, quod de *fuga* consuluisse Graecos Noster dicat. At *nimis severus est Aristarchus. Atque etiam illud non tulerit, credo, quod* τὴν

regum censet aufugiendum de Troia: non enim, ut opinor, mollius est, Φεύγωμεν *Iliad.* B'. 140., *quam* δρησμὸν βουλεύεσθαι. Sic *Camerarius* ex vero. *Aristides* T. II. p. 191. τῶν ἐν ταῖς ναυσὶ κατὰ κράτος ἤδη φευγόντων εἰς τὸ εἴσω τῆς Ἑλλάδος, de his; neque *Polyaenus* mollius. WESS.

CAP. XIX. 3. ἀπὸ τοῦ βαρβαρικοῦ) Hoc reduxi. Vise clar. *Valckenarium* ad lib. III. 115. WESS. — At I. 58, 7. scribitur ἰθνίων βαρβάρων consentientibus libris, et mox *ibid.* iterum ἔθνος βάρβαρον: iterumque βαρβάρου ἔθνεος, I. 60, 12. ubi βαρβαρικοῦ haud dubie ex scholio praeferunt libri nonnulli. Vide ibi *Var. Lect.* Similiterque III. 115, 9. videndum, ne verum sit βάρβαρον, quod habet *Arch. Vind.* et *Eustath.* pro eo quod est in aliis βαρβαρικόν. *S.*

5. ταύτῃ συλλέξας) Mutata punctione haec, postulante *Arch.* et *Valla*, aptavi: id *Pavius* fieri oportere perspexerat; nec, credo, reprobaverit quisquam. [conf. *Var. Lect.*] Deinceps [*lin.* 10.] προβάτων τῶν Εὐβοϊκῶν, an Εὐβοϊκῶν, exaretur, arbitrarium erit: in membranis eadem dissensio lib. III. 89. et VII. 192. WESS.

[13. πῦρ ἀνακαίειν) *Ut ignem accenderent:* an, quo signum (nescio quod) darent? an, quo coenam pararent ex pecoribus quibus mox essent potituri? Hoc quidem ex *l.* 15. intelligi videtur, ubi αὐτίκα πῦρ ἀνακαυσάμενοι ἐτράποντο πρὸς τὰ πρόβατα. Scilicet credibile est, classem Graecorum cibariis non nimis largiter fuisse instructam, et Euboeenses praesertim pecora in cibum eis suppeditasse, adeoque etiam nunc, nescientes discessum parare Graecos, pecora ad mare abegisse quibus illi uterentur. *S.*]

CAP. XX. [1 *seqq.* Οἱ γὰρ Εὐβοῖς παραχρησάμενοι *etc.*) Toti huic Capiti commodior futurus fuisse locus videtur proxime post caput quartum. *S.*]

2. τὸν Βάκιδος χρησμόν) Vaticinus iste de Persica expeditione cecinerat, *Pausan.* X. 14.; ex illo carmine haec durat portio. Idem c. 12. ἐκ Βοιωτίας Βάκιν adpellat, sicuti et *Cicero* Divinat. lib. I. c. 18. Duos Bacides *Clemens Alex.* Strom. I. p. 398., Arcadem et Boeotium, memoravit; tertium Atheniensem alii addunt: super qua re sollicita extat opera *Nic. Loënsis* Epiphyllid. IX. 11. interpretumque *Aeliani* Var. XII. 35. WESS.

3. οὔτε τι ἐξεκομίσαντο οὐδὲν) οὔτε τι, a *Gronovio* iure laudatum, sed infeliciter defensum, in sua iterum sede statui. Sic lib. IV. 19. οὔτε τι σπείρουσι οὐδὲν, οὔτε ἀροῦντες. WESS. — *Gronovius*, postquam, neglectâ codicis *Med.* scripturâ, cum *Aldo* et aliis οὐδ' ἐξεκομίσαντο οὐδὲν edidisset, in Notis dein istud οὔτε τι commendans monuerat, ut οἷόν τι et πολλόν τι, sic etiam οὐδέν τι suaviter dici. Debuerat potius monere, οὐδέν τι paullo esse significantius quam nudum οὐδέν, respondereque Latinorum *nihil quidquam*. *S.*

Ibid. οὔτ' ἐξεκομίσαντο οὐδὲν) Dum Clar. *Iac. Gronovius* paulo consideratius *Herodoti* tractabat Uraniam et Calliopen, aestus amoris iam defervescebat, quo ante ferebatur in Florentinas suas membranas paene iuvenili. Nemo mirabitur, nobis saepe displicuisse vehementius illud amatoris studium, nostratem *L. Bos*, exemplar modestiae, viros etiam primarios *Salmasium*, *Is. Vossium*, *Ez. Spanhemium*, aliosque, qui Musas contrectaverant, velut ἀντιφατικὰς repellentis asperrime. Neutrum decet Musarum sacerdotem. Sed ut illud persequar, cuius occasione haec scripsi, in Notis vir Clar. proponit lectionem Mediceam: οὔτέ τι ἐξεκομίσαντο οὐδὲν, et lectori commendat ut *perquam suavem*: illa mihi quoque placet, et, si licet de vicinis duas demere literas, haec equidem censerem esse a manu *Herodoti*: οὔτέ τι ἐξεκομίσαντο, οὐδέν τι πρησάξαντο: recte *Valla*, *neque exportaverant quicquam neque importaverant*: illud, οὔτι - - - οὐδέν τι, obvium apud quosvis, simillima firmarent *Herodoti* in *Ed. Gron.* p. 382, 5. 395, 34. 468, 2. 509, 10. 529, 10. [VII. 8, 6. 37, 8 seq. VIII. 26, 13. IX. 1, 5 seq. 50, 6. seq.] Minuta talia *Livium* tractans enotare non dedignatus est Clar. *Iacobi* Pater. [*Io. Frid. Gronovius*] Ponam hic magni viri verba quaedam, quae leguntur in *Livii Drakenb.* T. IV. p. 421. b. [ad lib. XXX. c. 10.] *Nimis credulus fuit* (Rhenanus) *uni libro, et, quaecunque aliter atque in vulgatis illic essent, Livii esse, nihil librarii putavit.* Ingenuam tamen laudo confessionem Editoris *Herodoti* in p. 201, 17. *Fere nimio studio in Mediceas membranas abductus dici queo.* Qui Codicem antiquum supra modum miranter, horumque sacrorum ἀμυήτους se iure praebent, et immerentes alios ridendos, hoc semel sibi dictum putent. VALCK. — Ista in *Gronovium* animadversio, quam ille

quidem longe etiam severiorem multis modis commeritus est, non huius tamen maxime erat loci. Neque vero correctione a doctiss. *Valck.* propositâ indigebat scriptura illa a *Gron.* commendata, meritoque a *Wesselingio* recepta. *S.*

Ibid. οὔτε προσαξαντο) Ut sibilante littera auctius procederet hoc verbum, nulla erat necessitas. Repete ad lib. V. 34. adposita. WESS. — Nempe προσαξαντο ex eodem cod. *Med.* imperite commendaverat *Gron.* Commode ad h. l. *Reiskius* adnotavit: „Ἐξικομίσαντο, *deportarunt in locum tutum extra insulam*; [quod aliàs est ὑπεκθέσθαι, ut cap. 4, 9.] προσαξαντο, *rure in urbes compulerant.*“ *S.*

7. βαρβαρόφωνον) Ex *Vallae* Latinis βαρβαρόφωνος erit, quae non iniusta *Pavii Reiskii*que divinatio. [Vide vero *Var. Lect.* et memineris eamdem structuram cum verbis εἶδα, ὁράω, et similibus, locum habere.] Putes porro cum *Stanleio*, Bacidis versum in Pers. vs. 72. *Aeschylum* aemulari, quando πολύγομφον ὄδισμα ζυγὸν ἀμφβαλὼν αὐχένι πόντου tragice de *ponte* in Hellesponti angustiis, intenso funibus ex byblo lib. VII. 36. Itaque βύβλινον cur vir Celeb. exprimi voluerit, non perspicio. Credo ex *Medic.*, etsi de eo silentium, huc ob *Ask.* consensum migrasse. Pristinum longe praestantius. WESS.

[11. συμφορῇ χρῆσθαι πρὸς τὰ μέγιστα) Insolentior dictio πρὸς τὰ μέγιστα: quae idem, puto, valet ac ἐς τὰ μέγιστα VIII. 144, 14. *S.*]

CAP. XXI. 5. εἰ παλήσειε ὁ ναυτικὸς στρατὸς) Scripti editique libri nihil novant; nam Editoris *Genev.* εἰ παλίσειε coniecturae *Porti* debetur, male tamen repraesentatae: coniecerat ille, quamquam haesitans, εἰ ἀπαλίσειε, pro integro ἐπαλίσειε, ex ἐφαλίζω, *contra aliquem copias congrego*: obtrudi noluit, idque prudenter; neque enim moris id Herodotei. Tolerabilius de opinione *D'Orvillii* et *Reiskii* εἰ πελάσειε, *si adpropinquaret*, videretur; cuius modi lib. IX. 73. ὅκως πελάσειε ἀπικνεόμενος τοῖσι πολεμίοισι: neque abiret longius παλαίσειε *Pavii*, et fortasse *Gronovii*, ob eius Latina; eoque minus, quod diphthongus αι et η in scriptis saepe commutantur. [*Gronov. si conflixissent. Valla, an classis discessisset.* Caeterum αι et η vix umquam a librariis inter se permutata observare memini.] Sed omnibus schedae obstant. Aliud ergo circumspiciamus. Παλήσειε *Hesychius* ex-

ponit διαφθείρειε, quod de *clade* in belli certamine non illaudabile, et hinc, nisi erro, sumtum. Priscos sane παλαίειν ac παλίειν novisse, lonesque in primis, vero mihi proximum. *Hippocratis* sunt ἀποπαλίειν atque ἐκπαλίειν in evibratione et concussu vehementiore. Ἀποπαλήσει *Erotianus*, σαλεύσει καὶ σφάλσα κινήσει. *Foësius* Oeconom. p. 78. plura. Sive ergo εἰ παλήσειε de *conflictu*, seu *clade* secuta, *agitationeve classis maiore* accipiatur, vocabulo scriptura locoque sententia constabit. WESS.

Ibid. εἰ παλήσειε ὁ ναυτ. στραε.) Varias attulit coniecturas *Portus* verisimilioribus facile locum daturas. Quod hic vulgatur, Lexicographis, credo, praetermissum, παλήσειε legitur in sua serie apud *Hesych.* cum interpretamento διαφθείρειε. διαφθαρείη ab huius loci sententia non esset valde alienum: παλήσειε quid sit, exspectabimus qui nos doceat. Licebit interea coniecturam proferre: εἴ τι πταίσειε ὁ ναυτ. στρατὸς literas prope accedit; id est, ἐάν τι περὶ τὴν ναυμαχίαν γένηται πταῖσμα, ut scribit *Diodor.* I. p. 415. fin. ἐάν ποτε συμβῇ τι πταῖσμα, *Demosth.* p. 59, 71. εἰ δέ τ. πταίσειε, idem p. 16, 28. *Thucyd.* p. 327, 79. Forma quidem paulo est insolentior: minime tamen absurdum quod nonnemini venit in mentem: εἴ τι παθήσειε, *si quid eveniret classi*: certe talibus uti solebant εὐφημισμοῖς, ne belli tristem eventum memorarent. *Eurip.* Phoen. 251. εἴ τι πίσειεν ἐκπάνυγος γᾶ. *Xenoph.* Κυρ. Παιδ. II. p. 24, 9., εἴ τι πίσοιτο Μῆδος. *Si naufragio navis perierit*, *Euripidi* dicitur, ἤν τι ναῦς πάθῃ, Iph. in Taur. 755. Plenius legitur in syngrapha nautica apud *Demosth.* p. 547, 16., ἐὰν δέ τι ἡ ναῦς πάθῃ ἀνήκεστον. VALCK. — Apud *Hesychium*, ubi Παλήσειε, διαφθείρειε legitur, videtur utique διαφθαρείη scriptum oportuisse. Similiter quidem apud eumdem: Ἐπάλλησεν· (rectius puto Ἐπάλησεν·) διεφθάρη: tum Πεπαλημένας· ἐκπεσεῖν: et Πεπαλημένοι, βεβλαμμένοι. Quae nescio an cuncta ad verbum Παλαίω (παλάω, ion. παλίω, coll. *Foes.* Oecon. voce Ἐκπαλέω, et *Schneider* Lexic. crit. voc. Παλαίω) sint referenda. Ut autem id verbum generatim quidem *colluctari*, *conflictari*, significat, sic frequentius de *graviori lucta* et *periculoso certamine* usurpatur: quemadmodum etiam sequens dictio ἤν τι καταλαμβάνῃ πιώτερον (*lin.* 9.) in utramlibet quidem partem accipi potest, plerumque vero in tristiorem partem usur-

patur. Nec vero diffiteor, videri mihi istud verbum παλήστιν certiorem etiam nunc lucem requirere. *S.*

CAP. XXII. 1. νέας τὰς ἄριστα πλωούσας ἐπιλεξάμενος) Corrigitur ἀπολεξάμενος, forte ob c. 101. τριήκοντα μυριάδας ἀπολεξάμενος τοῦ στρατοῦ, et ἀπολέξαντες τὸ ἄριστον lib. V. 110. Quae quidem boni commatis; neque vero pravioris vulgatum. Ἐπιλεξάμενος ἄνδρας δέκα Αἰγινητέων, lib. VI. 73. ἐπιλεξάμενός τι ἄνδρας τοὺς ἐθέλεις, lib. VII. 10. Adde *Thom. M.* in Ἀναλέγομαι. Quae deinceps ex duobus Codd. exsulant, non illa casu exciderunt, utpote nexa optime: praeberent profecto, si pluribus abessent, glossatoris specimen. WESS. — Verba τὰ Ἴωνες etc. quae codicibus *Arch.* et *Vind.* desunt, agnoscit noster cod. *F.* cum aliis omnibus: et quoniam in his recurrit verbum ἐπιλέξαντο longe diversa notione, malles utique paulo ante ἀπολεξάμενος: sed non est hic unus locus apud Nostrum, ubi idem verbum, paucis interiectis repetitum, diverso significatu ponitur. Quid autem praetermittendis verbis nonnullis ansam h. l. dederit, satis apparet, nempe vocab. γράμματα nonnullis interiectis repetitum; quo factum, ut oculus librarii a priori γράμματα ad posterius aberraverit. *S.*

2 *seqq.* Θεμιστοκλέης ἐκορτύνετο *etc.*) Callidum prudentis Imperatoris factum memorant *Plutarch.* in Them. p. 116. B. *Polyaen.* I. 30, 6. aliique: eleganter *Aristid.* I. p. 314. ubi meliora sunt in Scholiis scriptis quam in Edd. Sophistica mihi videntur atque absurda, quae Themistocli tribuit ex *Trogo Iustinus* II. c. 12.; neque enim, ut credidit *Orosius* II. c. 10., *apta* fuisset *increpatio*; sed in isthoc rerum discrimine prorsus importuna. Mendax *Scriptor Parallelorum* in *Plut.* T. II. p. 305. D. fratrem nobis fingit Themistoclis Agesilaum, quem ad Artemisium Graeci miserint speculatorem: eadem paene praebet illinc descripta *Stobaeus Gesneri* p. 91. Nollem viros eruditissimos his mendaciis locum in historia dedisse veteri. Ut illi fratrem, Agesilaum quoque patrem dat Pausaniae, huius narrans proditionem p. 308. B. *Stobaei* p. 228. adeo puer in historia, ut ne *Thucydiden* quidem legerit, citat, qui nusquam extitit, *Chrysermum* ἐν δευτέρῳ ἱστορικῶν vel Περσικῶν. VALCK.

3. ἐντάμνων ἐν τοῖσι λίθοισι γράμματα) Linguae non inutilis concinnari posset index verborum, quibus Scriptor castigatissimus novam quamdam indidit vim significandi: locum illic inveniret etiam Ἐντάμνειν. Lapideis columnis Darius dicitur ἐντάμνων γράμματα, IV. c. 87. Proximum convenit Latinum *insecans*. *Columellae* bis terve; sed alia usurpatum structura, verbum *insecandi* bis adhibuerat, ut puto, qui nuper cura Clar. *P. Burmanni* Sec. prodiit ornatior, *Auctor ad Herennium*, III. c. 14., *ipsa pronuntiatione - - res inserere atque insecare* (*inscribere* satis erat *Ciceroni* de Orat. II. c. 87.) *in animis auditorum*: hoc ex Codd. reciperem pro *intersecare*: idem IV. c. 49., *tanquam iubatus draco - - - circumspectans huc et illuc, si quem reperiat, cui aliquid mali faucibus adflare, - - - dentibus insecare, lingua adspergere possit*: hoc Graecis est ἰὸν ἐγχρίειν et ἐγχρίπτειν: quorum prius *Olearío* aliisque non debuerat esse suspectum. Omisit, ut alia multa, *Stanlei Aeschyli* fragm. ex Philoct. apud *Plutarch.* T. II. p. 1087. F. Οὐ γὰρ δρακὼν ἐνῆκεν, ἀλλ' ἐνῆκεν etc. aptius alterum illud, *venenum dentibus insecat*. Scribi potuit a Tragico apud *Ciceron.* Tusc. II. c. 9. *Hos ille cuneos fabrica crudeli insecans Perrupit artus*: vulgatum *inserens* nec ad vicina neque respondet *Aeschyli* grandiloquentiae. Literas lapidibus *incidere*, vel *insecare*, hic ἐντάμνειν λίθοισι γράμματα, alibi dicitur et *Herodoto* ἐγκολάπτειν, I. c. 93, 187. Hoc quibusvis fuit usurpatum, et restitui debet III. *Maccab.* II, 27., στήλην ἀναστήσας ἐνεκόλαψε γραφήν: idem esset εἰς στήλην ἐκόλαψε γραφήν: qua ratione legitur in veteri tabella apud *Gruter.* Inscr. p. CCCCI. vs. 22. τὸ δὲ δόγμα τόδε κολάψαντας εἰς χαλκώματα δύο, τὸ μὲν ἕν ἀναθεῖμεν εἰς τὸ βουλευτήριον: *tabulae aereae*, quibus incidendum erat plebiscitum, χαλκώματα vocantur. VALCK.

6. ἐπὶ τοὺς πατέρας) Redi ad lib. VII. 51. Callidam *Themistoclis inscriptionem* iisdem verbis *Polyaenus* I. 30, 6. recitat, parum, quod vir magnus attigit, aberrans; *Plutarch.* Themist. p. 116. B.; *Aristides* T. II. p. 191. etc. Notabile ἐκ τοῦ μίσου ἔζεσθε ex Cod. *Ask.* [*lin.* 9. Conf. *Var. Lect.*] restitutum volui. Scio ἐκ μίσου ὄντας *Dioni Cass.* lib. L. p. 581. *neutrarum esse partium*; sed ἔσεσθε per hic (nec latuit *H. Stephano*) inconmodum. Contra κατῆσθαι sive ἔζεσθαι ἐκ τοῦ μίσου de illis, *qui rei se non miscent, et ex eius medio*

quasi otiosi sedent, Herodotea sunt. Inferius c. 73. αἱ λοιπαὶ πόλις ἐκ τοῦ μέσου ἐκατέατο, et iterum ἐκ τοῦ μέσου κατήμενοι: quibus gemina III. 83. IV. 118. etc. WESS.

6. ἐπὶ τοὺς πατέρας στρατευόμενοι) Hinc liquet quid supplendum sit aut lectori subaudiendum relinquatur apud *Diodor. Sicul.* XIX. c. 41., ubi iussu Antigenis, *cuius sub imperio phalanx erat Macedonum*, ut scribit *Corn. Nepos* in Eumene c. 7., in Eumenis exercitu eques Macedo, propius accedens phalanga Macedonicam Antigoni, proclamavit: ἐπὶ τοὺς πατέρας, ὦ κακαὶ κεφαλαὶ, τοὺς μετὰ Φιλίππου καὶ Ἀλεξάνδρου τὰ ὅλα κατειργασμένους: nempe στρατεύεσθε. In Eumenis erant exercitu veterani milites, qui cum Philippo fregerant Graeciae libertatem, quique cum Alexandro Asiam pervaserant; sic itaque loquuntur velut annis et laboribus graves. Sed apud *Herod.* πατέρες sunt *conditores*. *Iustinus* II. 12. *Quod facinus agitatis? bellum inferre olim conditoribus vestris, nuper etiam vindicibus, cogitatis?* Eadem mente supra apud *Herodot.* VII. c. 150., Argivis fertur per legatum dixisse Persa: οὕτω ἂν εἶημεν ὑμέτεροι ἀπόγονοι· οὔτε ὧν ἡμέας οἰκὸς ἐπὶ τοὺς ἡμετέρους προγόνους στρατεύεσθαι, οὔτε ὑμέας etc. In proximis [*lin.* 9.] sensum optime *H. Steph.* expressit: *et vos e medio nobis subducite*, ἐκ μέσου ἡμῖν ἔζεσθε: Herodoteam nobis manum ex uno Codice Clar. *Wess.* obtulit in Diss. *Herod.* p. 125. VALCK.

12. ὑπ' ἀναγκαίης μέζονος κατέζευχθε) Nihil differt, rem ubi spectes, *Aeschyli* Prometh. vs. 108. ἀνάγκαις ταῖσδ' ὑπέζευγμαι τάλας: *Sophoclis* Philoct. 1022. ἀνάγκη ζυγεὶς ἔπλευς ἅμ' αὐτοῖς: et Aiac. vs. 123. Aliter paullo *Libanius* in Basilico p. 104. c. Mox ὥστε ἀπίστασθαι legitimum solum est. WESS.

CAP. XXIII. 7. ἅμ' ἠλίῳ σκιδναμένῳ) Homereum ὅσον τ' ἐπισκίδναται ἠώς huic creditur originem, et *Aeschyli* Pers. vs. 502. πρὶν σκιδασθῆναι θεοῦ ἀκτῖνας, dedisse. Non infrequens talis figura. Σπείρειν ἀκτῖνας *Philo* Vit. Contempl. p. 899. F. *Spargere lumine terras* Latini Poëtae, *Lucretius*, *Lucanus*, aliique, in *La Cerdae* Comment. ad *Virgilii* Aen. IX. 459. Porro ἔπλως [*lin.* 8.] rectum satis, nisi ἐπίπλως malueris. WESS.

10 *seq.* τὴν πόλιν ἔσχον τῶν Ἱστιαίων) Scribendum est Ἱστιαιέων: hinc *Diodor.* XI. c. 13. fin. κατῆρεν εἰς τὴν Εὔ-

βοιαν μετὰ πασῶς τοῦ στόλου, καὶ τὴν τῶν Ἰστιαιέων πόλιν βίῳ χειρωσάμενος etc. vid. ibi Clar. *P. Wessel.* Non nescio quid scribat *Steph. Byz.* in Ἰστίαια, *Ephorum* cives Ἐστιαίους dixisse; sed *Herodoto* huius capitis initio memoratur ἀνὴρ Ἰστιαιεὺς, quod pro Ἰστιεὺς recte posuit *Gronov.* ex *Med.*, a *Galeo* iam oblatum ex *Arch.* et a *Valla*, quin et a *Plutarcho;* cuius in Edd. Herodotea describentis T. II. pag. 867. E. reperitur ἀνὴρ Ἐστιαιεύς: illic Ionica tantum pronuntiatio versa fuit in vulgarem. Hos ex Euboea Histiaeënses, τοὺς Ἰστιαιέας, istius aetatis Atticorum more talia contrahentium, *Thucydides* vocat Ἐστιαιᾶς I. 114. Vbi memorat Euboeam operâ Periclis Atheniensibus subiectam *Aristides* in Pericle T. III. p. 226. hoc exstat *Scholion* in *Cod. Ms.* Ἕως καὶ ταύτην) Ὁ Θουκυδίδης, ἐξοικήσαντες Ἰστιαίας (leg. ἐξοικίσαντες Ἰστιαιᾶς,) αὐτοὶ τὴν γῆν ἔσχον· ἡ δὲ ἱστορία πόλεως Εὐβοίας: miram in his corruptelam subiit Ἰστίαια, πόλις Εὐβοίας. In isthoc egregio clar. *P. Burm.* Codice msto eadem pag. saltem octo nobis ex *Androtione* praebet ducum nomina, qui cum Pericle susceperant expeditiones *Thucydidi* narratas, pleraque aliunde ignota. VALCK.

11. τῆς Ἑλλοπίης μοίρης) *Valla* sui Codicis pravam, qualis et *Arch.*, lectionem secutus, *Ellopiae*, qua de uberius *Strabo* X. p. 683. A., [p. 445. ed. Cas. ubi Ἑλλοπ. leni spiritu, ut apud *Steph. Byz.* et alios] mentionem praeteriit. Vicinum τῆς Ἱστιαιήτιδος Ionum est formae, optime hic in membranis custoditum. Non obliviscor γῆς τῆς Ἱστιαιώτιδος VII. 175., cui, si verum amamus, prorsus idem, quod paludi Maeoti, Μαιήτιδος titulo lib. I. 104. et IV. 20. notae, usu saepe venit. Par periculum Ἀμφακιήτας propulsandum lib. IX. 28. WESS.

CAP. XXIV. 7. γῆν ἐπαμησάμενος) Ex Herodoteo Lexico petita *Suidae* interpretatio, ἀνακινήσας, traxit *Vallam.* Ulysses Homeri Od. E'. vs. 482., εὐνὴν ἐπεκύήσατο, *aggessit sibi cubile*, ex foliis nempe: Φύλλων γὰρ ἔην χύσις ἠλιθα πολλή, Ἐν δ' ἄρα μέσῃ λέκτο, velut *in lecto* cubuit. Hinc sua apte transtulit *Herodotus*, φυλλίδα τε ἐπιβαλὼν καὶ γῆν ἐπαμησάμενος: *et frondes iniecit arboreas terrae superingestae*: sic ista putem accipienda. *Eustath.* in Od. ε. p. 240, 49. suum citat in Iliada commentarium p. 321, 33., ubi legitur et κόην ἐπαμησάμενος. *Super cadaver terram congerere*, et

pulverem in cadaver accumulare propriâ locutione dicebatur ἐπαμήσασθαι γῆν, et κόνιν ἐπαμήσασθαι. Pro ἐναμησαμ. scribendum usitato more ἐπαμησάμενοι κόνιν in *Schol.* ad *Soph.* Antig. vs. 261. De testudine, ova sua in litore tegente, posuit *Plutarch.* T. II. p. 982. B. τὸ λειότατον ἐπαμᾶται τῆς θινὸς αὐτοῖς καὶ μαλακώτατον. Rarissimâ formâ activâ scripsit *Iamblich.* de Vit. Pyth. p. 160., γῆς ἐπαμήσαντες τοῖς πεσοῦσι. Formae vim quoque tribuit verbi medii *Origenes* c. Cels. VI. p. 285., cui veste indutus lugubri dicitur κόνιν ἐπαμώμενος, *pulvere sibi caput adspergens.* Vid. Clar. *D'Orvill.* in *Charit.* p. 366. sed in versu *Theognid.* 427., quem citat, vulgata displicebat *Hemsterhusio* lectio, melior altera videbatur, γαῖαν ἐφεσσάμενον, ad *Hesych.* T. I. p. 1352. sic dicitur iacere cadaver, *operimento matris obductum;* quibus verbis *Cicero* de Leg. II. 22., istum adludebat *Xenophontis* locum, quem tractat vir summus. Sed ad *Herodotum* forte satis fuisset monuisse, Xerxis factum ad Thermopylas (quod attigit et *Polyaen.* VII. c. 15, 4.) Spartiatam postea temporis imitatum Agesilaum, qui fidos sibi iussit Σπαρτιάτας νεκρούς, ἐπαμησαμένους κόνιν, ἀποκρύψαι, ut scribit *Polyaen.* II. 1, 23. VALCK.

CAP. XXV. 6. ἐρέοντες καὶ τοὺς εἴλωτας) Magna in his Cl. *de Pauw* molimina. Negat ullos adfuisse *Hilotas;* negat quatuor Graecorum ad Thermopylas iacuisse millia. Εἴλωτας facit ἰδιώτας, sive *cives*: scriptum praeterea supra c. 24. olim fuisse, ὑπολιτόμενος τουτέων ὡς τετρακισχιλίους. Proinde post nonnulla τῶν μὲν χίλιοι ἐφαίνοντο νεκροὶ, Graecorum sunt cadavera; τέσσερες vero χιλιάδες, Persarum. Haec pauca de multis. Ego vero scire maximopere aveo, quinam illi praeter Spartanos et Thespienses ἰδιῶται, *cives*, si eorum mille tantum fuerint? et quomodo nautae [classiarii] ex ἰδιωτῶν corporibus agnoscere Spartanos potuerint? *Hilotae*, quos adfuisse vidimus VII. 222., habitu cultuque pares ceteris non erant. Hoc amplius, si mille duntaxat Graeci ad Thermopylas ceciderint, quid fiet Epigrammate, in quo contumulatorum χιλιάδες τέτορες VII. 228.? Sed desino; id tantummodo adstruens, ieiunum hoc in strategemate *Polyaenum* esse lib. VII. 15, 4. WESS.

CAP. XXVI. 2. αὐτόμολοι ἄνδρες ἀπ' Ἀρκαδίης) Quae primo viderentur adspectu longe dissita, solerter sic com-

paravit eruditiss. *A. Heringa*, Obs. Crit. p. 156., ut *Arcades* hi fuisse videantur *Caryatae*. Nostro dicuntur *βίου τε δεόμενοι, καὶ ἐνεργοὶ βουλόμενοι εἶναι: victus egentes, et in agendo desiderantes occupari*, prout hic vocem *ἐνεργὸς* accipiendam puto. *Pecuniam numeratam, quam domi habebant, τὸ ἀργύριον τὸ ἔνδον κείμενον*, vocabant et *ἀργὸν*, id est *οὐκ ὂν ἐν ἔργῳ*: contra *ἐνεργὰ χρήματα* erant *quaestuosae foenusque pensitantes pecuniae*, monente *G. Budaeo* Comm. Ling. Gr. p. 271. vid. *Salmas.* de Trap. Foen. p. 480. Rariori usu apud *Demosth.* p. 547, 7. *ἰδίοντό μου δεκαῖναι χρήματα εἰς τὸν Πόντον Ἀρτέμωνι - - καὶ Ἀπολλοδώρῳ, ὅπως ἐνεργοὶ ὦσιν, ut negotiarentur*, sive *ὅπως ἐργάσωνται ἐν αὐτοῖς*, quae phrasis est in Ev. *Matth.* XXV, 16. VALCK. — *Arcadas* illos, qui hic memorantur, *transfugas* ex Carya Arcadiae oppido advenisse statuens *Heringa*, testimonio maxime *Vitruvii* usus erat; qui lib. I. cap. 1. originem *Caryatidum* quae in architectura vocantur expositurus, *Carya*, ait, *civitas Peloponnesi, cum Persis hostibus contra Graeciam consensit*; etc. *Vitruvii* verba iam olim *Holstenius* in Notis ad *Steph. Byz.* voc. Κάρυα adposuerat. Quod autem duo Peloponnesi oppida fuisse statuunt docti viri, quorum utrique Κάρυα vel Κάρυαι nomen; rectius fortasse dicturi erant, unum idemque oppidum olim, quo tempore Graeciam Xerxes invasit, Arcadiae fuisse contributum, deinde vero Laconicae factum ditionis. *S.*

5. *τὰ ποιοῦσιν*) Aeque bonum *τί ποιοῦσιν*. Verissimum *εἰρωτέων*, [*lin.* 6.] unde *ἀγγέλῳ εἰρωτέοντι* IV. 145. aliaque. Malui quoque [*lin.* 7.] *ἄγοισιν Ὀλύμπια*, ut *ἄγειν Ἀπατούρια*: denique *θεωρέοντι*, praeeuntibus manu exaratis exemplaribus. Maxime vero memorabilis est [*lin.* 11.] *Τριτανταίχμης ὁ Ἀρταβάνου Vallae* et *Arch.*, idem, uti videtur, ac lib. VII. 82. *Tigranes* haud quidem ignotus inter Persas est, Achaemenidarum gente proseminatus; sed nusquam *Artabani* filius, VII. 62. IX. 95. Quare *Th. Galeo* [*Τριταντοιχμ.* unice probanti] videor adstipulari posse. WESS. — Ad eumdem *Τριτανταίχμην* spectare videtur, quod *lin.* 5. scribitur, *εἷς δέ τις πρὸ πάντων etc. S.*

7. *ὡς Ὀλύμπια διάγοισιν*) Doctissimo *G. Koenio* corrigendum videbatur, *ὡς Ὀλύμπια δὴ ἄγοισιν*. Hoc mihi olim etiam placebat; nunc, si praebent alii Codices lectionem

quam dat margo *Steph.*, legi malim ὡς Ὀλύμπια ἄγοιεν. Vulgatum si forsan, ut hic, legeretur alibi, uno tamen alterove exemplo nolim abuti adversus centena. In istis paulo post, [*lin.* 9 *seq.*] quibus Arcades quale *praemium* esset *Olympiacum* Persis interrogantibus εἶπον, τῆς ἐλαίης τὸν διδόμενον στέφανον, leve forsan vitium latet, quod una lineola loco mota facile tolli posset, si nempe scriberetur τῆς ἐλαίης τὸν ἀδόμενον στέφανον, *ex oleastro coronam* ut simpliciter dixerint Arcades; quorum verbis Noster, Olympiacae laudis admirator, interiecerit τὸν ἀδόμενον, *illam* Poëtarum, *Pindari* praesertim, carminibus *decantatam*. Quibus hoc forte videbitur non necessarium, fatebuntur tamen his *Pausaniae* III. p. 278., ἄρχονται μὲν ἀπὸ Τηλέφου τῶν ὕμνων, προσδιδοῦσι δὲ οὐδὲν ἐς τὸν Εὐρύπυλον, omnino corrigendum, προσᾴδουσι δὲ οὐδέν. VALCK. — Mihi quidem (ut dicam quod sentio) frigide praeter morem dicturus fuisse *Herodotus* videtur, si ἀδόμενον hîc scripsisset. Ego vero in hunc modum edi curans, οἱ δ' εἶπον, „τῆς ἐλαίης τὸν διδόμενον στέφανον," ob oculos habueram superiorum editionum exempla, in quibus post εἶπον intercisa erat oratio, quo scilicet intelligeretur, οἱ δὲ εἶπον, τὸ ἆθλον εἶναι τὸν διδόμενον στέφανον ἐλαίης. Nunc (quamvis ad sententiae summam h. l. nihil referat utro modo structuram orationis accipias) deletas illas notas „et" velim, et parum commode post εἶπον *comma* olim positum fuisse autumo: iuncta enim intelligi debent εἶπον τὸν στέφανον, nempe τὸν τῆς ἐλαίης στέφανον διδόμενον τοῖς νικῶσι, *hi vero narrarunt oleae coronam, victoribus dari solitam.* Paulo superius, [*lin.* 7.] ubi ἄγουσι offerunt complures probati codices, recipi fortasse hoc ipsum, licet mox subiiciatur διωρίσαν debuerat; quoniam (ut iam frequentissime observavimus) variare verborum modos Scriptor noster amat. *S.*

CAP. XXVII. 3. ἅτε σφι ἐνέχοντες αἰεὶ χόλον) Litem, quam publicato schedae moverunt, secundum eas do. Non nescio Euripideum Hecub. vs. 1118. ἦ μέγαν χόλον Σοὶ καὶ τέκνοισι εἶχε, Sophocleumque Trachin. vs. 272. Aliter *Herodotus* lib. VI. 119. Δαρείῳ - - - ἐνεῖχέ σφι δεινὸν χόλον: et lib. I. 118. *Odii Thessalorum in Phocenses* exordia lib. VII. 176. signata sunt. Hinc τὴν πρὸς Φωκέας ἔχθραν, ἣ προυπῆρχε Θετταλοῖς ἐκ παλαιῶν χρόνων, non tacuit *Aeschin.* περὶ Παραπρ. p. 46. WESS.

9. κατειλήθησαν ἐς τὸν Παρνησσὸν οἱ Φωκέες) Mirum accidit, *H. Stephanum* ad haec adhaesisse; sed comma, male punctum post Παρνησσὸν, illi tenebras offudit. Melior in his *Pavius*, atque diu ante eum *Poliaenus* VI. 18. Nimirum Thessali subita incursione Phocenses in Parnassum concluserant. Unde deinceps ταῦτα μέν νυν τὸν πεζὸν εἰργάσαντο τῶν Θεσσαλῶν οἱ Φωκέες, πολιορκέοντας ἑωυτούς: ubi multitudinis numerus, πεζὸν spectans, nemini molestus esse debet. Verum audiamus *Polyaenum*: Φωκεῖς εἰς τὸν Παρνασσὸν κατακλεισθέντες, γυψώσαντες αὐτοὺς καὶ τὰ ὅπλα νυκτὶ παντελήνῳ. Sic scripserat. Vulgo illi γυψώσαντες deerant, damno sententiae manifesto, sicuti *Diodoro* XI. 14. adscriptum. Animadvertit et illud doctissimus *Berglerus*. Rem eandem, alio tamen ordine, operosius exsequitur *Pausanias* lib. X. c. 1. ubi de *Tellia* et de Telliadis (infra lib. IX. 37. memoratis) *Kühnius* et *Leopardus* Emendat. lib. IV. 18. WESS.

10 *seq.* ὁ Τελλίης - - - γυψώσας *etc.*) Obiter hinc *Polyaenum* p. 562. redintegravit Clar. *Wess.* ad *Diodor.* T. I. p. 414. quo nondum usus *Koenius* ex *Herodoto* quoque vidit in *Polyaeno* legendum: Φωκεῖς, ἐς τὸν Παρνασσὸν κατακλεισθέντες, γυψώσαντες αὐτοὺς καὶ τὰ ὅπλα: sic vox collocata ob similem praecedentis syllabam facile periit. *Eleum vatem Telliam*, in quo viro egregio spes opesque erant Phocensium sitae, laudat *Pausanias* et hoc ipsius in bello non illaudabile commentum, in Phocicis p. 800. et 801., ubi Thessalos quingenti noctu narrantur inprovisos adorti, αὐτοί τε ἀλληλιμμένοι γύψῳ, καὶ ἐνδεδυκότες ὅπλα λευκὰ ὑπὲρ τῇ γύψῳ. Eodem isthoc cum Thessalis bello quod evenit memorabile Phocensium facinus desperatione furentium et rabie, *Pausaniae* narratum, explicatius etiam atque in laudem mulierum praesertim Phocensium *Plutarcho* de Virtut. Mulier. p. 244., causam non exputo, quam tamen habuisse certam suspicor, cur hoc in loco silentio presserit *Herodotus*. VALCK.

18. ὥστε τετρακισχιλίων κρατῆσαι) Male *Valla* et consentanei τρισχιλίων. *Polyaenus* καὶ πτῶμα ἐγένετο Θετταλικὸν ἄνδρες τετρακισχίλιοι. Cur ego autem λοιπὰς [post τὰς δὲ, *lin.* 20.] tuerer, tanta Codicum conspiratione in exilium actas? Vocis absentia sententiae nihil nocet. WESS. — Inutilem vocem invito suo codice tenuerat *Gron.* Ignorat autem eumdem noster *F.* cum aliis. *S.*

CAP. XXVIII. 4. ἢ ἐστι κατὰ Ὑάμπολιν) Ob oculos ista *Polyaeno* fuerunt VI. 18, 2. τάφρον ὀρύξαντες κατὰ τὴν πόλιν καὶ πλημμύσαντες αὐτὴν κινῶν ἀμφορέων: dederat ergo κατὰ τὴν Ὑάμπολιν, [aut nude κατὰ Ὑάμπολιν,] quae *Valckenarii* iustissima correctio ad Phoeniss. *Euripid.* p. 749. Scripsi [*lin.* 5.] ἀμφορέας κενούς de *Herodoti* adsuetudine lib. VII. 131. [et alibi] a qua me εἴδωλα κενὰ καρδίης *Democriti* apud *Stob.* Serm. IV. p. 56. non revocant. WESS. — Quamvis vero constanter aliàs formâ κινὸς, pro communi κενὸς, usus esse videatur *Herodotus*, advertere tamen animum Editoris debuerat Homerica forma κενεὸς, quam h. l. plerique codices cum vett. Edd. praeferebant: qua fortasse et aliis quibusdam in locis usus est Scriptor noster, ubi librariorum alii formam κινὸς, alii communem κενὸς posuerunt. *S.*

4. κατὰ Ὑάμπολιν) Ad haec *Polyaenum* VI. c. 18, 2. comparanti *Koenio* lateré non poterat, in istis, τάφρον ὀρύξαντες κατὰ τὴν πόλιν, corrigendum ex *Herodoto* κατὰ Ὑάμπολιν: in transcursu eadem facta fuit comparatio ad *Schol.* in Phoen. *Eurip.* p. 749. Fraudem, qua vicinos Thessalos irretitos tenuerunt, explicate tradit *Pausan.* X. p. 799., κατὰ τὴν Ὑάμπολιν - - - ὑδρίας πεφαμένου πεποιημένας κατορύξαντες, καὶ ἐπ' αὐτὰς γῆν ἐπιφορήσαντες (*Herodot.* χοῦν ἐπιφορήσαντες) ὑπέμενον τὴν ἵππον τῶν Θετταλῶν. In foveas equites fuere praecipitati, equi autem ἀπεχωλοῦντο: quod *Pausanias* sumsit e *Thucyd.* VII. 27. *Herodoto* οἱ ἵπποι τὰ σκέλεα διεφθάρησαν. Hoc bello Phocensibus dux erat alter de duobus Ὑαμπολίτης Δαϊφάντης, iuxta *Pausan.* p. 800. Δαΐφαντος ὁ Βαβυλλίου τρίτος αὐτὸς ἄρχων dicitur *Plutarcho* T. II. p. 244., ubi congressi cum Thessalis victoriam Phocenses reportasse narrantur περὶ Κλεωνὰς τῆς Ὑαμπόλιδος. De *Hyampoli* multis agens *Iac. Palmer.* in Gr. Antiq. p. 665. istas Phocidis Cleonas *vicum in Hyampolitarum vicinia* fuisse suspicatur. Iason Thessalus Ὑαμπολιτῶν τό, τι προάστιον εἶλε, καὶ τὴν χώραν ἐπόρθησε, apud *Xenoph.* Ἑλλ. VI. p. 350, 28. VALCK.

CAP. XXIX. 1. Τουτέων δὴ σφι ἀμφοτέρων ἔχοντες ἔγκοτον) Eruditissimus *H. Stephanus* vocabulum ἔγκοτος, quatenus quidem substantivi sedem obtinebat, e Graecae linguae finibus procul amandavit; dictionesque adeo, αὐτάρ τινα καὶ ἔγκοτον εἶχε lib. VI. 133. et 73., scriptas fuisse καὶ ἐν κότον εἶχε, vice καὶ ἐνῖχε κότον. Inspice eius Prolegom.

p. 736. Cui animadversioni valide repugnat hic locus, talem τιμῆσιν recusans, et lib. IX. 109. τῇ μὲν γυναικὶ ταύτῃ οὐκ ἔχει ἔγκοτον. Plura aliàs. WESS.

CAP. XXX. 1 *seqq.* οἱ γὰρ Φωκῆς μοῦνοι *etc.*) Si vero nititur *Pausaniae* lib. X. cap. 1. extr. narratio; Phocenses cum Persa, necessitate conpulsi, ὑπ' ἀνάγκης, primum fecerunt, postea ad Graecorum societatem reversi. Non ita Noster hic et superiore libro c. 203. et 218. Vicinum [*lin.* 4.] κατὰ τὸ ἔχθος τὸ Θεσσαλῶν *Pass.* et apud *Plutarchum* minime malum: consimile κατά τι τὸ ἔχθος τὸ Λακεδαιμονίων, quo Spartanos prosequebatur Hegesistratus, sive, ut ibidem, τὸ ἔχθος τὸ ἐς Λακεδαιμονίους, lib. IX. 36. 37. In Latinis talia saepe. Vid. *Cortium* ad fragm. *Sallustii* p. 936. WESS.

2 *seq.* οὐκ ἰκμήδιζον, κατ' ἄλλο μὲν οὐδέν) Verisimillimam *Herodoti* coniecturam ingeniosâ malevolentiâ nititur evertere *Plutarch.* T. II. p. 868. c. Sed Herodotea describens Philosophus praebet ex suo Codice lectionem unam alteramve vulgatâ apud *Herodotum* non deteriorem; velut in proximis, [*lin.* 4.] κατὰ δὲ τὸ ἔχθος τὸ Θεσσαλῶν, *nulla alia de causa, quam quia oderant Thessalos:* similiter scribit et in eumdem sensum Noster IX. 37., κατὰ τὸ ἔχθος τὸ Λακεδαιμονίων, *propter odium, quo Lacedaemonios oderat:* et *Thucydides*, κατ' ἔχθος τὸ Λακεδαιμονίων· κατ' ἔχθος τὸ Ῥηγίνων· κατ' ἔχθος τὸ Κορινθίων, p. 67, 73. p. 259, 10. p. 483, 57. Aptissima dedit in eam rem *Iac. Perizonius* in *Aeliani* Var. II. 25. et ex his suis observatis explicare debuerat apud eumdem XII. 53. τὸ Μεγαρίων πτοᾶσθαι: ubi commode Thucydideum τὸ Μεγαρίων ψήφισμα contulit Cl. *Abr. Gronov.* cuius avus *I. F. Gr.* vid. in *Livii* XXXIV. c. 26. VALCK.

[8. ἰκόντες τίνα) Vide *Valck.* ad VII. 164, 3. et conf. IX. 7, 19. *S.*]

CAP. XXXI. 5. ποδεὼν στενὸς) *Valla* Graecum *podeon* retinuit, *Porto* laudatore: *limes* venit a *Gronovio*, ex *Salmasii* sententia ad *Solin.* p. 297. [Nobis *laciniam* interpretari placuit. De *pendulo utris petiolo* idem usurpatum vocab. II. 121, 70. vidimus. *Angustum terrae tractum* h. l. intelligi adparet.] Μηλίδος [*lin.* 7.] rediit ex dictis lib. VII. 198. At Δρυοπὶς, etsi Δρυοπίης suspicionibus ex Schol. ad *Apollon. Rh.* I. 1212. ansam praebet, non move-

tur. Vide c. 43. et lib. I. 56. Porro quod in proximis, [*lin.* 11 *seq.*] ἐμήδιζόν τε γὰρ, καὶ οὐκ ἐδόκεε Θεσσαλοῖσι, perperam arbitror a *Valla* exprimi. Caussae, propter quas Doriensium regio a vastitate manserit immunis, indicantur, tum *quod Medorum illi partibus studerent*, tum *quia Thessalis consultum non videbatur*. WESS.

7. τῆς τε Μηλιάδος - - χώρης) Μηλίδος, usitatam alibi Nostro quoque formam, praetulit Cl. *Wess.* in Diss. *Herod.* p. 127. Ad *Callim.* Hymn. in Del. vs. 287., ἱρὸν ἄστυ καὶ οὔρεα Μηλίδος αἴης, nuperrimus Editor, vir magnis suis meritis clarissimus, *Io. Aug. Ernesti* aptissimum dedit *Thucydidis* locum, quo Melienses etiam Ἰηξῆς nominantur. Exemplis aliquot ostendi posset, non inutilem esse observationem *Scholiastae Aristid.* in Cod. *MS.* καλῶς εἶπε (T. I. p. 304.) Μηλίων, καὶ οὐ Μηλιέων. Μήλιοι μὲν γὰρ οἱ τὴν νῆσον οἰκοῦντες· Μηλιεῖς δὲ, οἱ ἐν τῷ Μηλιακῷ κόλπῳ. *Maliacum sinum Livius* XXVII. c. 30. et XXXV. c. 37. Μηλιέα κόλπον dixit *Herodot.* IV. c. 33. Attica contractione Μηλιᾶ κόλπον *Aeschyl.* Pers. 486. et *Aristoph.* Lysist. 1171. ubi notat *Palmer.* in Exercit. p. 769. Μηλιᾶ κόλπον Atticistam scripsisse puto *Philostratum* p. 551., non, quod ferri nequit, Μηλίδα κόλπ. In proximis merito Doctiss. *Koenio* Latina Graecis, καὶ οὐκ ἐδόκεε Θεσσαλοῖσι, videbantur disconvenire; proque istis, *etsi Thessalis non videbatur*, ponendum, *neque Thessalis videbatur*, nempe *vastanda Doris*; horum enim ductu Persae utebantur, et ex horum libidine plus minusve mali regionibus inferebant. VALCK.

CAP. XXXII. 5. τοῦ Παρνησσοῦ ἡ κορυφὴ *etc.*) Suo quoque nomine vocata dicitur Τιθορέα. Ista quidem clarent atque aliunde firmantur; sed his interiecta sic primum vulgabantur: τοῦ Παρνησσοῦ ἡ κορυφὴ, κατὰ Νίωνα πόλιν, κειμένη ὑπ' ἰωῦτῆς· Τιθορέα οὔνομα αὐτῇ. Vallae Latina: *quae vertex est: iuxta urbem Neonem illic sitam, nomine Tithoream*: facta videntur de Graecis hoc modo scriptis, κατὰ Νίωνα πόλιν κειμένη ὑπ' αὐτῆς. Sed Codicum lectionibus instructus de Laurentianis certius iudicabit. Pro sua Linguae Graecae peritia *H. Steph.* scripsit *seorsim sitam*, legens κεκριμένην ὑπ' ἰωῦτῆς: sed nec huius sibi lectionis sensum satisfacere fatetur. *Holstenii* commentum ad *Steph. Byz.* in Τιθορέα vix memorari meretur: Latina *Palmerii* in Graecia

Ant. p. 635. Graecis neutiquam respondent. Clar. *Gronovii* ingeniosa esset interpretatio, si mons Graece dici posset δίξασθαι ὄμιλον ἐφ' ἑαυτοῦ: quod non puto. [Quo pacto Graeca ediderit *Gronovius*, in *Var. Lect.* dixi: latina eiusdem versio haec erat, *vertex --- in se aptus turbae capiendae.*] Habuerunt etiam Phocenses velut commune gentis concilium, in quod συνέδρους suos mittebant civitates, τὸ Φωκικὸν dictum: vid. *Pausan.* X. p. 805. 808. 882. 892. Iam suspicor, *Neonem* urbem dictam κειμένην ἐπ' ἰωὐτῆς, quod *seorsim posita*, *suique iuris*, cum reliquis Phocidis civitatibus in commune non consulebat: hoc sensu commode urbs dici potest ἐπ' ἰωὐτῆς εἶναι, vel κεῖσθαι, vel οἰκεῖσθαι. Nusquam istius urbis incolae memorantur Νεώνιοι, ubi res narrantur a Phocensibus in commune gestae cum Thessalis, aut cum plerisque Graecis bello sacro. Hos itaque suspicor ἐπὶ σφῶν αὐτῶν αὐτονόμους οἰκῆσαι: quae phrasis est *Thucyd.* II. c. 63. Ut huius et aliorum, sic *Herodoti* est κίεσθαι ἐπ' ἰωὐτοῦ: lib. II. c. 2. *infantes voluit in στέγῃ ἐρήμῃ ἐπ' ἰωὐτῶν κίεσθαι, seorsim iacere*: vid. VII. c. 10. IX. 17. et 37. ubi εἶχον ἐπ' ἰωὐτῶν μάντιν, *suum sibi habebant haruspicem*, ab illo Mardonii diversum. Urbem Νέωνα hinc *Steph. Byz.* adnotavit. Occasione loci *Demosthenis* de falsa Legat. p. 232. *Harpocration* in Νέωνιν urbem hanc Phocidis *Herodoto* dictam scribit Νεῶνα, Νεῶνας *Androtioni*. Ex *Herodoto Pausanias* X. [c. 32.] p. 878. ὄνομα Νεῶνα μὲν τῇ πόλει, Τιθορέαν δὲ εἶναι τοῦ Παρνασσοῦ τὴν ἄκραν. *In verticem Parnassi*, sic vocatum aevo *Herodoti*, qui erat *ex adverso urbis Neonis* [κατὰ Νέωνα πόλιν] *seorsim sitae*, [κειμένην ἐπ' ἰωὐτῆς] miseri Phocenses ἀνεπίκαυτο, καὶ αὐτοὶ ἀνέβησαν: quae Clar. *Wess.* declaravit, Diss. *Herod.* p. 198. VALCK.

6. κατὰ Νέωνα πόλιν κειμένην, ἐπ' ἰωὐτῆς) Distinctio Cl. *Gronovii* est, cuius rescripta *H. Stephano* et *L. Holstenio*, locique novam dilucidationem, Notae repraesentant. Aspera mihi tamen semper visa dictio fuit, κορυφὴ κατὰ πόλιν κειμένη, siquidem oppidum adstrui montis solet vertici, non vertex urbi. Placuit propterea κειμένην ἐπ' αὐτῆς, *sitam in eo*, non ἐπ' ἰωὐτῆς, quae divinatio docti viri. Parnassi cacumen *Tithorea* urbem habuit *Neonem*; praeruptum illud quidem, sed multitudinis capax. Fuisse vero *Neonem* isto in iugo, testes *Pausaniam* ac *Plutarch.* in Sulla p. 461. n.

fero; *Tithoream*, quae *Neon* quondam, in eo locantes. Praeterea ἐς τὴν δὴ ἀνηνείκαντο non est, *in quam vecti erant*, sed *in quam res suas conportarant*, sive ἀνεσκευάσαντο, ut belle ibid. *Plutarchus*. Probe recordor, *Eustathium* [loco in *Var. Lect.* citato] hinc accepisse ἐς Σπάρτην ἀνηνείκαντο, et explicasse ἀνέβησαν, sed et aberrasse, tum in citando, tum explicando. Scriptoris cum verba aliud docere, si advertisset, potuerant; illa quoque, ipsi non ignota c. 36. ἐς τὸ Κωφύνιον ἀνηνείκαντο, similiaque lib. III. 148. WESS. — Nihil magis in promtu fuerat, quam κατὰ Νίωνα πόλιν χειμένην scribere; ita quidem, ut, si χειμένη scripsisse statuamus Herodotum, facillime id in χειμένην mutari a librariis potuisset; non vice versa. Igitur, quum in nullo vet. cod. χειμένην scriptum reperiatur, eo certius inde colligi videtur veram esse scripturam χειμένη, adeo religiose servatam a librariis. Quod vero *Wess.* oppidum ait adstrui solere montis vertici, non verticem urbi, id quidem nihil ad id de quo hic agitur. Si in oppidum confugissent Phocenses, commode dicturus fuisset Herodotus, oppidum illud in radice verticis situm fuisse cui Tithorea nomen: nunc illi in singularem et separatum aliquem Parnassi verticem confugerunt; et, quisnam ille fuerit vertex, declarat Scriptor, non solum nomen eius edens, sed et adiiciens, *fuisse verticem in ea Parnassi regione situm ubi Neon est oppidum*, hoc scil. nomine ea aetate notum, humiliori fortasse tumulo adstructum, ex adverso Tithoreae. Id oppidum dein a Persis captum incensumque fuisse ex cap. 33, 5. discimus: Phocenses autem in montis vertice tuti fuerunt ab hostium impetu. *S.*

CAP. XXXIII. 3 - 5. καὶ κατὰ μὲν ἕκαστον *etc.*) Annumeravit has Phocidis urbes ex *Herodoto*, in quibusdam discrepans, *Pausanias* X. 3. Δρύμον adpellat Δρυμαίαν, dissentiente *Eustathio* ad Poëtam: Τεθρώνιον cum *Steph. Byz.* Τιθρώνιον, *Eustath.* Θρόνιον, non bene: id oppidum enim Locridis, ad Thermopylarum angustias, teste *Aeschine* περὶ Παραπρ. p. 45. et *Diodoro* XVI. 33. Ἀμφίκαιαν vocitat Ἀμφίκλειαν: immo vero Nostrum ait urbem Ὀφιτέαν nuncupasse X. 33. p. 883., nec ipse tamen, sed inprudentes librarii, uti optime *Sylburgius*. Ἀμφίκαιαν scripsisse Herodotum, *Stephanus Byz.*, et quae de tituli origine subdit ipse,

testimonio sunt. Τριτέας adfirmat praeter *Thucydidem* Ethnicographus: hinc *Hesychii* Τριτῆις γενεήν, οἱ ἀπὸ Τριτειῶν πόλεως κώμης, ἢ ἔστι πλησίον Φωκίδος. Reliquis non immoror, expositis a Nob. *Palmerio* Gr. Antiq. lib. VI. 15. WESS.

Ibid. κατὰ μὲν ἔκαυσαν Δρύμον *etc.*) Secundum *Plutarch.* T. II. p. 868. B. narraverat *Herodotus*, τρισκαίδεκα πόλεις τῶν Φωκέων ὑπὸ τοῦ βαρβάρου κατακεκαῦσθαι: scribere saltem censor debuit πεντεκαίδεκα: hoc enim capite *duodecim* et paulo post *tres* memorantur urbes Phocidis, in quarum tecta incolis vacua igne Persae saevierint. His quindecim duas si eximas, quas incolentium nomine, ni fallor, designatas, Πεδιάας dixit et Τριτάας, ceteras omnes, iisdem plerasque nominibus memoratas *Pausaniae*, solo postea temporis aequari iussit Amphictyonum praesidio ferox Philippus Amyntae fil., cum funesto Graecae libertati bello sacro finem imposuisset. Praeter istas autem, hic et infra *Herodoto* memoratas, idem tum ceterae Phocidis urbes, quae praecipuae erant duae et viginti, triste fatum subierunt, unis Abis exceptis. Istas XXII. urbes tum deletas recenset *Pausan.* X. p. 803. et 804. *Herodoto* enumeratas singulatim pro doctrina sua Geographica tractavit *Iac. Palmer.* Graec. Ant. VI. c. 15., sic tamen, ut saepius vir egregius errare debuerit, nec Critica sollertia neque instructus accurata Linguae Graecae peritia. De multis, quae hic dici possent, nunc satis erit semel *Pausaniae* suo loco restituisse, quae in alienum immigrarunt lib. X. [c. 34.] p. 885., ἐν ταῖς Φωκέων πόλεσιν, ἃς ὁ Μῆδος ἐνέπρησεν, ἀριθμῆσαι καὶ τὴν Ἐλάτειάν ἐστιν ἐν ταύταις (κατὰ Ἡρόδοτον λόγους). Novissima huc retraho ex fine p. 884. [c. 33.] VALCK.

9. καὶ νῦν ἔστι χρηστήριον) Celebris eius in Musis mentio lib. I. 46., supra c. 27. et dein c. 134., itidem apud alios in *Leopardi* Emend. lib. VI. 22. et *Casaub.* ad *Strabon.* IX. p. 647. [p. 423. ed. Cas.] WESS.

CAP. XXXV. 4 *seq.* Πανοπέων τὴν πόλιν *etc.*) *Daulidem* et *Panopea* Poëta in Catalogo, [Iliad. Β'. 520.] uti situs requirebat, iunxit. Quas urbes cum Persae inflammarint, Αἰολιδέων titulus oppidi conplecti nomen debet. Ubi vero in Phocide illud? *Palmerius* cum omni Graecia

ignorat: *Gronovius* reperisse se in *Plutarchi* Lucullo pag. 479. D. putavit, ubi τῆς Φωκίδος περὶ Στειρῖν αἰολίζοντες. Demiror tamen vehementer, istos huc αἰολίζοντας advocari, qui L. Luculli aetate ex Boeotiae Chaeronea, uti nitide *Plutarchus*. in eam Phocidis partem conmigrarunt. Ficulneum ergo *Aeolidis* illi praesidium. Quid itaque? Menda se vocabulo insinuavit; scripserat ΑΙΛΑΙΕΩΝ, inperiti vero ΑΙΟΛΙΔΕΩΝ. Quam quidem scripturae fraudem ante hos quinque annos Cl. *Valckenarius* mihi monstravit et probavit: nunc eandem video in Cl. *de Pauw* coniecturam incidisse. Profecto, si quae alia, ex tripode venit. Αἴλαια, *Lilaea*, proxime ab oppidis incensis aberat, doctore *Pausania* lib. X. 33., nec fatum, quod illa mersit, potuit vitare. WESS. — Ex *Med.* Αἰολιδέων posuit *Gronovius* pro Αἰολίδων: *Aeolidensium*, *Valla. Palmer.* Graec. Ant. p. 675. miratur *nullum alium de hac Aeolide mentionem fecisse.* lisdem paene servatis literarum ductibus iam ante aliquot annos veram, ut opinor, lectionem detexi corrigendo Αιλαιέων. Quo quisque colore suum errorem incrustaverit nihil attinet dixisse, veritate monstrata. *Persae* τῶν Πανοπέων τὴν πόλιν ἐνέπρησαν, καὶ Δαυλίων, καὶ Αιλαιέων: *Panopensium urbem incendio vastarunt, et Dauliorum, et Lilaeënsium;* atque adeo *Panopen*, *Daulida*, et *Lilaeam*, Αἴλαιαν: hinc, auctore *Steph. Byz.* fit Αιλαιεύς. Iuxta *Pausan.* X. [c. 8.] p. 817. οἱ Αιλαιῆς - - ἐς τοῦ Κηφισοῦ τὴν πηγὴν πέμματα ἐπιχώρια ἀφιᾶσιν, accolebant Cephisi fontem: ab interitu tutos praestitit *Homerus*, a quo praeter ceteros Phocenses *Lilaeënses* etiam intexuntur Boeotiae, Ἰλ. Β'. 523 *seqq.* Οἳ Κυπάρισσον ἔχον - - - καὶ Δαυλίδα, καὶ Πανοπῆα, Οἵ τ' ἄρα πὰρ ποταμὸν Κηφισσὸν δῖον ἔναιον, Οἵ τε Λιλαίαν ἔχον πηγῆς ἐπὶ Κηφισσοῖο. A Philippo solo aequatae hae primae memorantur urbes *Pausaniae* pag. 803., Λίλαια, Ταύπολις, Ἀντίκυρα, Παραποτάμιοι, Πανοπεύς, Δαῦλις: veteres omnes, partim *Homeri* carmine nobilitatae, partim Xerxis furore: de *Lilaea Palmerius* egit Graec. Ant. VI. p. 681. et seqq. VALCK.

8. πάντα δ' ἐπιστέατο) ἐπιστέατο et ἠπιστέατο suum *Herodotus* fatetur lib. I. 173. alibique. WESS. — Nempe ubi pluralis est numerus, at h. l. unice verum erat ἠπίστατο aut ἐπίστατο. Vide *Var. Lect. S.*

CAP. XXXVI. 5. *ὁ δὲ θεὸς σφέας· οὐκ ἔα κινέειν*) Colorem ex his *Pausaniae* duxit commemoratio Delphensium metus et responsi Apollinei, sub Brenni adventum lib. X. 23. pag. 853., uti bene *Kühnius*. Illud *τῶν ἑωυτοῦ προκατῆσθαι* [*lin.* 6.] simile habet, sed explicatius lib. IX. 105. *ἀδύνατον γὰρ - - - εἶναι ἑωυτοὺς Ἰώνων προκατῆσθαι, φρουρέοντας τὸν πάντα χρόνον.* Inde *στρατηγοὶ προκαθεδούμενοι τῆς χώρας, qui regionem tuentur, Artapani* apud *Euseb.* Praep. Evang. IX. 27. WESS.

10. *ἐς τὸ Κωρύκιον ἄντρον*) Cultissimam *antri* descriptionem *Pausanias* X. 32. pag. 879. instituit, et prior eo *Aeschylus*, ut aliàs monui, Eumenid. vs. 22. WESS. — Aliud fuit in Cilicia nobile *Corycium antrum*, de quo ad *Cebetis* Tabulam c. 26. p. 343. dixi; ubi huius in Parnasso monte cognominis antri memoria animum meum fefellerat. *S.*

13. Quod hic ait *καὶ τοῦ προφήτεω*, unicum nobis sistit: serior aetas plures *Prophetas* (*oraculorum interpretes*) Delphis tribuit, *Plutarch.* T. II. p. 410. F. *Aelianus* Hist. Animal. X. 26. Vid. *Ant. van Dale* de Oracul. c. 5. pag. 104. Nimirum aucta Oraculi fama et superstitione, ut duabus *προφήτισιν* sive *Pythiis* et tertia vicaria, in crebra sciscitantium turba, opus fuit, ita et pluribus *Prophetis*. Videsis ad *Diodori* lib. XVI. 26. WESS.

CAP. XXXVII. 4. *ἔσωθεν ἐκ τοῦ μεγάρου ἐξενηνειγμ.*) Hic sane miror cur *ἔξωθεν* scribi maluerit *H. Steph.* quod, me iudice, protinus altero deberet mutari, si hic forte legeretur. *ἔξω* infra recte scriptum in istis, *θώϋμα - - καὶ τοῦτο κάρτα ἐστὶ, ὅπλα ἀρχαῖα αὐτόματα φανῆναι ἔξω προκείμενα τοῦ νηοῦ.* Arma, credo, sponte sua templi exierant penetrali, ut heroës Delphorum Phylacus et Autonous, scutis sacris velut amuletis muniti, pro aris et focis Delphorum suorum propugnarent; vid. c. 38. et 39. Paulo ante Leuctricam pugnam, *Thebis, ut ait Callisthenes, in templo Herculis valvae clausae repagulis subito se ipsae aperuerunt*, (*ὡς τοῦ Ἡρακλείους εἰς τὴν μάχην ἐξωπλισμένου, Xenoph.* Ἑλλ. VI. pag. 348, 11.) *armaque quae fixa in parietibus fuerant, ea sunt humi inventa*: Cicero de Divin. I. 34. Plura, praeter ceteros, narrat illic prodigia *Xenophon*, ipse neutiquam liber a superstitionis morbo: nonnullos tamen

dixisse fatetur, ὡς ταῦτα πάντα τεχνάσματα ἦν τῶν προεστηκότων. Delphis hoc tempore nec locus erat fraudibus nec tempus. Delphorum propheta Aceratus, exsternatus praesentis periculi metu, facile sibi videri potuit duplices videre Delphos; quidni, sponte sua foribus patentibus, arma etiam αὐτόματα ἔξω προκείμενα τοῦ νηοῦ? Neque est cur miremur ista talia elegantissimo *Herodoti* ingenio se probare potuisse tanquam vera. VALCK.

7 *seq.* τῆς Προνηΐης Ἀθηναίης) Magna *Vind.* ex servata scriptione veriore laus, cumulatior futura, modo in consequentibus auferri sese passus haud fuisset: scribi ad eam formam semper oportet; nam Προναίης in *Demosthene*, *Aeschine*, *Diodoro*, *Pausania*, improbum minime, in *Herodoto* ubique. Confer lib. I. 92. WESS.

14 *seq.* ἐκ μὲν τοῦ οὐρανοῦ κεραυνοὶ) Haec prodigia, si prodigia dicenda sunt quae media aestate de coelo fulmina iaciebantur, memorat et *Diodor.* XI. c. 14. Quae Persas, eadem postea temporis Galatas a spoliando templo traduntur abegisse. Horum ubi facinus attigit, Herodoteis usum *Pausaniam* non latuit *Kühnium* lib. I. [cap. 4.] p. 11., κεραυνοί τε ἐφέροντο ἐς τοὺς Γαλάτας, καὶ ἀποῤῥαγεῖσαι πέτραι τοῦ Παρνασσοῦ, δείματά τε ἄνδρες ἐφίσταντο ὁπλῖται τοῖς βαρβάροις. Explicatius eadem enarrat suo loco in Phocicis pag. 854., *Herodotum eleganter aemulatus*, iudice Clar. *Wessel.* ad *Diodorum*. *Pausaniae* narratis simillima tradit *Iustin.* XXIV. 8. iuxta quem lib. II. c. 12. *miserat Xerxes quatuor millia armatorum Delphos ad templum Apollinis diripiendum; --- quae manus tota imbribus et fulminibus deleta est, ut intelligeret, quam nullae essent hominum adversus Deos vires.* Tempestatis vehementia territos et superstitione, plerosque aufugisse, non totam manum deletam, ex *Herodoto* licet colligere. VALCK.

16. ἀποῤῥαγεῖσαι δύο κορυφαὶ) Similia his *Diodorus* VI. 14. Quin eadem, si *Pausaniae* fides lib. I. 4., Gallos raptores poena involvit, κεραυνοί τε ἐφέροντο ἐς τοὺς Γαλάτας, καὶ ἀποῤῥαγεῖσαι πέτραι τοῦ Παρνασσοῦ. Ipsam tamen Apollinis aedem direptam a Persis atque incendio foedatam diffitentur: non ita *Plutarchus* Num. pag. 66. c., τὸν ἱερὸν λύχνον, aeternum illum ignem, cum templum a Medis inflammaretur, extinctum adseverans, incertum quo auctore.

Herodotus tacet, immo infitiatur lib. II. 180, et WESS.

CAP. XXXVIII. 8. μίζονας ἢ κατὰ ἀνθρώπων φύσιν ἔχοντας, ἴσως δὲ σφι) Sexcenties μείζων ἢ κατ' ἄνθρωπον, *Plato* Apol. p. 20. E. *Isocrates* Evagor. pag. 193. A. etc. Idem et hic olim fuisse, optime *D'Orvillius* ad *Charit.* H. 4. p. 182. coniecit, μίζονας non tangens. Dederat Nostro μίζονα ἢ κατὰ ἄνθρωπον φύσιν ἔχοντας, pro quo *Iosephus* Antiq. lib. I. 19, 1. ὄψεις ex scalis κατιούσας, ὑπερφυεῖς ἢ κατ' ἀνθρώπου φύσιν ἐχούσας. WESS. — Una tantum litera ex ἔχοντας detracta, (ἔχων autem et ἐών in Herodoteis Godd. aliquoties inter se permutantur;) in literis ad me datis, feliciter, ut puto, corrigebat *G. Koenius*: ὁπλίτας μίζονας ἢ κατὰ ἀνθρώπων φύσιν ἐόντας, *armatos hominum statura altiores.* τὴν ἡλικίαν; φύσιν dixit etiam *Soph.* Trach. vs. 312, ubi est 1079. Γυνὴ δὲ, θῆλυς οὖσα, κοὐκ ἀνδρὸς φύσις, id est οὐκ ἀνήρ. *Koenii* coniecturam *D'Orvillianae* (ad *Charit.* p. 182.) longe praeferendam, et veram arbitror; nam, admissa Cl. *D'Orvillii* lectione, si μίζονα quis scribat, μᾶλλον ἢ φύσιν ἔχοντας vereor ut graece doctis hic adprobetur. VALCK. — Equidem nihil hic novandum censui, solam orationis distinctionem leviter iuvandam. Vide *Var. lect.* κατὰ ἀνθρώπων φύσιν idem valet ac κατὰ ἄνθρωπον, quod *Wesselingio* placuerat. Participium ἔχων, verbis finitis adiici subinde solitum, non prorsus abundat, sed continuitatem quamdam videtur indicare: quod perspecte etiam *Hermannus* intellexit, Adnot. 228. ad *Viger.* monens, λημεῖς significare *nugaris nunc;* λημεῖς ἔχων autem, *nugator es.* Cui vero id participium non nisi cum verbis *nugandi, iocandi* et similibus iungi statueremus, ut docti volunt viri, causam satis praegnantem vidi nullam. *S.*

CAP. XXXIX. 2. Φύλακόν τε καὶ Αὐτόνοον) *Phylacum*, eiusque τίμενος ad Minervae Προνοίης templum, habet *Pausanias* X. 8. pag. 817. praeter quem Brenni expeditione tres templo subvenisse heroas, Laodocum, Hyperochum et Pyrrhum, c. 23. p. 854. WESS. — Gallis etiam postea terribiles adparuisse feruntur ὁ Ὑπέροχος καὶ ὁ Λαοδόκος τό τε καὶ Πύρρος· οἱ δὲ καὶ τέταρτον Φύλακον ἐπιχώριον Δελφοῖς ἀπομάσσουσιν ἥρωα, *Pausan.* X. pag. 854. Hinc Λαοδόκου nomen pomarium [apud eumdem *Pausan.*] lib. I. [c. 4.] pag. 11, locum

τοῦ Ἀμυδόνου. Aetate Brenni miror quid cessaverit *Autonous*, Xerxis aetate bellator, et cum *Phylaco* Persarum propulsator. Sed *Iustinus* XXIV. 8. iuveni *supra humanum modum insignis pulcritudinis* comites dat *duas armatas virgines ex propinquis duabus Dianae Minervaeque aedibus* occurrentes. Apud *Pausaniam* Pyrrho comites duo dantur mares, Τπίροχος et Λαοδόκος. Ex his facili transformatione puellae nobis enascentur Τπιρόχη et Λαοδόκη: sic ferme vocabantur in Delo puellae, quae in Delum sacra primum ex Hyperboreis detulerant; illas enim, teste *Herod.* IV. cap. 33., οὐνομάζουσι Δήλιοι εἶναι Τπιρόχην τε καὶ Λαοδίκην. VALCK.

5. ὑπὸ τῇ Ταμπείῃ κορυφῇ) Una litera minus Ionice scribendum Ταμπίῃ. Innotuit ἡ Τάμπεια πέτρα ex scelere esurientis Delphorum populi, innoxium philosophum de isthac rupe praecipitantis: vid. *Perizon.* in *Aeliani* Var. Hist. XI. c. 5. et *Wesseling.* ad *Diodori* T. II. p. 104. [lib. XVI. c. 28.] Excitans Herodotea *Palmerius*, Graec. Ant. p. 633., scribit in vicinis [*lin.* 7.] τοῦ ἱροῦ τῆς Προνοίης, perperam: legitimum Delphis *anticae Minervae* titulum Προναίης praeter ceteros, quos citat, adfirmavit Vir clariss. ad *Diodori* T. I. p. 415. [lib. XI. c. 14.] Ad aedem istam Minervae, Persis divinitus fugatis, erexisse Delphos tropaeum enarrat ibidem *Diodor. Siculus*, exhibens epigramma tropaeo inscriptum, quod pertinet ad hanc *Herodoti* narrationem. In isto Epigrammate duae literae tantum omissae omni lovem et Apollinem interceperunt honore, quo e fuga retracti Delphi Deos callide sunt dignati. Sic illud omnino videtur scribendum: Μνᾶμά τ' ἀλεξάνδρου πολέμου καὶ μάρτυρα νίκας Δελφοὶ μὲ στᾶσαν, Ζανὶ χαριζόμενοι Σὺν Φοίβῳ, πτολίπορθον ἀπωσαμένοις στίχα Μήδων, Καὶ χαλκοστέφανον ἰωσαμένοις τέμενος. [nempe non, ut vulgo, ἀπωσάμενοι et ἰυσάμενοι.] Non utique Delphi, qui, Dei sui tutela non multum fidentes, praeter aliquot sexaginta fanaticos, πάντες ἐξέλιπον τὴν πόλιν, ut ait *Herodot.* c. 36., non illi sane dici poterant Persas ἀπωσάμενοι, templumque ἰυσάμενοι: sed eleganter dicuntur Ζανὶ χαριζόμενοι σὺν Φοίβῳ, id est *Iovi* et *Apollini*, ἀπωσαμένοις στίχα Μήδων, et ἰυσαμένοις τέμενος: qua satis nota scribendi ratione nescio quis apud *Suidam* in Δέρις· - - - ἔπερ ὁ Ἰάσων - - - σὺν τοῖς Ἀργοναύταις εἰς τὴν Κολχίδα παραγενόμενοι, ἔλαβον. VALCK. — Adpositum ex *Dio-*

duro Epigramma Analectis suis inseruit *Brunckius* Tom. III. pag. 178. num. CXLIII. vulgatam tenens scripturam, quam et *Iacobs* Animadv. T. III. P. I. p. 370. contra *Valck.* ex ipsius *Herodoti* verbis cap. 38, 4 seq. probabiliter defendit. Quod si quid incommodi haberent nominativi illi, *ἀπικνεόμενοι* et *ῥυόμενοι*, suspicari licuerat ex vetustissimo scribendi more, qui in Inscriptionibus passim diutius etiam duravit, (conf. *Koen.* ad *Gregor.* Dial. Doric. §. 131.) terminationem *οι* idem ac *ωι* et *ῳ* valere, sententiamque esse *gratum facturi Iovi, qui cum Apolline Medorum caterva abegit*, etc. *S.*

CAP. XL. 9. *ἐν τῇ Βοιωτίῃ ὑποκατημένους*) Uberius ista *Plutarch.* Themist. p. 116. c. In *Isthmi munitione* varios se dant docti homines, ablataque [*ἡ*] praepositione, [*lin.* 10 *seq.*] *τὸν Ἰσθμὸν αὐτοὺς τειχίοντας, τὴν Πελοπόννησον περὶ πλείστου etc.* fingunt. Sed stare vulgatum posset, ac sumi de septo, in Peloponnesum versus spectante: malim tamen, quod ex *Arch.* enotavi, *καὶ τὴν Πελοπ.*; sic cessat difficultas. Conf. *Diodorum* XI. 16. WESS. — Sic sane planissima futura erat oratio. Sed codicum ferme omnium in difficiliorem scripturam consensio ipsam illam facilitatem suspectam reddere videtur. *S.*

CAP. XLI. 6. *τῷ χρηστηρίῳ τι βουλ. ὑπηρ.*) Hic tutissimum erit exspectare quid Codices nobis sint daturi. *πυθόμενοι* in optimis si omittetur, non displicebit a *Gronovio* proposita lectio. Participio servato, *Koenius* commodum inesse sensum putabat sic scriptis: *ἔσπευσαν δὴ ταῦτα ὑπεκθέσθαι πυθόμενοι, τῷ χρηστηρίῳ τι βουλόμενοι ὑπηρετῆσαι*: referens nempe *τὸ πυθόμενοι* ad *τὸ κήρυγμα*, quod per Atticam fuerat promulgatum, ut omnes suis consulerent; qui nunc dicerentur festinasse in liberis et familia alio mittendis, *πυθόμενοι*, *τῷ κηρύγματι* videlicet: istud placiturum opinor in exilium damnatae vocis patrocinium. VALCK. — At vide *Var. Lect.* nec dubitabis *πυθόμενοι* istud nil aliud esse nisi interpretamentum verborum *βουλόμενοι ὑπηρετῆσαι*. *S.*

8. *ὄφιν μέγαν φύλακα τῆς ἀκροπόλιος*) *Eustathio* in Odyss. pag. 1423, 7. [p. 64, 11. ed. Bas.] *οἰκουρὸς δράκων, φύλαξ τῆς πολιάδος*: etiam *Hesychio* in *Οἰκουρὸν ὄφιν*. Altus ibi fuit usque in *Philostrati* aevum, Icon. lib. II. p. 837., ubi nonnulla *Olearius*, sed plenissime *Io. Meursius* Cecrop. c. 20.

Ceterum ἐνδιατίνεσθαι [*lin.* 9.] priscarum schedarum sentio ionum esse, qualia ἱερωτίειν, ὁρίειν, φοιτίειν, et ἱκτηδίειν inf. c. 118., quibus saepe vis inperite illata fuit. WESS. 8. *et seqq.* ὄφιν μέγαν, φύλακα τῆς ἀκροπ. *etc.*) *Io. Meurs.* in Cecropiae suae c. xx. ad hunc arcis custodem illustrandum verba quidem attulit *Plutarchi* e T. I. p. 116. E. *Philostr.* Icon. II. p. 837., *Hesychii*; sed, quo nitebatur *Hesychii* nota, locum omisit *Aristophanis* Lysist. vs. 760., Ἀλλ' οὐ δύναμαι 'γωγ' οὐδὲ κοιμᾶσθαι 'ν πόλει, Ἐξ οὗ τὸν ὄφιν ἴδον τὸν οἰκουρόν ποτε. *Schol.* τὸν ἱερὸν δράκοντα, τὸν φύλακα τοῦ ναοῦ τῆς Ἀθηνᾶς (ἐν τῇ ἀκροπόλει). Huic *draconi*, iuxta *Herod.* [*lin.* 10 *seq.*] ὡς ἰόντι, ἐπιμήνια ἐπιτελέουσι προτιθέντες· τὰ δ' ἐπιμήνια μελιτόεσσά ἐστι. Postremum adfirmat legitimam scripturam vocis Atticae μελιττοῦττα, [*Athenaeo* saepius memoratae, III. 114. f. IV. 167. d. XIV. 645. e.] cuius vice saepius obtinet perversa, qualis ter relinqui non debuerat apud *Thom. M.* in Μελίπικτος. *Eusebius* c. Hierocl. p. 466. non dederat τὰ μελιττοῦττα, sed τὰς μελιτούττας καὶ τὸν λιβανωτόν. Talem *e melle placentam*, singulis noviluniis recentem, veluti *menstruam pensionem* arcis persolvebant custodi, ἐπιμήνια ἐπιτελέουσι. Ex oratione *Lycurgi Harpocrat.* attigit Ἐπιμήνια, quorum rarissimam occurrere mentionem et ex *Harpocr.* licet aestimare, et e *Valesii* nota. Testamentum Doricum, e tabula marmorea vulgatum *Gruteri* Inscr. p. CCXVII. col. 2. vs. 33. offert ἀμίας τρεῖς ἐπιμηνίους, id est ἐπιμηνίους, quibus sacra fieri voluit Testatrix; saepius verbum ἐπιμηνιεύειν, et alia plura, quae frustra quaeras apud Grammaticos etiam veteres. Sed placentam *e melle* apud *Herod.* dicuntur Athenienses draconi singulis mensibus προτιθέντες. Ut οἱ ἄρτοι τῆς προθέσεως, quos licebat φαγεῖν τοῖς ἱερεῦσι, sic panes nonnunquam memorantur apud veteres in mensis sacris Diis velut adpositi. *Athen.* lib. III. pag. 110. D. Ἐγκυθίας, ὃν καὶ Ἀλεξανδρεῖς τῷ Κρόνῳ ἀφιεροῦντες προστιθ. (leg. προτιθέασιν) ἐσθίειν τῷ βουλομένῳ ἐν τῷ τοῦ Κρόνου ἱερῷ: conf. IV. p. 137. E. VIII. p. 346. E. *Hesych.* in Θιαγόνες, et *Pausan.* lib. IV. [c. 20.] p. 301. IX. [c. 19.] p. 747 fin. VALCK.

14. καὶ προθυμότερον) Valere nequit καὶ πρότερον, nisi si ἢ καὶ πρότ. scribatur. Equidem pro pravo puto, atque ex scriptionis compendio. Themistoclis commento sacer-

dotes in vulgus sparserunt, ὡς ἀπολέλοιπε τὴν πόλιν ἡ θεὸς, ὑφηγουμένη πρὸς τὴν θάλασσαν, *Plutarch.* Themist. pag. 116. D. Inde tanta civibus *discedendi alacritas.* WESS.

Ibid. μᾶλλόν τι οἱ Ἀθηναῖοι καὶ πρότερον) Hinc deturbatum unius Codicis imperio restituerem in suam sedem μᾶλλόν τι οἱ Ἀθηναῖοι καὶ προθυμότερον ἐξέλιπον τὴν πόλιν. *Valla*: *eo magis Athenienses eoque promptius.* Naturalis haec erat verborum structura, καὶ μᾶλλόν τι προθυμότερον; voculam μᾶλλον Noster etiam addit comparativis; quem morem attigi supra p. 171. [Adn. ad II. 137, 19.] VALCK.

CAP. XLII. [8. ὅσπερ ἐπ' Ἀρτεμ.) Non spernendum ὅπερ, quod est in F. pro ὅσπερ, ut saepe apud Poëtam. *S.*]

CAP. XLIII. [2. Λακεδ. ἑκκαίδεκα) Iidem ad Artemisium nonnisi decem habuerant, c. 1, 9. *S.*]

6. Μακεδνὸν ἔθνος) Praeclare ex scriptis exemplaribus Vir celeb.; sic lib. I. 56. Multa *Cl. Salmasius*, de Ling. Hellenist. p. 279. et seqq.; cuius sollicita disquisitio, an *Dryopis*, ex qua in Peloponnesum venerunt, ea fuerit, quae ab urbe *Dryope* apud *Stephan. Byz.* dicta est circa Hermionensem sinum, Argolico proximum, faciliorem nacta exitum fuisset, modo in parato haec Nostri adfuissent: finitur enim et describitur, ut de eius situ dubia auferantur omnia. *Hermionenses* autem, cum Dryopes, ab Hercule superati, aliorsum deducerentur, sedes, quas deinceps tenuerunt, inpetrasse, *Pausanias* lib. IV. 34. pag. 366. non negat; alibi eosdem Δωριεῖς τοὺς ἐξ Ἄργους adpellans, lib. II. 34. p. 192., quoniam Asinen Argolicae regionis, ut ipsi iactabant, ab Euristheo, Herculis inimico, concessam habitarant. Verum in talibus, ob civium diversa studia et gloriationes, multae dissensiones. WESS.

CAP. XLIV. [1-3. Ἀθηναῖοι μὲν, πρὸς πάντας τοὺς ἄλλους - - νηας ὀγδώκοντα καὶ ἑκατὸν) πρὸς πάντας, *prae aliis omnibus*, conf. II. 35, 3. III. 94, 10. et ibi not. De *numero* CLXXX. vide ad cap. 1, 2. notata. Mireris vero, quo pacto tot navibus ad Salaminem pugnare Athenienses potuerint, quandoquidem in pugna ad Artemisium *dimidiam partem Atticarum navium vulneratam* esse ait Scriptor cap. 18, 3. neque eis reficiendis suppetisse videatur tempus. *S.*] [3, μοῦνοι, ἐν Σαλαμῖνι γὰρ etc.) Vide *Var. Lect.* et conf. cap. 1, 3 seq. *Punctum post* μοῦνοι paene evanidum esse in

nostro exemplo animadverto: quod eo moneo, ne quis illud aut consulto aut temere praetermissum a nobis existimet. Satis autem fuerat *punctum minus*; nec *maiori* opus erat. S.

7. τὴν περαίην τῆς Βοιωτίας) Unde *Pieriam*, qualem in Boeotia non novi, acceperit *Valla*, satis nunc in aperto. Περαίη τῆς Βοιωτίας, quae contra Chalcidem in Boeotiae finibus; cuiusmodi περαῖαι τῆς Ἀσίας *Diodoro* XX. 97. Asiae continentis regio, ex adversum insulam Rhodum, *Peraea* apud *Livium* lib. XXXII. 13. WESS.

10 seq. Πελασγοὶ, οὐνομαζόμενοι Κρανοὶ) Clar. *G. Koenius* in Litteris ad me datis, *Multa*, scribit, *sunt in his quae me offendunt. Primo Cranaos dictos fuisse sub Pelasgis; deinde vero Cecropidas; quum Cecrops Cranaum aetate praecesserit. Quid scripserit Herodotus, Codices forte monstrabunt. Interim velim consideres, num tibi displiceat:* ἐπὶ μὲν Πελασγῶν ἦσαν Πελασγοὶ ὀνομαζόμενοι· ἐπὶ δὲ Κέκροπος βασιλῆος ἐκλήθησαν Κεκροπίδαι· καὶ ἐπὶ Κραναοῦ Κρανοί. Dubium non est quin ista ratione vere scripsisset *Herodotus*; sed, quod in nostris est exemplaribus, in suo *Scymnus Chius* invenit, cuius ista sunt in Perieg. vs. 558. Ἐξῆς Ἀθήνας φασὶν εἶναι λαβεῖν Τὸ μὲν Πελασγοὺς πρῶτον, οὓς δὴ καὶ λόγος Κραναοὺς καλεῖσθαι· μετὰ δὲ ταῦτα Κεκροπίδας, etc. tum vs. 564., Ἡρόδοτος ἱστορεῖ δὲ ταῦτα συγγράφων. *Scymni* testimonio, quem tunc *Marcianum* vocabant, usus est *Meursius* in Regn. Att. p. 30, 68. 124. neque omisit huc spectantia *Eustathii* verba in *Dionys.* vs. 423. VALCK. — De *Atheniensium* origine *Pelasgica* conf. lib. I. c. 56. et alia Nostri loca ibi citata in Annot. ad c. 56, 10. Adde *De la Nauze* in *Hist. de l'Acad. des Inscript.* T. XXIII. p. 125 seq. S.

11. οὐνομαζόμενοι Κρανοὶ) *Io. Meursium*, haec loco non suo depositа arbitratum, in ordinem *Gronovius* coëgit iustissime; addi potuerat, quod *Bouherius* Diss. Herodot. c. 9. pag. 99. tacitum non habuit, valde dubium manere, utrum a rege Cranao Athenienses *Cranai* fuerint olim nuncupati; an potius, quod asperam et petrosam, κραναὴν, regionem haberent, quae *Salmasii* doctrina, Ling. Hellenist. p. 359. Ad veritatem propior *Berkelii* accedit suspicio, ad *Steph. Byz.* Ἰωνία, in vicinis excidisse vocem Ἐρεχθηίδαι: fuisse primitus, Ἀθηναῖοι Ἐρεχθηίδαι [Ἐρεχθεῖδαι]

μετανομάσθησαν. Verborum enim et rei nexus coniectanti adprime favet. WESS.

CAP. XLVI. 1. Αἰγινῆται τριήκοντα) Suspicor plusquam quadraginta naves et in hanc classem Aeginetas dedisse; atque, ut Herodotei numeri conveniant, *duo et quadraginta*; legendumque adeo δύο καὶ τετρεσήκοντα: quo nitatur argumento haec divinatio, dicetur ad cap. 48. VALCK. — *Valckenarii* iudicium secutus *Bork.* fidenter h. l. Αἰγινῆται δύο καὶ τετρεσήκοντα ponens, paulo post tamen in illis, [*lin.* 4.] τριήκοντα δὲ τῆσι -- ἐναυμάχησαν, nihil mutare est ausus. Fidentior *Larcher*, postquam h. l. scripsit *les Eginetes envoyerent quarante deux vaisseaux*, pro illis deinde τριήκοντα δὲ τῆσι etc. nil aliud posuit, nisi *Ceux* (*les vaisseaux*) *qui combattirent à Salamis, étoient excellens voiliers.* Quis vero, quaeso, persuadere sibi possit, loco numeri XLII., quem hic ab *Herodoto* positum fingunt, bis librarios omnes in numerum XXX. coniurasse? In uno quidem nostro *F.* priori loco (ut in *Var. Lect.* dixi) temere praetermissus numerus est; sed posteriori loco idem codex cum aliis omnibus consentit. Vide ad cap. 48, 6 *seq.* notata. *S.*

9. Κῖοι) Vide huius libri c. 1. Revocavi [*lin.* 10.] ἀπ' Ἀθηνέων, usus *Eustathii* consensu. Sic ἀπὸ Κορίνθου, ἀπ' Ἐπιδαύρου, etc. Cognita quoque sollemnis in ea scriptura aberratio. *Naxiorum* naves male annumeravit *Plutarchus*, in carpendo Scriptore malignitatis culpam haud excusaturus. WESS.

9 *seq.* Κῖοι --- ἔθν. Ἰων. ἀπὸ Ἀθηναίων) Accurata scriptio requirit, ut dicantur Κῖοι --- ἔθνος ἐὸν Ἰωνικὸν ἀπὸ Ἀθηναίων: et paulo post, Νάξιοι --- Ἴωνες ἀπ' Ἀθηναίων γεγονότες: c. 48. Siphnii et Seriphii Ἴωνες ἐόντες ἀπ' Ἀθηναίων. Ad lib. II. c. 7. loca quaedam indicata sunt *Herodoti*, in quibus Ἀθηνέων scribendum pro Ἀθηναίων: ad ista haec poterunt adiungi. Nemo harum rerum sciens in *Thucyd.* vulgatum sollicitaret, ubi Cei aliique insulani dicuntur Ἴωνες ὄντες καὶ ἀπ' Ἀθηναίων, lib. VII. c. 57. sed aliter loqui solet *Herodotus*; quam in rem vicinia satis nobis dabit exemplorum: cap. 45. Leucadii vocantur ἔθνος Δωρικὸν ἀπὸ Κορίνθου: c. 46. Aeginetae Δωριέες ἀπὸ Ἐπιδαύρου: c. 48. Melii γεγονότες ἀπὸ Λακεδαιμονίων. Ad eum rationem Cei ceteriique

dicti sunt (ἔθνεα Ἰωνικὰ) ἀπὸ Ἀθηναίων, *Athenis* orti. In proximis frustra sibi *Plutarchus* visus est malevolentiam detexisse, T. II. pag. 869. A-C. Cum rerum facies multum esset mutata, illis abuti non debebat, quae olim evenerant sub Dario, *Herodoto* narratis lib. VI. c. 96. VALCK.

17. Κύθνιοι) Qui Κύθνιοι illi, quibus tantopere delectati fuerunt librarii? an ex monte Cytho Cretensium?, Nugae. Cretenses Graecis contra Persam suppetias non ierunt, lib. VII. 170. Redierunt, unica transposita littera, Κύθνιοι, ex insula *Cythno*; quos suis in schedis hic invenit *Plutarchus* Malign. p. 863. E., restituendosque monuerunt *Georg. Arnaldus* Animadv. Crit. cap. 30. et *Abr. Gronovius* ad *Aeliani* Hist. Anim. lib. XVI. 32. De *Cythniorum et Styreensium Dryopica* origine, *Steph. Byz.* et *Pausan.* lib. IV. 34. WESS.

CAP. XLVII. 7. ναῦ μιῇ, τῆς ἦρχε - - - Φάυλλος) Unam navem ab opulentissima tum Italiae civitate Graecis auxiliarem missam nemo sibi facile persuadebit: multo verisimilius, *ter Pythonicam Phayllum* suis navem sumptibus instruxisse, qua Graeciae veteri, in qua toties honorem fuerat adeptus, periclitanti sponte sua venerit auxilio; hanc movet suspicionem *Pausanias*, cui lib. X. [c. 9.] p. 818. Phayllus Crotoniata ἀναμάχησε καὶ ἐναντίος τοῦ Μήδου, νεὼν τε παρασκευασάμενος ἰδίαισιν, καὶ Κροτωνιήτῃσι ἑπόμενος ἐθελονταῖσι τῇ Ἑλλάδι ἀμβίβωσε: ubi scribendum potius ἐνέβησε. Sic Athenaeus Clinias ἐστρατεύετο - - οἰκείῃ νηΐ, *Herod.* VIII. 17. Parum exacta scripsit in hunc de Phayllo *Herodoti* locum *Palmerius*: *Consentit* (ait) *cum Herodoto Pausanias in Phocicis: et videtur omnia, quae de illo narrat, ex hoc loco accepisse.* Praeter alia monumenta vetera, habuit *Pausanias* catalogos, in quos hieronicarum nomina et facta fuerant relata; nec certe de *Phayllo* tradita discere potuit ex *Herodoto*; sed in id ambo consentiunt, ut *ter* dicant *fuisse Πυθιονίκην*: addit *Pausan.* Ὀλυμπιάδι μὲν οὐκ ἔστιν αὐτῷ νίκη. Ab hoc diversus Phayllus fuisse videtur Olympionica, de quo praeter *Schol. Aristoph.* et *Suidam*, vid. *Zenob.* Cent. VI. Prov. 23. et *Eustath.* ad Od. ϑ'. p. 302. VALCK.

Ibid. Φάυλλος) Egregia viri laus, qui, magnae Graeciae incolis auxilium negantibus, ἰδιόστολον ἔχων νεὼν ἐπλαμψε

[illegible] post fata abs magno Alexandro ea propter cultum. Plut. Alex. p. 685. n. Nimirum suis instruxit impensis navem, inque eam Crotoniatas, tum in Graecia peregrinantes, imposuit; quemadmodum apud Pausan. K. 91 Crotoniatae autem Achaeorum coloni describit Strabo lib. VI. p. 402. n. [p. 262. ed. Cas.] WESS. — CAP. XLVIII. 6 seq. Ἀριθμὸς — ὁ πᾶσαν πλοίων πρότερον καὶ ἐβδομήκοντα καὶ ὀκτώ.) Nullam his numeris, tametsi in alia omnia abeant cum Valla scripti quidam, sitem moveo. Repetuntur ita cap. 82., ut de auctis deminutisve suspicio esset omnis. Error se tamen inpleuit catalogo, quem supra Scriptor dedit, navium, non aequante hanc summam. Ubi vero et in cuius populi navis inreperit, non divino. WESS. — Graecorum classis ad Salamina hic naves fuisse dicitur triremium trecentarum septuaginta et octo; sed si sedeas ad calculos, quidque singulae dederint civitates iuxta c. 43 seqq. in unam summam contrahas, conficies in universum duntaxat naves ducentas. Iam vero ex Arch. Cod. nobis hic offeruntur non CCCLXXVIII, sed tantum CCCVIII, ὅσαι καὶ ἐστράτωσαν καὶ ἐμάχοντο: totidemque repertae sunt in Cod. Vallae. Si vel eadem praebent alii Codices, habent illa, me iudice, speciem tantum, et sunt correctoris. Scripserat Herodotus, ut hic vulgatum, CCCLXXVIII. Venit enim ad oras, praeter Themistium, (VIII. cap. 11.) navis e Teno missa: hanc itaque numerum CCCLXXX. explesse Nostro dicuntur infra c. 82, ὅσαι ἐστράτωσαν τῶν Ἑλλήνων ἐς τὰς ὑδρίστους ναυμαχίους τὰς πρὸς Ξέρξην: ut adeo is numerus suspectus esse nequeat. Ubi simul itaque vitii sedes erit quaerenda: nisi fallor, c. 46. dic Aeginetis hi nova XXX, sed dedisse navis videntur XLI. Athenienses dederunt naves CLXXX. Corinthii XL, plusquam XL dederunt Aeginetae; nam post Athenienses maximum dedere navium numerum. Ea testem, qui legerit Herodotum secutum Pausaniam, in Corinthi. p. 178 [libell. c. 29.] scribentem, Aeginetas ἐν τῷ Μηδικῷ πολέμῳ παραγενόμενα πολλὰ ἄριστα τῶν Ἑλλήνων. Iam vero numeri postulant Herodoteum, ut dederint duas et quadraginta. VALCK. [Si Herodotum ipse edidisset Valckenarius, non puto eundem ausurum fuisse Virum; ut Gocciesimam, sic prudentissimum, eum (coniecturam, quamvis certam sibi

rationem, contra Codicum omnium consensum obtrudere Scriptori, quod a *Borh.* et *Larch.* cap. 46, 2 factum videmus. satis ille, puto, habiturus fuerat, sententiam suam in Adnotatione contextui subiecta declarasse. Iam vero, si vel maxime pro certo sumamus, summam hic ab Herodoto subductam CCCLXXVIII *navium* nulla alia ratione intelligi posse, nisi ita ut statuamus *Aeginetas* ad hoc bellum *naves* XXX *contulisse*; ne sic quidem necesse esse equidem autumo, ut contendamus *Herodotum* cap. 46, 2 non XXXI, sed XXIX scripsisse aut scribere debuisse. Dicere enim ibidem monet Scriptor, *praeter* XXX *triremes, quae pugnae ad Salaminem interfuerint, alias etiam eosdem habuisse instructas, quibus oram suae insulae tuerentur.* Atqui, quum haud procul a Salamine sita Aegina esset, in quam complures etiam Attici cives uxores suas et liberos deposuerant, pie meritoque naves eae, quae Aeginam custodiebant, exinde atque reliquae in censum hoc loco venire debuerunt, ubi *summa Graecarum omnium navium earum, Persas instructarum* subducitur. Quod si igitur illas *naves Aeginam custodientes* ponamus fuisse *duodecim* numero, in summa summae CCCLXXVIII constabit ratio, et mihi quidem minus iustus fuerit numerus XXX *navium*, cap. 46, 2 positus. Sed

(*Ibid.* ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον) Pravum. Mel. et aequalium Inconsulte, ex Valckenarii monitis ad lib. II. 62, 1 inculcabatur. WESS.

(*Ibid.* ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον) Ferri nequit; revocabitur sincerum ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον Cl. Person. in Adnot. Var. H. c. 56, ad ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον, quod Codices offerunt, ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον sperabit ut hinc ortum, et est sane levissimum: sed, constans veterum usus sperneret τὸν Ἑλλήσποντον ut solecum, alterum ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον tantum admisit: in his saepe fuit a viris doctis peccatum. MATTHIAE. Diversa ratio erat II. 62, 1, aliisque quos ibi in Adnot. citatis, ubi ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον, sed ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον, significat. S.

(*Ibid.* ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον) Speciem praefert Arab. ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον, quoniam talis in negotio 67, ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον, et paulo post ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον. Sed fallacem et infirmam hanc rationem patefaciam. WESS.

(ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον) Suspicatus eram ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον

ντται legendum, quod idem ac ἐκπεφύγασι valeret. Sed similiter ponitur idem illud verbum cap. 76, 14. *S.*]

CAP. L. 6. αὐτέων ἐκλελοιπότων ἐς Πλοτσύνιον) Bene *Diodorus* de Thespiensibus et Plataeensibus ἐπεθύμησαν εἰς Πλοτσύνιον πανδημεί, haec explicans, lib. XI. 14. Simile superius lib. VI. 100. Mox [*lin.* 8.] Θέσπειάν τε καὶ Πλάταιαν more Homerico Iliad. B'. 498. et 504.; de praelio tamen ad Plataeas ἐν τῇ Πλαταιικῇ μάχῃ lib. VII. 231. et IX. 89. Adi *Steph. Byz.* et *L. Holstenium.* WESS.

CAP. LI. 3. ἐν τῷ διέβαινον ἐς τὴν Εὐρώπην) Latina *unum mensem trivere in transeundo in Europam* lectores frustrantur, quippe veritati pugnantia: septem enim diebus totidemque noctibus cunctus Persarum exercitus Hellespontum transit lib. VII. 56. Omnia illa si Herodoti fuerint, quod vehementer dubito, id tantummodo indicabunt, eodem mense, quem Persae ad Hellesponti oram contriverunt, idem eos fretum tramisisse. *Calliadae*, *Archontis Attici*, memoria apud *Diodorum*, *Dionysium Halic.*, *Diogenem Laërtium* et alios celebratissima est. WESS.

7. ταμίας τι τοῦ ἱροῦ) His declarandis operam *S. Petitus* Leg. Attic. III. 2. p. 338., sed minus prosperam, ut alias dictum, inpendit. WESS. — Bene *Schulzius*, praeunte *Larchero*: „Ταμίαι τοῦ ἱροῦ, *Quaestores templi* Minervae in acropoli, quibus thesauri publici custodia mandata erat. Vid. *Harpocrat.* in Ταμίαι, *Pollux* VIII. 9. segm. 97. et *Suid.* in voce.“ — Consuli etiam poterit *Larchero* laudatus *Aristoph.* Lysist. 173 seq. *S.*

[9. θύρηί τε καὶ ξύλοισι) θύραι, *tabulae*, *asseres*, ut lib. II. 96, 15 seqq. *S.*]

10. ὑπ' ἀσθενίης βίου) Sic scribi quoque poterit II. c. 47., οἱ δὲ πίνητες αὐτῶν ὑπ' ἀσθενίης βίου etc. Ionice pronuntiabatur ἀσθενίη, ἐσθλίη etc. veteribus Atticis Poëtis πραγμάτια· ἐνεργάτις etc. *Pauperculos* Noster vocat χρήματι ἀσθενεστέρους II. 88. τοῖς ἀσθενέσι τροφῆς est apud *Thucyd.* I. c. 5. conf. *Philinus* apud *Harpocr.* in Θεωρικά, et *Lysias* p. 3. VALCK.

11. πρὸς δὲ, αὐτοὶ δοκέοντες) Ambigo scribam-ne de codicum iudicio, πρὸς δὲ, καὶ αὐτοὶ δοκ. et [*lin.* 13.] pro καὶ αὐτὸ δή, extrusa copulâ, αὐτὸ δὴ τοῦτο etc. Videtur enim sic melius sermo procedere. Rem ipsam lib. VII. c. 142. attigit. WESS. — Posteriori loco copulam abiici, temere

a nonnullis olim adiectam iudicans: priori loco (*lin.* 11.) commode καὶ adiicietur: id vero si placuerit, non equidem post πρὸς δὲ *comma* posuerim, sed post πρὸς δὲ καὶ, *praeterea vero etiam*; ne fortasse iuncta aliquis intelligeret καὶ αὐτοὶ, *etiam ipsi*. *S.*

11 *seq.* Ubi dicuntur αὐτοὶ δοκέοντες ἐξευρηκέναι τὸ μαντήϊον τὸ ἐν Πυθίῃ σφι ἔχρησε, τὸ ξύλινον τεῖχος ἀναλωτὸν ἔσεσθαι: in his τὸ ter legitur repetitum: corrigendum τὸ μαντήϊον, τῷ ἐν Πυθ., *oraculum, quo ipsis edixerat Pythia*, putabant ἐξευρηκέναι, *mentem Dei adsequuti*. VALCK. — In codicum consensu tenendum vulgatum: atque etiam valde dubito, an talem loquendi formam, τὸ μαντήϊον τῷ ἐν Πυθ. etc. pro sua agnituras esset *Herodotus*. *S.*

CAP. LII. 2. τὸν καταντίον τῆς ἀκροπόλιος ἔχθον, quem vocabant Ἀρήϊον πάγον, *Io. Meurs.* hinc attigit in Areopag. c. 21, in ipsa rupe illustranda parce versatus. Illinc manarunt formae loquendi, ἀνιέναι, vel ἀναβαίνειν εἰς Ἄρειον πάγον: εἰς Ἄρειον ἀναχθῆναι πάγον, *Diogen. Laërt.* II. 101. *Cicero* de Divin. I. 25. de Sophocle: *Adscendit in Areopagum; detulit rem*: imo *detulit reum*, somnianti divinitus indicatum; non *rem* Areopagitis notissimam, quam ex *Hieronymo* nobis narrat eruditus *Scriptor vitae Sophoclis*. VALCK.

CAP. LIII. 5 *seq.* τῇ δὲ οὔκοτέ τις ἐφύλαξε) Quia mox suo loco legitur μήκοτε, hic non displicet lectio *marg. Steph.* τῇ δὲ οὔτε τις ἐφύλαξε. His *Io. Meurs.* usus est in Cecrop. c. 4. et cap. 28. VALCK.

8. τὸ ἱρὸν τῆς Κέκροπος θυγατρὸς Ἀγλαύρου) Instaurata arce, absolutisque a Pericle eius Propylaeis, prope ea in praerupta rupe *Aglauri* templum fuit, *Ulpiano* ad *Demosthen.* περὶ Παραπρεσβ. p. 264. testificante. Qua de aede *Io. Meursius* Athen. Attic. lib. I. 7. uberrime, et vestigia illius premens *S. Petitus* Leg. Attic. II. 4. p. 232. Insequens καίτοιπερ non nemini molestum accidit, καίπερ, sicuti in sedis quibusdam, formanti: quo minus adstipuler, fragmentum *Eusebii* in *Stob.* Serm. XLIV. p. 310. καίτοιπερ χρὴ πάντα εἶδέναι τὸν μέλλοντα ἀνθρώπου καταδικῆν, inpedit. At hoc momenti non magni. WESS.

14. τοὺς ἱκέτας ἐφόνευον) Si *Corn. Nepos* in Them. c. 4. haec ob oculos habuerit, *protinus* Xerxes *accessit astu, idque nullis defendentibus, interfectis sacerdotibus quos in aree*

invenerat; incendio delevit, suspicio, legisse suo in libro τοὺς ἱρέας, nasceretur, quae incerta vagaque, quoniam in mutatis egregius Scriptor dissentit. Librariorum autem solitus in vocibus *ἰκέτας* et *ἱκετεύς* lapsus saepe recit. WESS.

14 *seq.* Quos in templo reperiunt *supplices*, crudeliter *Persae* ἐφόνευον· ἐπὶ δὲ τοῖς παισὶ κλάοντες ὠλοφύροντο, id est *ἀνεμύροντο*, ut interpretatur *Pollux* IX. 153. haec advocata *Herodoti*, quia non in vocis caesi, sive *strati*, sed senes libellos hic *contracciditi sunt*, *ἀνῃρημένοι*: colligit enim verbum *Pollux* ἐπὶ τοῦ ἀναιρεῖν Atticis usurpata. Hoc cum non animadvertisset, huius forte loci *Iungermannus* immemor alium attulit ex Nostro lib. IX. c. 75. ἐς δὲ τὰς ἐλάσας ἐν Πλαταιῇσι κατέφερον οἱ βάρβαροι: ubi verbum ponitur more quibusvis satis usitato, de cadaveribus quae per campos Plataicos *strata* iacebant. VALCK.

CAP. LV. 2. ἀγγελίν - - ἀγγελλιόντα) Iam nocet superflua Herodoteo ἀγγελίοντα. Infra recte scribitur c. 97. ἔπεμπε ἐς Πέρσας ἀγγελιοντὰ τὴν καρτερὴν τῶν παρεόντων: hic misit Artabano *nunciaturum* τὴν καρτερὴν τῶν παρεόντων. Talia quaedam notata sunt ad *Eurip.* Suppl. p. 289. et p. 385. VALCK.

7 - ὄψιν τινὰ ἰδὼν ἐνυπνίου) Memini fuisse, cui de coniectura vehementer ridebat ἰδὼν ἐν ὕπνῳ. Id enim Scriptoribus praecipue usu teri: ὄψιν εἶδε ὁ Κλεόβουλος ἐν τῷ ὕπνῳ, lib. III. 80. et cap. 65. ὄψιν εἶδον ἐν τῷ ὕπνῳ: atque ab eum modum frequenter. Verum illud, pariterque, ὄψιν ἰδεῖν ab eo non sperni. Adi lib. VII. 18. et 47. WESS.

CAP. LV. 2 *seqq.* ἔστι ἐν τῇ ἀκροπόλι etc.) Ut fieri solet, eundo vires acquisivit narratio; oleam enim Persarum igne crematam postea dicebant Athenienses (ut scribit *Pausan.* I. p. 64.) αὐθημερὸν ὅσον τε ἐπὶ δύο βλαστοὺς πήχεως. Hoc adeo mirificum nihil erat ad miraculosam istam vitem, de qua suavissimum *Sophoclis* e Thyeste fragmentum conservavit *Schol.* in *Eurip.* Phoen. vs. 238. De olea Minervae, quae semper eadem durare credebatur, vetere, egerunt *Furneb.* ad *Cicer.* de Legib. I. c. 1. *Ez. Spanheim.* ad *Callim.* Hymn. in Pall. Lav. vs. 26. et *Io. Meurs.* Cecrop. c. 19., qui *Herodoti* θάλασσαν non omisit: haec aeque ac olea erat ἐν τῷ Ἐρεχθεῖ τοῦ γηγενοῦς λεγομένου ἅλως, de quo titulo vid. Clar. *Wess.* ad *Diod.* I. [c. 29.]

p. 34. *Oleam et aquam* in puteo *marinam* curiosis Attici monstrabant periegetae, velut *testimonia litis, qua de solo Atheuarum Neptunus et Minerva contenderant*; cuius praeter alios memineruut in Menexeno *Plato* p. 237. c. et *Quintil.* Declam. 323. conf. *Plutarch.* T. II. p. 489. B. VALCK.

4. ἁλὶη τε καὶ θάλασσα ἔνι) Vulgatissimam annalibus et Atheniensium gloratione narrationem ill. *Scaliger* ad *Euseb.* Chron. Ann. CCCCLXI. p. 27. obiter explicuit, operosius Io. *Meursius* Cecrop. c. 19. et 20. In puteo, et *aqua* eius *marina*, namque haec illa θάλασσα, non prorsus fortasse, modo iactantia procul esset, aberratur: *stridorem fluctuum*, ἦχον κυμάτων, apud *Pausan.* I. 24. atque alibi, sicubi auster spiraret, edere perhibebant. Illum *Libanius* Lamentat. Nicomed. p. 303. c. quando de Neptuno, καὶ ἐν ἀκροπόλει τοσοῦτον ἀπηχούσῃ θαλάσσης ῥόθιον δεῖξαι, innuebat: nullam profecto *procellam*, a *Morello* temere excitatam.

10. ὅσον τι πηχυαῖον) Auctius in *Pausania* I. 27. miraculum, neque *Meursius* reticuit, αὐθημερὸν ὅσον τε ἐπὶ δύο βλαστησαν πήχεις, *eodem die in duum cubitorum procerilatem repullulasse.* Fidelior, ab illo praeteritus, *Liban.* Antioch. p. 378. C. δευτέρᾳ δὲ ἡμέρᾳ βλαστὸς ἀνέδραμεν εἰς πῆχυν ἐκ τοῦ κεκαυμένου, vocibus hinc repetitis. WESS.

CAP. LXII. 1 seqq. Ἐνθαῦτα δὴ Θεμιστοκλῆα etc.) Hinc orsus *Plutarch.* T. II. p. 869. D. quae succedunt *hoc et seq. capite*, paucis omissis, αὐταῖς λέξεσι transscripsit, ut hic narrata traduceret, velut in Themistoclem valde iniuria, cui consilii saluberrimi gloriam ablatam (παραιρούμενος apud *Plut.* scribendum pro παραιτούμενος) in alium transtulerit auctorem *Menesiphilum*, cuius inventum Themistocles tamen apud Eurybiaden tanquam suum vendidisse dicatur *Herodoto*. Sed cetera Graeciae utilissima consilia soli tribuit in seqq. *Herodotus* Themistocli; et hic prudentia magni viri fuisset indignum, consilii, quod ipsemet secum dudum agitaverat, in hoc tanto periculo Mnesiphilum, obscurum Eurybiadi nomen, velut auctorem apud illum ambitiose celebrare. Sed haec in eruditissimo philosopho, cui plurimum debemus, si ferenda sunt aliquo modo; illud, quod addit, vix ferendum: Θεμιστοκλέα μὲν οὖτε ὑφηγήσασθαι τὸ συμφέρον, ἀλλὰ πειθῆναι, τὸν Ἀρτεμισίαν δὲ κ. τ. λ. VALCK.

6. εἶτα, οὕτως ἄρα ἦν ἀπαίρωσι) Quod *Valla* in Latinis secutus fuit et schedae ostentant, Mnesiphili accommodatissimum menti videtur. Sed in talibus suum cuique iudicium. Illud autem, [*lin.* 7.] περὶ οὐδεμιᾶς ἔτι πατρίδος ναυμαχήσας, Atticam (quod vivo docto in opinionem venit) non excludit: erat illa Persarum ditioni subdita quidem, nec ita omissa, quin fortiter agendo reciperari posset. Cur, nisi ea spe, navale praelium Athenienses ad Salaminem postulassent? WESS.

Ibid. οὔτ' ἄρα - - - περὶ οὐδεμιᾶς) Οὐδὲ περὶ μιᾶς obtulit ex *Plut.* Diss. *Herod.* p. 127., et ex Codicibus οὔτ' εἰ ἄρα ἦν, lectum *Vallae.* Huius inscius lectionis *Koenius* elegantem vulgatae correctionem mecum communicavit, Σύ γ' ἄρα etc. Dederat-ne forsan utrumque Nester? Σύ γ' ἄρα, οὕτως ἂν ἀπαίρωσι τὰς νῆας ἀπὸ Σαλαμῖνος, περὶ οὐδεμιᾶς ἔτι πατρίδος ναυμαχήσας: aptum haec in sede esse negari nequit: quid si legerit utrumque *Valla*? eius sunt Latina: *si isti* etc. *iam tu pro nulla amplius patria dimicabis.* Sunt et alia in *Plutarcho* hic vulgatis meliora; velut [*lin.* 12.] ἴθι τι καὶ πειρῶ διαχίαι τὰ βεβουλευμένα: hoc aliis dicitur συγχίαι. VALCK.

12. διαχίαι τὰ βεβουλευμένα) Nihil, si dictionem spectes, differt *Dionysii Halic.* Ant. Rom. III. p. 141. νῦν δὲ ἡ διατριβὴ τοῦ πολέμου - - - διέχεεν αὐτῶν τὰ βουλεύματα. Unde, aut hinc, τὰς ὑποθήκας διαχίαι et τὴν εἰρήνην διαχίαι, quae *Theophylacti Simoc.* loca lib. II. 13. III. 9. *Abreschius* indicavit, fluxerunt. His proximum μεταβουλεύσασθαι non sollicito: fixum adhuc haeret, μετὰ δὴ βουλεύσαι, ὦ Πίρσα, lib. VII. 12. WESS.

CAP. LVIII. 5. ἐπίλοιπε ἰσθ. λέγειν εἴτι θέλει) Est in his et vicinis familiaris quaedam et suavissima ἀφέλεια, qualem natura dictabat. *Virgilii* pastor Ecl. IX. 32., *Incipe si quid habes.* Ecl. III. 52. *Quin age si quid habes*: quibuscum conferre debuerat *Ursinus* haec *Theocriti* Eid. V. vs. 78. Εἰπὲ λέγ' εἴ τι λέγοις. *Luciani* Mercurius εἰπὲ δή, τι καὶ λέγεις, T. I. p. 747. *Eurip.* Iph. in Aul. 817. Δρᾶ γ' εἴ τι δράσεις. In proximis articulo vocalem praefero, quam habet *Plutarch.* T. II. p. 869. E. ἐκβαῦτα δὲ Θεμιστοκλέης. VALCK.

9. ἐκβῆναι, συλλέξαι τε τοὺς etc.) Pristino, ni codices vetuissent, ἐκβῆναι τὸν Εὐρυβιάδεα, συλλέξαι τε, nihil deminuissem. Glossae librarii, inconsulte sollertis, istae

voces, quarum absentia utilior, tribuendae sunt. WESS.

CAP. LIX. [4. ὁ Κορίνθιος στρατηγὸς) Κορινθίων scripsisse Herodotum suspicatus erat *Iacobs* in Praef. Atticor. sub fin. At similiter et alibi loquitur Scriptor, et cap. 94, 2. eumdem Adimantum iterum τὸν Κορίνθιον στρατηγὸν dicit. *S.*]

5 *seq.* Ὦ Θεμιστόκλεις *etc.*) Memoriae peccato *Plutarchus* Themist. p. 117. E. Eurybiaden dicti auctorem prodidit. Rectius Apophthegm. p. 185. B. *Adimantum Corinthium.* Opemam eidem, ex *Plut.* Themist. derivato, insumsit doctissimus *P. Faber* lib. I. Agonist. c. 19., *Cruserii* Latina. ob *ραπίζειν alapis caedere*, iure redarguens. *Vallae* culpa similis. In stadio citius, quam mos ferebat, προπηδῶντες, *in cursum emicantes*, sive προεξανιστάμενοι, sicuti hic et *Strattis* in *Polluce* III. 146., *flagris admonebantur* a μαστιγονόμοις. *Plutarchus* Apophth. ex Adimanti ore, τοὺς ἐν τοῖς ἀγῶσι προεξανισταμένους μαστιγοῦσιν αἰεί: atque ea verbo virtus lib. VII. 223. οἱ, ἡγέμονες – – ἔχοντες μάστιγας, ἐμάστιζον πάντα ἄνδρα, *flagris percutiebant.* Hoc amplius, οἱ ὑπολειπόμενοι, [lin. 7.] *Plutarchique* ἀπολειπόμενοι et λειπόμενοι, non illi profecto, *qui domi relinquuntur*, sed *longe in cursu post tergum relicti*, victique adeo, ex verbi notissimo usu. Haec acute utrimque dicti sententia; quo magis miror eundem eruditissimum virum, damnatis prioribus, Themistoclis ἀπολιφθέντας ad agitatores sive aurigas (Agonist. lib. III. 19.) adplicuisse. Στιφανιῦνται dialectus adfirmat. WESS.

6 *seqq.* ἐν τοῖσι ἀγῶσι οἱ προεξανιστ.) In Themistocle *Plutarchus* T. I. p. 117. D. haec dicentem facit Eurybiadem; sed errorem corrigit in Apophthegm. T. II. p. 185. A. ubi, Ἀδειμάντου, inquit, ναυμαχεῖν μὴ τολμῶντος, εἰπόντες (τι) πρὸς Θεμιστοκλέα, – – Ὦ Θεμιστόκλεις, τοὺς ἐν τοῖς ἀγῶσιν προεξανεστηκότας μαστιγοῦσιν αἰεί· Ναὶ, εἶπεν, ὦ Ἀδείμαντε· τοὺς δὲ λειπομένους οὐ στεφανοῦσιν. Quod [apud *Plutarch.*] additur, *Aeliano*, *Aristidi*, aliisque memoratum, Eurybiadi convenit; cui baculum attollenti Themistocles, πάταξον μὲν οὖν, εἶπεν, ἄκουσον δέ. Primum ex hoc loco tollendum αἰεί, natum ex vicinis; deinde μαστιγοῦσιν illic rectius redditur, *flagris caedere moris est*, quam in Themist. ῥαπίζουσι, *caedunt alapis.* Turpis error *Vallae* haerere tamdiu non debebat in *Edd. Herod.* ῥαπίζονται vertentis *colaphis caeduntur*: hoc erat sum-

vile prorsus atque indignum candidatis certaminum Graecorum, in quae servi non admittebantur. Ῥαπίζειν est *ῥάβδῳ παταξαι*, vel *παῖσαι*: *colaphum impingere* vel *alapam dare*, vulgo κολαφίζειν, Atticis erat *κονδύλους ἐντρίψαι*: vid. vir summus ad *Luciani Prometh.* [c. 10.] p. 193. Dicitur et apud *Plut.* utrobique Eurybiades *ἐπαράμενος τὴν βακτηρίαν ὡς πατάξων*: nisi scripserit *ἐπαναράμενος*, ut *Thucyd.* VIII. p. 555, 1. *ἐπανῄρατο τὴν βακτηρίαν*: illic *ἐπανετείνατο* legitur in *Scholiis*: apud *Aelian.* Var. XIII. c. 40. Eurybiades *ἀνέτεινεν αὐτῷ τὴν βακτηρίαν*. Sed est insignis et forsan unicus in suo genere locus *Thucyd.* ad haec *Herodoti* aptus illuminanda lib. V. c. 50. illic Lichas Arcesilae Lacedaemonius Olympiae *ἐν τῷ ἀγῶνι ὑπὸ τῶν ῥαβδούχων πληγὰς ἔλαβε, ὅτι - - - προελθὼν ἐς τὸν ἀγῶνα ἀνέδησε τὸν πίλον*: et haec praeter ceteras postea caussa fuit Lacedaemoniis belli Eleis inferendi, quod Lichan *μαστιγοῦντες ἄνδρα γέροντα ἐξήλασαν*, ut scribit *Xenoph.* Ἑλλ. III. p. 287, 28. Apud *Paus.* lib. VI. [c. 2.] pag. 454., Lichan *μαστιγοῦσιν οἱ Ἑλλανοδίκαι* fecisse dicuntur augustissimi iudices, quod per lictores suos, *ἀλύτας* dictos, fieri iusserunt, vel per his praefectos. *Auctor Etymol. M.* p. 72, 12. Ἀλυτάρχης, *ὁ τῆς ἐν τῷ Ὀλυμπιακῷ ἀγῶνι εὐκοσμίας ἄρχων*· Ἡλεῖοι γὰρ τοὺς ῥαβδοφόρους καὶ μαστιγοφόρους - - Ἀλύτας καλοῦσιν. In modesto Themistoclis responso apud *Herod.* *οἱ δέ γε ἐγκαταλειπόμενοι οὐ στεφανεῦνται*, hoc ut rarius etiam apud Ionas ex uno Codice, ni fallor, recipietur, indicato in Diss. *Herod.* p. 127. Ἐγκαταλειπόμενοι ipsum *Paulinum* est in Ep. II. ad *Cor.* IV, 9., ubi, Polybianis omissis, unum hoc aptius attulisset *Herodoti G. Raphelius*: hic sunt *in stadio relicti*, sive *cursu superati*: transtulit illinc, ut multa, felici metaphora *Paulus*, O. M. Iesum tanquam primum in stadio cursorem considerans, qui victor, factus agonotheta, de coelo coronam porrigeret *ἀμάραντον τοῖς οὐκ ἐγκαταλειπομένοις*, et sua vestigia animose legentibus. VALCK.

CAP. LX. 6. *οὐδένα κατηγορέειν*) *Accusationi* nullus erat hic locus; [Quid ni?] verum *οὐκ ἔφατο οἱ κόσμον οὐδένα κακηγορέειν*: sic corrigendum arbitror: *dedecebat ipsum cuipiam sociorum male dicere.* Sacpius idem vitium hinc illinc fuit a viris doctis sublatum; nondum tamen, quod sciam, ex Attica lege apud *Demosth.* p. 710, 42., ἐνο-

χον εἶναι τῇ κατηγορίᾳ etc. transscripsit ista S. *Petit.* in Legib. Att. p. 522. Legendum τῇ κακηγορίᾳ, facile liquebit attendenti. VALCK. — Apud *Demosth.* κακηγορίᾳ recte iam *Hier. Wolfius* ediderat, ed. Basil. 1572. p. 559. sub fin. et sic dein *Reiske* T. II. p. 1308. Apud *Herodotum* nihil novandum, ubi οὐδένα cum κόσμον iungendum, κατηγορίαν vero ad συμμάχων refertur. Conf. *Var. Lect.* Emendationi tamen a Viro doctiss. propositae videri potest speciem aliquam conciliare id quod infra c. 61, 7. legitur. *S.*

11. ἐν πελάγεϊ ἀναπεπταμένῳ) *Valla* [*in patenti pelago, ubi* etc.] bene. *Longus* Pastoral. III. p. 177. νίκα μὲν οὖν ἀναπεπταμένῃ τῇ θαλάττῃ ταῦτα ἔπραττον, ἠθανίζετο ἡ βοή. Consequens ἐς ὃ [*lin.* 12.] inmerito in abundantiae suspicionem incidit quid enim tritius, quam ἐς vice ἐν poni? ἰζόμενος ἐς τὸν βασιλήϊον θρόνον, lib. III. 64. et mox [*l.* 24.] ἐς τὴν ἡμῖν ὑπέκκειται τέκνα: eiusdemque structurae cumulum congessit *Portus.* WESS. — Ubi scribitur ἐς ὃ ἤκιστα ἡμῖν σύμφορόν ἐστι, primum illud perspicuum est, ad ἐς ὃ intelligi verbum ναυμαχεῖν vel ναυμαχήσειν. Deinde: (de quo commode ad h. l. *Schulzius* monuit) ubi ἐς pro ἐν poni videtur, id ea fit ratione, ut non modo significetur τὸ *esse* aut *facere* aliquid *in* eo *loco* de quo agitur, sed ut simul significetur τὸ *moveri in locum*, quo fit *ut ibi sis.* Itaque h. l. ἐς ὃ ναυμαχεῖν vel ναυμαχήσειν idem valet ac si dixisset ἐς ὃ ἰέναι ναυμαχήσοντας, vel ἐς ὃ ἰέναι ὥστε ναυμαχεῖν, *quo abire ut ibi pugnemus. S.*

12 *seq.* νῆας ἴσχουσι βαρυτέρας) *Naves Graecorum* hic *graviores*; in *Plut.* Themist. p. 119. c. ἀτειεῖς καὶ ταπεινότεραι, comparatae ad Persarum naves molis maioris et celsioris; quarum tamen ἀτειεῖς in ἀλιτενεῖς correctione docti viri abierunt, forte iniusta. Noti τόποι ἀλιτενεῖς, ἄκρα ἀλιτενής, θάλασσα ἀλιτενής, quorum humilis situs, aut quod profunditatem non habet mare, docente praeter alios *P. Victorio* ad *Cicer.* lib. XIV. ad Att. Ep. 10. Ubi vero ἀλιτενὴς *navis*, et qua significatione? Ἀτειεῖς firmiter sunt compactae ac egregie cohaerentes; sicuti κισσὸς ἀτειὴς in *Sophoclis* Antig. vs. 842. WESS. — Navis κάτωθεν ἀλιτενὴς καὶ πλατεῖα memoratur apud *Athen.* lib. V. p. 204. e. *inferne depressa et lata. S.*

26. τοῦ καὶ περιέχεσθε μάλιστα) Praeclare scripta exemplaria atque ex illis *Gronovius*, quem ὁμοίως αὐτοῦ - - - καὶ

πρὸς τῷ Ἰσθμῷ illustrantem lib. VI. 139. vise. WESS. — De formula ὁμοίως καὶ vide Adn. ad VII. 50, 18. et loca ibi citata. *S.*

36. μὴ εἰκότα δὲ βουλευομένοισι) Cato in *Sallustii* Catil. c. 52. *Vigilando, agendo, bene consulendo, prospere omnia cedunt; ubi socordiae tete atque ignaviae tradideris, nequicquam deos implores; irati infestique sunt:* ubi *Wassius* et *Cortius*, inque primis *Th. Gatakerus* ad *Anton.* Imp. lib. IX. 40. WESS.

CAP. LXI. 3. οὐκ ἐῶν ἐπιψηφίζειν) Infeliciter ista tentavit vir doctus, quorum haec est sententia: *nolens* concilii principem *Eurybiadem duces in suffragia mittere*, sive *sententias rogare, in gratiam viri urbe patria carentis.* Sic Herodotea capienda docebunt *Küsteri* et summi viri observata in *Luciani* Timon. [c. 44.] pag. 157 seq. Praeter cetera *H. Valesius* adscripserat *Harpocrationi* locum *Herodoti*, quem alii, quantum memini, non attigerant, verbum tractantes ἐπιψηφίζειν. Cl. tamen *Abreschius* ad *Thucyd.* I. c. 87., *declarat*, inquit, (in loco *Thucyd.* VI. c. 14.) τὸ γνώμας προτίθεναι *praevium* ἐπιψηφίσαι: *sicuti, quod Herodotus* lib. VIII. c. 59. προθεῖναι λόγον, id c. 61. ἐπιψηφίζειν. Moleste non feret vir humanissimus, si dixero mihi diversa videri, *sententias varias iterum populo proponere*, et *super illis populum in suffragia mittere.* Apud *Herodot.* c. 59. verba facere coepit ante Themistocles, quam convocatis ducibus proponeret Eurybiades cuius rei causa illos iterum convocasset: hoc significatur utique per πρὶν ἢ τὸν Εὐρυβιάδεα προθεῖναι τὸν λόγον, τῶν εἵνεκα συνήγαγε τοὺς στρατηγούς. Athenis Prytanes comitia solebant indicere *fixâ tabulâ, quae, quid in deliberationem veniret, continebat:* T. H. ad *Lucian.* p. 482. [Necromant. c. 19.] In unum coacto populo, qui tum erant inter Prytanes Proëdri, vel e Proedris ὁ Ἐπιστάτης iterum proponebat, qua de re esset agendum; excitati voce praeconis oratores in medium prodibant, rem propositam civibus suadentes vel dissuadentes; hi causam quisque suam ubi perorassent, tum populus causâ cognitâ mittebatur in suffragia: Epistates, vel alius ex ordine Prytanum, sententias rogans, dicebatur ἐπιψηφίζειν. Ut postremum cadere nequit in dubitationem, sic et priora certis nituntur testimoniis: de Proëdris quod dicebam, loco

Demosth. p. 445., §. 31. [Orat. in *Timocr.* p. 706 extr. ed. Reisk.] et his *Ulpiani*: οἱ μὲν Πρυτάνεις συνῆγον τὴν ἐκκλησίαν· οἱ δὲ Πρόεδροι ὑπέβαλλον περὶ τίνος συνῆλθον. Eximie tamen Prytanes dicuntur προτιθέναι: vid. Clar. *Hemsterh.* p. 482. [ubi supra,] et initium praesertim Philip. I. *Demosth.* Hic, cum causam suam perorasset Themistocles, iam ante iratus *Adimantus* nunc *noluit Eurybiadem* ἐπιψηφίζειν ἄπολι ἀνδρί. Intacta quoque, ni fallor, viri docti praetermiserunt haec *Xenophontis* Ἀναβ. V. p. 204, 7. ἐπιψήφισι μὲν οὐδέν, τὰς δὲ πόλεις ἐκούσας ἔπεισι ποιεῖν τὰς ὁδούς: *nihil sanxit, Leunclavius*; mirifice vertit ista *Hutchinson* p. 359. *Xenophon* de omnibus ante memoratis milites sententiam rogaverat; de hac una re noluit illos in suffragia mittere: unius ferme tantum literae omissione vetusta restitui poterit scriptura legendo: ὁ δὲ ὡς ἔγνω τὴν ἀφροσύνην αὐτῶν, ἐπιψήφισι μὲν οὔ· ἐκ τῶν δὲ πόλεως ἐκούσας ἔπεισι. Xenophonteum illud μὲν οὔ· supra iam attigi ad lib. VII. c. 208. Verbum Ἐπιψηφίζειν sic usurpant *Xenophon* p. 213, 31. p. 219, 36. [Vide Memorab. Socr. I. 1, 18. ibique Interpretes.] *Antiphon* p. 146, 37. *Andocides* p. 10, 34. *Demosth.* p. 418, 151. p. 452. 86. 470. §. 235. etc. Λόγον autem προτιθέναι, et Ἐπιψηφίζειν liquido dinatinguit *Aeschines* de Falsa leg. p. 36, 26. γεγραφὼς, τῇ μὲν προτέρᾳ τῶν ἐκκλησιῶν συμβουλεύειν τὸν βουλόμενον, τῇ δ' ὑστεραίᾳ τοὺς πρέσβεις ἐπιψηφίζειν τὰς γνώμας, λόγον δὲ μὴ προτιθέναι. Apud *Suidam* in Ἐπίτακτοι loco alienissimo leguntur ista scriptoris incerti: Σωκράτης δὲ ἦν ἐπιστάτης, καὶ οὔτε ἐψηφίζε, οὔτε κατεχειροτόνει: hic libenter corrigerem οὔτ' ἐπιψήφιζε: [ex *Xenoph.* Mem. I. 1, 18.] sicut in *Aeliani* Var. Hist. p. 234. [lib. III. c. 17.] corrigit ὁ πάνυ T. H. οὔτ' ἐπιψήφιστον Ἀθηναίοις τὸν τῶν δέκα στρατηγῶν θάνατον: illic rectissime in gratiam *Atheniensium* vertit Clar. *Abr. Gronov.* vid. *Xenoph.* Ἑλλ. I. p. 265, 41. et Ἀπομν. IV. p. 468, 6. ἐν ταῖς ἐκκλησίαις Socrates ἐπιστάτης γενόμενος οὐκ ἐπέτρεψε παρὰ τοὺς νόμους ψηφίσασθαι: quia scilicet οὐκ ἐπιψήφιζε, de re adeo indigna *populum mittere nolebat in suffragia*. Apud *Herod.* noluit Corinthius summum Imperatorem ἐπιψηφίζειν ἄπολι ἀνδρί: ut Socrates *Aeliani* noluit ἐπιψηφίζειν Ἀθηναίοις. VALCK.

4. ἄπολι ἀνδρὶ) Haesitavi hoc probarem an ἀπόλιδι (quod multo receptius) *Arch.* Re considerata visum illud formae fuit, cuius Ἴσις, τῇ Ἴσι, Ὄσιρις, τῷ Ὄσιρι [Ὄσιρι,]

κεκινδύνευς etc. in superioribus. Iustissimo deinceps iure Themistocles Adimanti inportunitatem castigat. Dixerat illum civibus, si *Iustino* fides II. 12., *Patriam municipes esse, non moenia; civitatemque non in aedificiis, sed in civibus positam*; et quidem verissime. Conf. *H. Grotium* de Iur. B. et Pac. II. 9, 7. Ceterum *Plutarch.* Themist. p. 117. E. Adimanti memoriae pepercit, nescio quem Eretriensem, sed a Themistocle ex virtutibus ornatum, advocans. WESS. — De tono vocab. ἀπόλι, in penultima ponendo, vide *Lex. Rhet.* ad h. l. et ad I. 41, 3. *S.*

ΙΧΙΙΙ. Τότε δὴ) Scribendum, Τότε δὲ δὴ etc. Ad ista namque οὐ θεμ. Τότε μὲν ἁπλῶς πρὸς τὸν Κορίνθιον ἀμύνατο, haec respondent: Τότε δὲ δὴ ὁ Θεμ. πεῖνόν τι καὶ τοὺς Κορινθίους πολλά τε καὶ κακὰ ἔλεγε. Exacerbaverat inprimis Themistoclem Adimanti non inconsiderata ἄπολιν ἄνδρα vocantis, qui *urbem*, ut canit Claudianus, *carinis Vexit, et arsuras Medo subduxit Athenas*. Apud *Suidam* in Ἀδείμαντος, Themistocles, τήν τε εἰπεῖν, ἄνολις, ἄχων σ' ἐρωήσεις. Ex historico deperdito descripta quaedam huc spectantia habet egregia *Plut.* in Themist. p. 117. B. VALCK. — Potuerat commode adversativa δὲ particula ante δὴ adiici: sed ignorant eam libri, ac quamquam quidem necessariam, quum praesertim istud Τότε μὲν cap. 60, 1. nimis longe hinc absit, ibidemque etiam continuo δὲ particula subiiciatur. *S.*

CAP. LXII. 2 *seq.* Σὺ εἰ μενῶν αὐτοῦ). Errorem *Valline* propagarunt correctores. Locum hic invenit ellipsis de elegantioribus: Σὺ εἰ μενῶν αὐτοῦ καὶ μένων ἔσται ἀνὴρ ἀγαθός . . . εἰ δὲ μή, ἀπεστέρηκας τὴν Ἑλλάδα. *Tu si hic manseris, et manens rem bene gesseris, sive virum te praestiteris*; supplendum relinquitur σώσεις τὴν Ἑλλάδα, vel ὀρθώσεις, aut, si quis malit, quod plerisque locis veterum congruit, καλλίονα, vel εὖ ἐν ἔχοντα: prout hanc ellipsin supplet *Tzyphon* in libello περὶ Ἐρώτων nondum edito. Ellipsin illam, quamvis copiose tractaverint *H. Steph.* Anim. in *Corinth.* p. 115 seq. in *Xenoph.* p. 39. et *Casaub.* in *Athen.* p. 333, librorum tamen veterum Editores, minus attenti, lectoribus illam suis saepe designare neglexerunt. Unum hic ponam eiusdem plane ex *Heraclito* de vita *Hom.* p. 33. ubi vetus Eiresione Homericae posuerunt hos ἐπάρματα duo versus Editores (de *Barnesii* nihil hic dico licentia: Ἔστιν δὲ

πρόθυμοι· καὶ τί μὲν τοι δώσεις, εἰ δὲ μή, Οὐχ ἑστήξομεν· οὐ γὰρ συνοικήσοντι ἐνθάδ' ἤλθομεν. Ad priora pertinent ista, Ἔστιν ἐν προθύμοισι: tum sequitur aliud fragmen, cuius indicium praebet καὶ, constans duobus senariis legitimis, ai sic rede integrentur: Εἰ μέν τι δώσεις, ... εἰ δὲ μή, οὐχ ἑστήξομεν· Οὐ γὰρ συνοικήσοντες ἐνθάδ' ἤλθομεν. conf. *Athen.* VIII. p. 360 c. VALCK.

7. ἐς Σίριν τὴν ἐν Ἰταλίῃ) Ne confunderetur cum eiusdem nominis urbe Paeoniae, Σίρι τῆς Παιονίης c. 115., illa prudenter adiunguntur. *Italiae Sirin* iuris olim, et ante bellum Troianum quidem, Ionici atque adeo Atheniensium fuisse, *Lycophronis* Alexand. vs. 986. seqq. canit; cuius Scholiastes, ex veterum haud dubie commentis, superiorem possessionem plura. Dissidet tamen *Strabo* lib. VI. p. 406. A. [p. 264. ed. Cas.] Ionasque, Lydorum dominatum vitantes, Sirin occupasse asseverat. Noster a *Lycophrone* proxime abest. Nuper vero, post *Cluverii* et *Salmasii* sollers studium, *Alex. Symmach. Mazochius* priscorum paene pugnantes sententias examinavit, Prodromi ad Heracleens. Psephism. p. 75. Oraculum, quod Themistocles ostentat, labentibus annis Athenienses, ut colonos eam in Italiae partem deducerent, ac Thurios conderent, Siritidi vicinos, impulit apud *Diodor.* XII. 10. WESS.

Ibid. κομισόμεθα ἐς Σίριν) Urbe non nominata apud *Plutarch.* Themistocles T. I. p. 117. F. αὐτίκα στύεται τὴς Ἑλλήνων, Ἀθηναίους καὶ πόλιν ἰλυσθέραν καὶ χώραν οὐ χείρονα κεκτημένους, ἢ ἀπέβαλον: *Siritin* videlicet, si fertilitatem spectes, Attica multo meliorem. Ἀρχίλοχος ὁ ποιητὴς ὑπερθαυμάζει τὴν χώραν τῶν Σιριτῶν διὰ τὴν εὐδαιμονίαν, cui dicitur ἐξώμορος et ἐρατὸς χῶρος ὁ ἀμφὶ Σίριος ῥοάς, apud *Athen.* XII. p. 523. Illic *Timaeo* regionem istam tenuisse dicuntur etiam Colophonii; aliis Iones in genere nominantur. *Phil. Cluver.* Ital. Ant. lib. IV. p. 1274. de *Italiae Siri* multis agens, non recordabatur *Herodoti*, cui Italiota quoque Σίριος Damasus inter Agaristae proceos memoratur lib. VI. c. 127. Quae Ionas habuerat incolas, de Siri dici poterat Themistocli ἡ πατρὶς ἐστὶ ἐκ παλαιοῦ ἴση. Vicina Sybaris, sive Thurium, Atheniensium fuit, ut notum est, nobilissima colonia. Quae *Hegesandri* commentariis narrat *Athen.* XIV. p. 656. A. ex *Athenaeo* Eustath. in Ἰλ. ω. p. 904. ἔστι δὲ ἡ Σύβαρις πόλις

εἰς Σύβαριν, καὶ καταστόντες τὴν Σιρῖτιν χώραν, *a perdicibus ἐκπλαγέντες - - - ἀπέπλευσαν.* VALCK.

CAP. LXIII. 2. ἀνεδιδάσκετο Εὐρυβιάδης) Metu praesertim Atheniensium *μὴ σφίας ἀπολίπωσι.* conf. *Plutarch.* in Themist. p. 117. F. Saepius Eurybiadem rationibus suis movit Themistocles, ut sententiam priorem mutaret; et hic ἀνεδιδάσκετο, non *edocebatur*, ut *Valla*, sed potius *dedocebatur*, sive *dedocendum se dabat* Themistocli: *dedoctus est, Ciceroni* restituit R. *Bentlei.* Tusc. II. c. 24. ἀνεδιδάχθη. Significat Ἀναδιδάσκεσθαι *sic priora dedoceri*, vel *dedocendum se praebere, ut quis alia discat istis contraria*: hoc sensu cepit ἀναδιδάξονται *H. Steph.* in *Thucyd.* VIII. [c. 86.] p. 556, 42. Ad hoc Herodoteum non *Suidam* in Ἀναδιδάξει, sed eumdem comparare potius debuerant in Ἀναφάσθαι, ἀντὶ τοῦ διακλύειν τὴν γενομένην ἀφάν· οὕτω Καλλισθένης: ubi commodum *Kallisterus* memorat *Cornelii Nepotis* resecrare, ex Alcib. c. 6. Eumolpidae et Ceryces ante coacti ἐπηράσαντο αὐτῷ, quod legitur apud *Suidam* in Ἐπηράσαντο. *Pollux* V. 130. τὸ ἐπαμησαμένους ἀναλύσειν τὴν ἀρὰν Ἀναιρᾶσθαι λέγουσι· βιαιότερον γὰρ τὸ Ἀνιέναι: hoc bis minimum dabit *Plato* in Alcib. p. 148. B. παλινῳδεῖ - - - ἀνιεχόμενος ἅττα (lege ἅττ' ἄν, ut p. 142. D.) τὸ πρῶτον εὔξηται. VALCK.

4. ἀνάγη τὰς νῆας) Quid-ni rediret quod Herodoteum habetur? Antea cap. 57. ὡς εἴη δεδογμένον ἀναγειν τὰς νῆας πρὸς τὸν Ἰσθμόν: et ἀνῆγον τὰς νῆας ἐπὶ τὴν Σαλαμῖνα cap. 70., etc. WESS.

CAP. LXIV. 1. Suavissimum ἔπεσι ἀκροβολισάμενοι sibi geminum eiusdemque figurae habet λόγων ὠθισμὸν cap. 78. et IX. 26. WESS.

8. Αἴαντά τε καὶ Τελαμῶνα) Schedarum Αἴαντα τὸν Τελαμῶνος fulcire videtur c. 121. ubi soli *Aianti*, nulla patris *Telamonis* habita ratione, victores triremem ex manubiis mittunt Salaminem et dedicant. Qui voluerint, earum sequi auctoritatem poterunt: mihi non nihil dubii superest. De *Aeaco Aeacidisque imploratis* [*lin.* 9.] atque opitulatum arcessitis quaesitum lib. V. c. 80. WESS. — De *Aeaco* et *Aeacidis* consuli insuper possunt *Pausanias* lib. II. c. 29. et *Apollodor.* III. 12, 6. *Larchero* laudati. *S.*

CAP. LXV. 1 *seqq.* Ἔφη δὲ Δικαῖος *etc.*) Sub uno hoc teste nobis narratae fabellae, praeter *Plutarch.* T. I. p.

119. E. et *Schol. Aristoph.* Nub. vs. 301. aliosque, quater mentionem fecit homo valde superstitiosus, Sophista tamen Ἀττικώτατος, *Aristides*: primum Orat. in Bacch. T. I. p. 55. Μένος, ait, τῶν ἱερῶν φασμάτων (*Bacchus*) ἐξεφοίτησεν ἐν τῷ κινδύνῳ τῷ Μηδικῷ· οὕτω, τοῖς ὅλοις φιλάνθρωπος ὤν, ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας ἧκε: tum in Eleusinia Orat. I. p. 451. συνιούσης τῆς ναυμαχίας, ἐξεφοίτα μὲν ὁ Ἴακχος συνναυμαχήσων: in Themistoclis Encom. T. III. p. 350., et in Panathen. T. I. pag. 248. ubi multa memorans, quibus sola civitas Atheniensium inter Graecos laudem meruerit, μόνη, ait, φέρεται τὴν τοῦ πάντες κρίσιν - - καὶ - - τοῖς ἀπ' Ἐλευσῖνος φάσμασι. Ad ista prostat in Cod. *MS.* haec adnotatio *Scholiastae*, historiam non adhibito *Herodoti* volumine memoriter narrantis: τοῖς ἀπ' Ἐλευσῖνος φάσμασι) Ἄκκτος καὶ Δημάλατος, (corrige Δικαίου καὶ Δημάρατος: quae nomina docta manus posuit in ora libri Clar. *Burm.*) φυγάδες ὄντες καὶ μένοντες παρὰ Ξέρξῃ, ἔφασαν τῷ βασιλεῖ (*Herodoti* Demaratus, aulae mores edoctus in Persîde, Dicaeo prudenter [infra, *lin.* 25.] dixerat, σίγα· καθ' ὧν ἂν ἔλθῃ ὁ κοιοφτὸς οὗτος, πάντως ἐκεῖνοι ἡττῶνται· ἦλθε κατὰ τῶν Περσικῶν τριήρων, καὶ διεσκεδάσθη ἐν αὐταῖς· καὶ τεκμήριον (ἦν) τὸ μέλλειν νικᾶσθαι τὸν βασιλέα· γέγονε τοῦτο· ἦσαν δὲ ἀκούσαντες οἱ τῶν Ἀθηναίων μεμνημένοι ἀφανῶς καὶ ἀπροόπτως ἐκ δαίμονός τινος τὸ ἐπίφθεγμα τὸ λεγόμενον ἐν τοῖς Ἐλευσινίοις. VALCK.

7. μάλιστά κη) Laudavi ἐκ τριῶν ἐτέων κου μάλιστα lib. VII. 22. quoniam nihil aptius Codd. offerebant. Aliqui μάλιστά κη Musae solent amare, lib. II. 75. IV. 174. VII. 30. Quo vero ritu sacroque clamore *Iacchum mysticum* [*lin.* 10.] vicesimo Boëdromionis die deduxerint initiati, operose *Io. Meursius* Eleusin. cap. 27. exsequitur. WESS.

10. τὴν φωνὴν εἶναι τὸν μυστικὸν Ἴακχον) Olim mihi facile persuadebam vocem hinc excidisse, sic restituendam: τὴν φωνὴν εἶναι (ᾀδόντων, vel ἐξαγόντων) τὸν Μυστικὸν Ἴακχον. Nunc paratus sum vulgata tueri. Prior illa conjectura locis nitebatur praesertim a *Io. Meursio* collectis in Eleusin. c. 27. Solebant initiati certo die mysteriorum Iacchum ex sacello suo, quod habebat in Ceramico, deducere Eleusina, magno clamore et strepitu, *Iacchum* cantantes, aut hymnum sacrum, qualem, neglectum *Meur-*

sio, dabit *Aristoph.* Ran. vs. 401. et seqq. Ἴακχε πολυτίμητε - - - Δεῦρο συνακολούθει Πρὸς τὴν θεὸν. καὶ δεῖξον ὡς Ἄνευ πόνου πολλὴν ὁδὸν περαίνεις· Ἴακχε Φιλοχορευτὰ συμπρόπεμπέ με. Tot mystarum vocibus excantatus laetus per viam sacram cum illis procedebat Iacchus, quos ut is ἐξάγειν in *Aristoph.* Ran. 354. sic illum verius ἐξάγειν dicebantur: in *Schol.* ad Ran. vs. 326. Boëdromionis memoratur ἡ εἰκὰς, ἐν ᾗ τὸν Ἴακχον ἐξάγουσι: ter quaterve, τὸν μυστικὸν Ἴακχον ἐξάγειν, legitur apud *Plutarch.* Vid. *Casaub.* in *Athen.* V. c. 14. Nihil interest utrum dicatur *dies*, ᾗ τὸν μυστικὸν Ἴακχον ἐξάγουσιν, an ᾗ τὸν Ἴακχον ᾄδουσι. *Schol.* ad Ran. vs. 324. οἱ μεμυημένοι ᾄδουσι τὸν Ἴακχον: *Hesych.* Ἰακχάζειν, in voc. Δι' ἀγορᾶς, interpretatur ᾄσειν τὸν Ἴακχον. Sed *Ode sacra*, quam cantabant, ipsa quoque dicebatur Ἴακχος. *Hesychius* in Ἴακχον: καὶ ἡ ᾠδὴ, ἣν οἱ μεμυημένοι ᾄδουσι. Apud *Suidam* in voc. ὁ Ἴακχος ἠκούσθη ἐκ τοῦ Ὡρικσίου πεδίου, ὑμνούμενός τε καὶ ᾀδόμενος. Hoc sensu *Herodoti* dicebat Dicaeus οἵ Φαίνεσθαι τὴν φωνὴν εἶναι τὸν μυστικὸν Ἴακχον, *clamorem* [*illum*] *esse mysticum Iacchum*; quo, ut ait paulo post, [*lin.* 24.] ἐν ταύτῃ τῇ ὁρτῇ ἰακχάζουσι, *isthoc utuntur die festo, Iacchum saepius inclamantes*. VALCK.

16. ἰὸν, ἰς τιμωρίην) *Pavii* et *Bergleri* coniecturam schedae *Passion.* certam praestant, tum narrationis cohaesio et *Aristides*, quem in re manifesta non describo, Or. Eleusin. pag. 258. Adfinitas, quae ἰὸν et ἰὸν iungit, confusionem peperit lib. I. 157. et lib. V. 59. ubi vide. WESS.

22. ἀνὰ πάντα ἔτεα τῇ Μητρὶ) His inhaereo. *Cererem*, Μητρὸς titulo lib. IV. 53. nobilem, describi, dubitabit nemo. Ad primo autem opportuna sunt ad *annuum* maiorum *mysteriorum tempus* stabiliendum, cupideque propterea, neque inutiliter, oppugnando *Scaligero*, quinquennii spatium illis designanti, a *D. Petavio* ad *Themistii* Or. V. p. 411. et *Ism. Bullialdo* in *Theonis Smyrn.* Mathemat. pag. 218. admota. Ceterum ἰακχάζουσι [*lin.* 25.] Scholiastes interpretatur, λέγουσι, φλυαρεῦσι, ob inconditum opinor clamorem, Iacchum saepius resonantem: neque enim pagana superstitione φλυαρίαν indicare solebat. In *Suida* Ἰακχάζουσι, λέγουσι, φιλοτίθουσι, Ἡρόδοτος: et in Lexic. *Bibl. Coislinianae* pag. 954. pro quo olim φιλοτίτουσι malebam, nunc φλυαροῦσι ex glossis *Herodd.*, quas ambo descripserant, *Hesychio* simile se insinuavit peccatum. WESS.

Ibid. τῇ Μητρὶ καὶ τῇ Κόρῃ) *Matri et Liberae quotannis hos dies festos Athenienses celebrasse*, quod vir summus negaverat, hinc et aliunde *Petavius* ostendit ad *Themist.* p. 411. De minoribus aeque ac maioribus Mysteriis eodem anno vertente actis vid. Cl. *Wesseling.* ad *Diodor.* T. II. p. 485. [ad lib. XX. c. 110.] Hic Cl. *Gronov.* ex *Med.* Cod. Ionicam Proserpinae dare potuerat nominis formam Κούρη. Loci non recordor Scriptoris antiqui, quo iunctim αἱ μεγάλαι θεαὶ, sive ἡ πρεσβυτέρα θεὸς καὶ ἡ νεωτέρα, dicantur *Mater* et *Libera*: veterem esse opinionem scribit *Cicero* IV. in Verr. c. 48. *Siciliam totam esse Cereri et Liberae consecratam, - - - et raptam esse Liberam - - - ex Ennensium nemore. Matrem Ennaeam* attigit *I. F. Gronov.* in Observ. pag. 126. Ceres μᾶ γᾶ dicitur *Aeschylo* Suppl. vs. 897. Ennae praesidii praefectus *L.* Pinarius apud *Livium* XXIV. 38. *Vos, alt, Ceres, mater ac Proserpina, precor.* Harum Dearum, velut ab Eleusiniis ducta, mysteria coluerunt ab antiquissimis usque temporibus *Meursio* non memorati Messenii sub nomine τῶν μεγάλων θεῶν: alibi in Peloponneso αἱ μεγάλαι θεοὶ erant Δημήτηρ et Δέσποινα: haec autem non Jove nata et Cerere, sed filia Neptuni: quia mater huius quoque puellae multo certior erat, saepius illam Δηοῦς κόρην dixerunt; vid. ill. *Spanhem.* in *Callim.* Hymn. Cerer. vs. 133. *Callimachus* fragm. *Bentl.* 48. dixit illam non Δηϊώνην, sed procul dubio Δηωΐνην: forma usitata, qua innotuerunt Ὠκεωΐνη, Εὐνῖνα, Ἀδρηστῖνη, Θεαντῖνη, Φαιακεῖνη: ultimum ex Inscript. Corcyr. in Diar. Ital. *Montfauconii* p. 422., qui multa reliquit in illis corrigenda, in vicinae pag. Inscript. 7. versum etiam quartum: Ὀττία δ' ἐν νάεσσιν ἔταμον κείρεσαν. VALCK.

33. ἐπὶ τὸ στρατόπεδον τὸ τῶν Ἑλλήνων) Abesse non debent *Aristidis* T. I. p. 258. verba: νίφος δὲ ὁρμηθὲν ἀπ' Ἐλευσῖνος καὶ ὑψωθὲν ὑπὲρ τῶν νεῶν, ἐγκατέσκηψεν εἰς τὰς τῶν βαρβάρων ναῦς ἅμα τῷ μίλτῳ τῷ μυστικῷ. Sic Cl. *Iebbius* ex schedis *Baroccianis*, me iudice, inprudenter. Illa τῶν βαρβάρων adspisci non erat ex usu, quippe indocti litteratoris additamentum. Nostri Vrania, ad quam amandamur, diligentius inspecta, turpe scholion iugulasset. WESS.

CAP. LXVI. [1. Οἱ δὲ ἐς τὰν Ξέρξεω ναυτικὸν etc.) Cohaerent haec cum superiori cap. 24. *S.*]

5. Ὡς μὲν ἐμοὶ δοκέειν) Voculam hic vellem libri scripti darent Herodoteo more interiectam, Ὡς μέν νυν ἐμοὶ δοκέειν. VALCK. — Ignorant particulam libri: promiscue vero *Herodotus* modo adhibere huiusmodi coniunctivas particulas, modo ἀνενδέτῳ uti amat oratione. *S.*

7. τῆσι νησὶ ἀπικνέμενοι) Ultimum si praeter *Arch.* plures proscriberent, in exilium sine sententiae damno posset abire. Verius est ἢ ἐπί τι Σηπιάδι, et necessarium ob Scriptoris consuetudinem. Ἐπὶ et ἐπὶ facillime permutantur. Numerum Persicae multitudinis ad Sepiadem fedit lib. VII. 186. WESS. — Pro ἐπὶ τι Σηπιάδα *Koenius*, duabus literis repetitis, corrigebat ἐπεί τι ἐς Σηπ. ἀπίκοντο. VALCK.

15. πλὴν τῶν πίνυτε πολίων) *Insularum*; Naxi, Meli, Siphni, Seriphi et Cythni c. 46.; quas πόλεις, *civitates*, eo more de quo *Harpocration* in Κῶοι et Adnotat. ad *Itiner. Antonini* p. 523., adpellat. Supra lib. III. 139. insula Samus πολίων πασέων πρώτη: et lib. I. 144. Parum autem refert, sive ἐπεμνήσθην [*lin.* 16.] singulari, an ἐπεμνήσθημεν multitudinis numero, pingatur; etsi prius *Herodoto* consuetius, atque ita Codd. scripti cap. 95. τοῦ καὶ ὀλίγῳ πρότερον τουτέων ἐπεμνήσθην. WESS. — Ex uno codice non mutassem vulgatum ἐπεμνήσθην: illinc distat Nostro frequentata formula πρῶτος τῶν ἡμεῖς ἴδμεν. VALCK.

16. Verbo προσίβαινε recte literam detrahunt, προσίβάινε scribentes, *Reiskius* et *Koenius*. VALCK.

CAP. LXVII. 3. τῇ ἀποβήσεται) Gemino in negotio παραδοκέοντες τὸν πόλεμον, ἢ στήσεται lib. VII. 163. et 169. At lib. I. 32. σκοπέειν δὲ χρὴ - - - κῇ ἀποβήσεται, sinuti hic tres scripti. Res momenti videbitur exigui, nec negligenda tamen, neque improbanda. Κῇ sumi poterit ex *Etymolog.* p. 682. fin. at mox [c. 68, 17.] iterum τῇ ἀποβήσεσθαι. [Vide *Var. Lect.*] Insequens ἰθέλων σφι συμμίξαι [*lin.* 5.] rediturum c. 79., *colloquendi sermonesque miscendi* desiderium indicat. WESS.

CAP. LXVIII. 4. Εἰπαί μοι πρὸς βασιλῆα) Nolo obluctari membranarum consensioni morique Herodoteo, qualis Ὧ ξεῖν' ἀγγέλλειν Λακεδαιμονίοις, lib. VII. 228. [ubi vide Adnot. ad lin. 9.] et passim alibi. Redundantia pronominis dictioque tota Homereum spirat *Iliad.* Ξ'. 504.

Εἰπέμεναί μοι Τρῶες: ubi *Eustath.* ἐν δὲ τῷ εἰπέμεναί μοι Τρῶες, ἀντὶ τοῦ εἶπατε, περιττὸν δοκεῖ τὸ μοι κεῖσθαι. Quo quidem pleonasmo nihil omni in lingua, recte *Rittershusio* ad *Oppiani* Cyneget. I. 89. docente, receptius. WESS. — Pro Εἰπέ μοι scripsisse Herodotum suspicor cum *Koenio* Εἶπαί μοι, [scil. aoristo primo infinitivi,] quia εἰπεῖν codex habet *Med.* Sic autem Nostro adhiberi ἀπαρέμφατα [i. e. *infinitivos*,] *Portus* docebit. [Vide *Porti* Lexicon ionicum, titulo Ἀπαρέμφατα ἀντὶ τῶν Προστακτικῶν, ubi et alia multa collecta exempla, et hoc cum adiecto μοι pronomine, σὺ δέ μοι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα στρατεύεσθαι, ex lib. III. c. 134, 24.] Supra, lib. II. cap. 90. perperam κατιπτῖν ex *Med.* posuerat *Gron.* pro Ionico κατεῖπαι. Ionica certe sunt quae toties apud *Herod.* recurrunt, εἶπαι· εἶπα· εἶπαν· εἴπας. Alexandrinae sunt Dialecti, praeter εἶπα et εἶπαν, ἦλθαν· ἔφυγαν· ἔλαβαν· ἔλιπαν· ἔπεσαν: quae frequentata leguntur in Alexandrina versione V. T. et apud perpaucos illos, quos habemus superstites eadem dialecto pura usos: in aliis veterum monumentis quod hic illic tale legitur, corrigi debet. ἔπεσαν recte fuit ex *Herodoto* quoque sublatum huius *Ed.* p. 447, 71. [VI. 21, 11.] ut ex versu *Philemonis* a *Bentleio* pag. 131. οὐ γὰρ ἐν χρήσει τὸ ἔπεσα, vere scribit *Schol.* in *Aristoph.* Av. vs. 841. Sed in *Orphei* qui dicitur Argonaut. ab auctore positum puto vs. 519. ἐν δ' ἔπεσαν, sicut vs. 116. εἶδα: hic sorex suis se saepe prodit indiciis. VALCK.

5-8. οὔτε κακίστη γενομένη - - - οὔτε ἐλαχίστα ἀποδεξαμένη, δέσποτα, τὴν δὲ ἰοῦσαν γνώμην etc.) Ista mihi rectius scripta, quam vulgantur, codex praebere videtur *Med.* et qualia legit *Valla*: οὔτε κακίστην γενομένην, - - - οὔτε ἐλαχίστα ἀποδεξαμένην, δέσποτα, τὴν ἰοῦσαν γνώμην μὴ δικαίην εἶναι ἀποδεικνύουσα. Facile liquet cur voculam δὲ interseruerint; qua eiecta, τὴν ἰοῦσαν γνώμην interpretor *veram animi mei sententiam*, ex *Herodoti* more loquendi. VALCK. — Quae *Artemisia* ad *Xerxem* referri postulat, fide Codicum sic optime procedent: οὔτε κακίστην γενομένην - - - οὔτε ἐλαχίστα ἀποδεξαμένην, δέσποτα, τήνδε ἰοῦσαν, γνώμην μὴ etc. *me neque ignavissimam*, - - - *neque paucissimis defunctam facinoribus, domine, me talem, aequum est* etc. Namque, τὴν δὲ ἰοῦσαν ad γνώμην aptari, sequentia τὰ τυγχάνω Φρονεῦσα, eadem utique futura, prohibent. Partem ho-

rum disputando nactus est Cl. *de Pauw*, cetera, damnata violentiore coniecturâ, nuper Clar. *Reiskius*. WESS. — Istud τήνδε ἰοῦσαν, *Reiskius* in Animadvers. editis proposuit, interpretatus *me quam hic vides*: cogitaverat etiam *tabis cum sim*; (sive, ut *Wess.* ait, *me talem*;) sed in hanc sententiam pulcre ille viderat oportuisse τοιήνδε ἰοῦσαν. At τὴν δὲ (de quo quidem in *Var. Lect.* monere oblitus eram) divisis vocibus praeferunt libri, quod sciam, omnes: ubi equidem cum *Valck.* et *Schaef.* abiiciendam δὲ particulam putavi: quod si minus placet, cum *Wess.* et *Reiskio* τήνδε legerim, sed τήνδε γνώμην hanccne sententiam intellexerim, nec me admodum turbaverit id quod nimis abundanter adiectum *Wesselingio* videbatur, τὰ τυγχάνω φρονέουσα. *S.*

118. ἢν μὲν μὴ ἐπισχῇς) Xerxen patruus ante susceptam expeditionem frustra iam monuerat VII. c. 10, 6. [lin. 56.] ἐπισχεῖναι πᾶν πρῆγμα τίπτειν σφάλματα. Ad proxima, [lin. 59.] ἀλλὰ τὰς νῆας αὐτοῦ ἔχῃς, *Koenius* in literis, *coniecerem*, ait, σχῇς, *quia σχεῖν eo significatu, qui hic requiritur, saepe vel in hoc libro apud Herod. usurpatum occurrit.* [At ἔχῃς idem valet.] Artemisiae providentiam, probabilis dicentis, exagitat asperrime *Plutarchus* hoc mordaci dicto T. II. p. 870. A. ταῦτα μὲν οὖν μέτρων ἐνδεῖ τῷ Ἡροδότῳ, Σίβυλλον ἀποφῆναι τὴν Ἀρτεμισίαν, τὰ μέλλοντα προθεσπίζουσαν οὕτως ἀμφιβόλως. In rebus etiam humanis exercitati, *multa bene ac divinitus invenientes, Ex adyto tanquam vordis responsa dedere Sanctius, et multo certa ratione magis, quam Pythia, Delphobeve.* VALCK.

122. οὐ γὰρ οἷοί τε) Quod sequitur εἰσί τοι rectius me iudice scriptum legitur apud *Plutarchum* T. II. p. 869. ult. ἔσονταί τοι ἀντέχειν: a minus attento mutari potuit ob sequens διασκεδᾷς: sed hoc idem tempus est ac ἔσονται, veteri more scriptum, de quo *Piersonus* egit ad *Moer.* pag. 124. Herodotea dedit rariora *H. Steph.* in App. Thes. pag. 140. Illud autem, οὐ γὰρ οἷοί τε ἔσονται, usitatissima scribendi ratione, ponitur pro οὐ γὰρ δυνήσονται. [At perinde etiam commodum praesens tempus.] Distinguendum, ὅς οἱ, ἐς ὅδε τι εἰ; recte discrevit *Harpocration*, scribens τὸ ὅδε τι signiſicare δύναται. Pro πρὸς τε restituit *H. Steph.* ἢ οἷοί τε ἔσεσθε ἡμῖν συμπράξαι. *Xenophonti* Anab. lib. V. pag. 207,

32. Iudicent harum rerum periti recte-ne correxerim οἷόν τε ὄντα, pro οἷον λέοντα, in his *Philostrati* p. 812. de Achille loquentis, quem Chiron educator κολακεύει, - - - οἷόν τε ὄντα πτῶκας ἁρπάζειν, καὶ νεβροῖς συμπίτνεσθαι, *blandis verbis laudat, tanquam qui posset* etc. nam et ille *blandus* - - - *Mitibus alloquiis teneros mulcebat alumnos*: *Auson.* Eid. IV. 20. VALCK.

23. ἀλλὰ σοφίας διασχεδάς) Dedit fortasse *Herodotus*, Artemisiam ubique laudibus ferens, aliquid memoriae civis suae. An eandem, ut *Plutarchus* invidiose, Sibyllae vaticinanti aequiparavit? Graecorum res eo si loco et statu, qualem describi vidimus, fuerint; non opus Sibyllae ad coniectandum ingenio, perituras eas funditus, modo Persa ancipiti praelio supersederet, et bellum, missis ad Peloponnesum copiis, duceret. Id Themistoclem Aristidemque, in futuris coniiciendis sollertissimos, non fugiebat, neque ignotum reginae Halicarnassi. Verum abstineo; moneoque, in proximis [*lin.* 27.] ἀτρεμιεῖν τοὺς ἐκείθεν αὐτέων ἥκοντας ex *Ask.* oportunius, et *Plutarcho*, qui ἀτρεμήσειν, lectum videri. WESS.

24. οὔτε γὰρ σῖτος παρὰ σφίσι) πάρα σφίσιν, id est πάρεστιν, Herodoteo more scribendum vidit Doctiss. *Koenius*: idem ille suspicatur in proximis, [*lin.* 25.] pro οὔτε αὖ τοὺς οἰκοὺς, legendum οὔτε αὐτοῦ οἰκοὺς, *neque ibi*: vide mihi sequentia, τοὺς ἐκεῖθεν αὐτέων ἥκοντας: quae dum omittit *Plutarchus* non sane censeri potest tueri vulgatum αὐτοὺς. VALCK. — Sane quam probabilis, paene dixerim certissima emendatio, οὔτε αὐτοῦ - - - - ἀτρεμιεῖν τοὺς ἐκείθεν αὐτέων ἥκοντας. Sic frequenter in hac eadem narratione, αὐτοῦ μεῖναι, cap. 57 extr. αὐτοῦ μένων, c. 60, 26. εἰ μενέεις αὐτοῦ, c. 62, 3. Mox (*lin.* 28.) pro τῶν Ἀθηναίων, praestaret, fortasse τῶν Ἀθηνέων, ut saepius aliàs: ac possint αἱ Ἀθῆναι h. l. tam urbs *Athenae*, quam universa *Attica terra* intelligi. S.

31. ἐς θυμὸν βαλεῖν) Sic lib. VII. 51. ἐς θυμὸν ὦν βαλεῖν. Qui βάλλειν maluerint, Homereum σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσι Iliad. A. 297. adhibebunt. Quod *de heris ac servis* [*lin.* 32 *segq.*] *reginae* illi experientia non adversatur. Utile matronis praeceptum *Naumachii* apud *Stob.* Serm. LXXI. p. 438. ἓν. Μήτε κακὴ δμῳῇσι τεοῖς ἔσο· μήτε μάλ' ἐσθλὴ φαίνεο· ἡ μὲν γὰρ σὴν τιμὴν φθείρουσα, θράσει δεδιδᾶται· μάλ'

καννάβιος etc. in superioribus. Iustissimo deinceps iure Themistocles Adimanti inportunitatem castigat. Dixerat idem civibus, si *Iustino* fides II. 12., *Patriam municipes esse, non moenia; civitatemque non in aedificiis, sed in civibus positam*, et quidem verissime. Conf. *H. Grotium* de Iur. B. et Pac. II. 9, 7. Ceterum *Plutarch.* Themist. p. 117. E. Adimanti memoriae pepercit, nescio quem Eretriensem, sed Themistocle ex virtutibus ornatum, advocans. WESS. — De tono vocab. ἀπόλι, in penultima ponendo, vide *Var. Lect.* ad h. l. et ad I. 41, 3. *S.*

ιγ. Τότε δή) Scribendum, Τότε δὲ δὴ etc. Ad ista namque εἰ θεοί, Τότε μὲν ἠπίως πρὸς τὸν Κορίνθιον ἀμείψατο, haec respondent: Τότε δὲ δὴ ὁ Θεμ. κεῖνόν τε καὶ τοὺς Κορινθίους πολλά τε καὶ κακὰ ἔλεγε. Exacerbaverat inprimis Themistoclem Adimanti vox inconsiderata ἄπολιν ἄνδρα vocantis, qui *urbem*, ut canit Claudianus, *carinis Vexit, et arsuras Medo subduxit Athenas.* Apud *Suidam* in Ἀδείμαντος, Themistocles, τὴν πόλιν, ἄπολις, ἔχων σ' τριήρεις. Ex historico deperdito descripta quaedam huc spectantia habet egregia *Plut.* in Themist. p. 117. E. VALCK. — Potuerat commode adversativa δὲ particula ante δὴ adiici: sed ignorant eam libri, ne admodum quidem necessariam, quum praesertim istud Τότε μὲν cap. 60, 1. nimis longe hinc absit, ibidemque etiam continuo δὲ particula subiiciatur. *S.*

CAP. LXII. 2 *seq.* Σὺ εἰ μενεῖς αὐτοῦ) Errorem *Vallae* propagarunt correctores. Locum hic invenit ellipsis de elegantioribus: Σὺ εἰ μενεῖς αὐτοῦ καὶ μένων ἔσται σοι ἀνὴρ ἀγαθός· . . . . εἰ δὲ μή, ἀνατρέψεις τὴν Ἑλλάδα. *Tu si hic manseris, et manens rem bene gesseris*, sive *virum te praestiteris*; supplendum relinquitur σώσεις τὴν Ἑλλάδα, vel ὀρθώσεις, aut, si quis malit, quod plerisque locis veterum congruit, καλῶς, vel εὖ ἂν ἔχοι: prout hanc ellipsin supplet *Typhon* in libello περὶ Τρόπων nondum edito. Ellipsin illam, quamvis copiose tractaverint *H. Steph.* Anim. in *Corinth.* p. 33 seq. in *Xenoph.* p. 39. et *Casaub.* in *Athen.* p. 333, librorum tamen veterum Editores, minus attenti, lectoribus illam suis saepe designare neglexerunt. Unum hic ponam exemplum ex *Herodoto*, de vita *Hom.* c. 33. ubi veluti Eiresiones Homereae posuerunt hos enarmes duo versus Editores: (de *Barnesii* nihil hic dico licentia:) Ἔστιν δ' ἐν

χρόνῳ ἐμοὶ καὶ εἰ μέν τι δώσεις, εἰ δὲ μή, Οὐχ ἑστήξομεν· οὐ γὰρ συνοικήσοντες ἐνθάδ' ἤλθομεν. Ad priora pertinent ista, Ἕστηκε ἐν προθύροισι: tum sequitur aliud fragmen, cuius indicium praebet καὶ, constans duobus senariis legitimis, si sic nedum integrentur: Εἰ μέν τι δώσεις, ... εἰ δὲ μή, οὐχ ἑστήξομεν· Οὐ γὰρ συνοικήσοντες ἐνθάδ' ἤλθομεν. conf. *Athen.* VIII. p. 360. c. VALCK.

7. ἐς Σίριν τὴν ἐν Ἰταλίῃ) Ne confunderetur eum eiusdem nominis urbe Paeoniae, Σίρι τῆς Παιονίης c. 115., illa prudenter adiunguntur. *Italiae Siri*n iuris olim, et ante bellum Troianum quidem, Ionici atque adeo Atheniensium fuisse, *Lycophronis* Alexand. vs. 986. seqq. canit; cuius Scholiastes, ex veterum haud dubie commentis, superiorem possessione plura. Dissidet tamen *Strabo* lib. VI. p. 406. A. [p. 264. ed. Cas.] Ionasque, Lydorum dominatum vitantes, Sirin occupasse asseverat. Noster a *Lycophrone* proxime abest. Nuper vero, post *Cluverii* et *Salmasii* sollers studium, *Alex. Symmach. Mazochius* priscorum paene pugnantes sententias examinavit, Prodromi ad Heracleens. Psephism. p. 75. Oraculum, quod Themistocles ostentat, labentibus annis Atbenienses, ut colonos eam in Italiae partem deducerent, ac Thurios conderent, Siritidi vicinos, impulit apud *Diodor.* XII. 10. WESS.

Ibid. κομιούμεθα ἐς Σίριν) Urbe non nominata apud *Plutarch.* Themistocles T. I. p. 117. F. αὐτίκα πείσεται τὴς Ἑλλήνων, Ἀθηναίους καὶ πόλιν ἐλευθέραν καὶ χώραν οὐ χείρονα κεκτημένους, ἢς ἀπέβαλον: *Siritin* videlicet, si fertilitatem spectes, Attica multo meliorem. Ἀρχίλοχος ὁ ποιητὴς ὑπερεθαύμαζε τὴν χώραν τῶν Σιριτῶν διὰ τὴν εὐδαιμονίαν, cui dicitur ἐφάμερος εἶναι ἑρατὸς χῶρος ὁ ἀμφὶ Σίριος ῥοάς, apud *Athen.* XII. p. 523. De Illic *Timaeo* regionem istam tenuisse dicuntur etiam Colophonii; aliis Iones in genere nominantur. *Phil. Cluver.* Ital. Ant. lib. IV. p. 1274., de *Italiae Siri* multis agens, non recordabatur *Herodoti*, cui Italiota quoque Σίριος Damasus inter Agaristae procos memoratur lib. VI. c. 127. Quae Ionas habuerat incolas, de Siri dici poterat Themistocli ἡμετέρη ἐστὶ καὶ παλαιοῦ ἔτι. Vicina Sybaris, sive Thurium, Atheniensium fuit, ut notum est, nobilissima colonia. Ex *Hegesandri* commentariis narrat *Athen.* XIV. p. 666. A. ut ex *Athenaeo Eustath.* in Ἰλ. ω. p. 904. ἔστι Σύβαρις πόλις

εἰς Σύβαριν, καὶ καταστόντες τὴν Σιρῖτιν χώραν, *a perdicibus ἐκπλαγέντες - - - ἀπέπλευσαν.* VALCK.

CAP. LXIII. 2. ἀνεδιδάσκετο Εὐρυβιάδης) Metu praesertim Atheniensium μὴ σφίας ἀπολίπωσι. conf. *Plutarch.* in Themist. p. 117. F. Saepius Eurybiadem rationibus suis movit Themistocles, ut sententiam priorem mutaret; et hic ἀνεδιδάσκετο, non *edocebatur*, ut *Valla*, sed potius *dedocebatur*, sive *dedocendum se dabat* Themistocli: *dedoctus est*, *Oroeroni* restituit R. *Bentlei.* Tusc. II. c. 24. ἀνεδιδάχθη. Significat Ἀναδιδάσκεσθαι *sic priora dedoceri*, vel *dedocendum se praebere*, *ut quis alia discat istis contraria*: hoc sensu cepit ἀναδιδάξοντας *H. Steph.* in *Thucyd.* VIII. [c. 86.] p. 556, 42. Ad hoc Herodoteum non *Suidam* in Ἀναδιδάξαι, sed eumdem comparare potius debuerant in Ἀναρᾶσθαι, ἀντὶ τοῦ διακωλύειν τὴν γενομένην ἀρὰν· οὕτω Καλλιστθένης: ubi commodum *Killsterus* memorat *Cornelii Nepotis resecrare*, ex Alcib. c. 6. Eumolpidae et Ceryces ante coacti ἐπηράσαντο αὐτῷ, quod legitur apud *Suidam* in Ἐπηράσαντο. *Pollux* V. 130. τὸ ἐπαρασαμένους ἀναλύειν τὴν ἀρὰν Ἀναράσασθαι λέγουσι· βιαιότερον γὰρ τὸ Ἀνεύξασθαι: hoc bis minimum dabit *Plato* in Alcib. p. 148. B. παλινῳδεῖ - - - ἀνευχόμενος ἅττα (lege ἅττ' ἄν, ut p. 142. D.) τὸ πρῶτον εὔξηται. VALCK.

4. ἀναγαγεῖν τὰς νῆας) Quid-ni rediret quod Herodoteum habetur? Antea cap. 57. ὡς εἴη δεδογμένον ἀναγαγεῖν τὰς νῆας πρὸς τὸν Ἰσθμόν: et ἀνῆγον τὰς νῆας ἐπὶ τὴν Σαλαμῖνα cap. 70., etc. WESS.

CAP. LXIV. 1. Suavissimum ἔπεσι ἀμφιβολιεύμενος sibi geminum eiusdemque figurae habet λόγων ὠθισμὸν cap. 78. et IX. 26. WESS.

8. Αἰαντά τε καὶ Τελαμῶνα) Schedarum Αἴαντα τὸν Τελαμῶνος fulcire videtur c. 121. ubi soli *Aianti*, nulla patris *Telamonis* habita ratione, victores triremem ex manubiis mittunt Salaminem et dedicant. Qui voluerint, carum sequi auctoritatem poterunt: mihi non nihil dubii superest. De *Aeaco Aeacidisque* inploratis [*lin.* 9.] atque opitulatum arcessitis quaesitum lib. V. c. 80. WESS. — De *Aeaco* et *Aeacidis* consuli insuper possunt *Pausanias* lib. II. c. 29. et *Apollodor.* III. 11, 6. *Larchero* laudati. *S.*

CAP. LXV. 1 *seqq.* Ἔφη δὲ Δικαῖος *etc.*) Sub uno hoc teste nobis narratae fabellae, praeter *Plutarch.* T. I. p.

11ϑ. E. et *Schol. Aristoph.* Nub. vs. 301. aliosque, quater mentionem fecit homo valde superstitiosus, Sophista tamen Ἀττικώτατος, *Aristides*: primum Orat. in Bacch. T. I. p. 55. Μέσος, ait, τῶν ἱερῶν Φασμάτων (*Bacchus*) ἐξεφοίτησεν ἐν τῷ κινδύνῳ τῷ Μηδικῷ· οὕτω, τοῖς ὅλοις φιλάνθρωπος ὤν, ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας ἧκε: tum in Eleusinia Orat. I. p. 451. συνιούσης τῆς ναυμαχίας, ἐξεφοίτα μὲν ὁ Ἴακχος συνναυμαχήσων: in Themistoclis Encom. T. III. p. 350., et in Panathen. T. I. pag. 248. ubi multa memorans, quibus sola civitas Atheniensium inter Graecos laudem meruerit, μόνη, ait, φέρεται τὴν τοῦ πάντος κρίσιν - - καὶ - - τοῖς ἀπ' Ἐλευσῖνος φάσμασι. Ad ista prostat in Cod. *MS.* haec adnotatio *Scholiastae*, historiam non adhibito *Herodoti* volumine memoriter narrantis: τοῖς ἀπ' Ἐλευσῖνος φάσμασι) Ἄγκτος καὶ Δημάλατος, (corrige Διγκαῖος καὶ Δημάρατος: quae nomina docta manus posuit in ora libri Clar. *Burm.*) φυγάδες ὄντες καὶ μένοντες παρὰ Ξέρξῃ, ἔφησαν τῷ βασιλεῖ (*Herodoti* Demaratus, aulae mores edoctus in Persida, Dicaeo prudenter [infra, *lin.* 25.] dixerat, εἰγὰ·) καθ' ὧν ἂν ἔλθῃ ὁ κονιορτὸς οὗτος, πάντως ἡμῖνοι ἡττῶνται· ἦλθε κατὰ τῶν Περσικῶν τριήρων, καὶ διεκινδύνθη ἐν αὐταῖς· καὶ τιμήμενον (ἦν) τὸ μέλλειν νικᾶσθαι τὸν βασιλέα· γέγονε τοῦτο· ἦσαν δὲ ἀκούσαντες οἱ τῶν Ἀθηναίων μεμνημένοι ἀφανῶς καὶ ἀπροφάτως ἐκ δαιμονίου τινος τὸ ἐπίφθεγμα τὸ λεγόμενον ἐν τοῖς Ἐλευσινίοις. VALCK.

7. μάλιστά κη) Laudavi ἐκ τριῶν ἑτέων κου μάλιστα lib. VII. 22. quoniam nihil aptius Codd. offerebant. Alioqui μάλιστά κη Musae solent amare, lib. II. 75. IV. 174. VII. 30. Quo vero ritu sacroque clamore *Iacchum mysticum* [*lin.* 10.] vicesimo Boëdromionis die deduxerint initiati, operose *Io. Meursius* Eleusin. cap. 27. exsequitur. WESS.

10. τὴν φωνὴν εἶναι τὸν μυστικὸν Ἴακχον) Olim mihi facile persuadebam vocem hinc excidisse, sic restituendam: τὴν φωνὴν εἶναι (ᾀδόντων, vel ἐξαγόντων) τὸν Μυστικὸν Ἴακχον. Nunc paratus sum vulgata tueri. Prior illa conjectura locis nitebatur praesertim a *Io. Meursio* collectis in Eleusin. c. 27. Solebant initiati certo die mysteriorum Iacchum ex sacello suo, quod habebat in Ceramico, deducere Eleusina, magno clamore et strepitu, *Iacchum* cantantes, aut hymnum sacrum, qualem, neglectum *Meur-*

sio, dabit *Aristoph.* Ran. vs. 401. et seqq. Ἴακχε πολυτίμητε - - - Δεῦρο συνακολούθει Πρὸς τὴν θεὸν, καὶ δεῖξον ὡς Ἄνευ πόνου πολλὴν ὁδὸν περαίνεις· Ἴακχε Φιλοχορεύτα· συμπρόπεμπέ με. Tot mystarum vocibus excantatus laetus per viam sacram cum illis procedebat Iacchus, quos ut is ἐξάγειν in *Aristoph.* Ran. 354. sic illum verius ἐξάγειν dicebantur: in *Schol.* ad Ran. vs. 326. Boëdromionis memoratur ἡ εἰκὰς, ἐν ᾗ τὸν Ἴακχον ἐξάγουσι: ter quaterve, τὸν μυστικὸν Ἴακχον ἐξάγειν, legitur apud *Plutarch.* Vid. *Casaub.* in *Athen.* V. c. 14. Nihil interest utrum dicatur *dies*, ᾗ τὸν μυστικὸν Ἴακχον ἐξάγουσιν, ἢ ᾗ τὸν Ἴακχον ᾄδουσι. *Schol.* ad Ran. vs. 324. οἱ μεμυημένοι ᾄδουσι τὸν Ἴακχον: *Hesych.* Ἰακχάζειν, in voc. Δι' ἀχορᾶς, interpretatur ᾄδειν τὸν Ἴακχον. Sed *Ode sacra*, quam cantabant, ipsa quoque dicebatur Ἴακχος. *Hesychius* in Ἴακχον: καὶ ἡ ᾠδὴ, ἣν οἱ μεμυημένοι ᾄδουσι. Apud *Suidam* in voc. ὁ Ἴακχος ἠκούσθη ἐκ τοῦ Θριασίου πεδίου, ὑμνούμενός τε καὶ ᾀδόμενος. Hoc sensu *Herodoti* dicebat Dicaeus οἱ φαίνεσθαι τὴν φωνὴν εἶναι τὸν μυστικὸν Ἴακχον, *clamorem* [*illum*] *esse mysticum Iacchum*; quo, ut ait paulo post, [*lin.* 24.] *in magna festi die*, *isthoc utuntur die festo*, *Iacchum agentes inclamantes*. VALCK.

16. εἰὸν, ἰὼ τιμωρίαν) *Pavii* et *Bergleri* coniecturam schedae *Passion.* certam praestant, tum narrationis cohaesio et *Aristides*, quem in re manifesta non describo, Or. Eleusin. pag. 258. Adfinitas, quae *Ἰὸν* et *ἰὼ* iungit, confusionem peperit lib. I. 157. et lib. V. 59. ubi vide. WESS.

21. ἀνὰ πάντα ἔτη τῇ Μητρὶ) His inhaereo. *Cererem*, *Mysis* titulo lib. IV. 53. nobilem, describi, dubitabit nemo. Adprime autem opportuna sunt ad *annuum* maiorum *mysteriorum tempus* stabiliendum, cupideque propterea, neque inutiliter, oppugnando *Scaligero*, quinquennii spatium illis designanti, a *D. Petavio* ad *Themistii* Or. V. p. 411. et *Ism. Bullialdo* in *Theonis Smyrn.* Mathemat. pag. 218. admota. Ceterum ἰαχάζουσι [*lin.* 25.] Scholiastes interpretatur, λέγουσι, φωνοῦσι, ob inconditum opinor clamorem, latebam saepius resonantem: neque enim pagana superstitione φωνήεις indicare solebat. In *Suida* Ἰαχεδάνους, λέγους, βοῶντας, Ἡρόδοτος: et in Lexic. *Bibl. Coisilinianae* pag. 254. pro quo olim Φρυάττους, malebam, nunc φλυαροῦσι ex glossis *Herod.*, quas ambo descripserant, *Hesychio* simile se insinuavit peccatum. WESS.

Ibid. τῇ Μητρὶ καὶ τῇ Κόρῃ) *Matri et Liberae quotannis hos dies festos Athenienses celebrasse*, quod vir summus negaverat, hinc et aliunde *Petavius* ostendit ad *Themist.* p. 411. De minoribus aeque ac maioribus Mysteriis eodem anno vertente actis vid. Cl. *Wesseling.* ad *Diodor.* T. II. p. 485. [ad lib. XX. c. 110.] Hic Cl. *Gronov.* ex *Med.* Cod. Ionicam Proserpinae dare potuerat nominis formam Κούρη. Loci non recordor Scriptoris antiqui, quo iunctim αἱ μεγάλαι θεαὶ, sive ἡ πρεσβυτέρα θεὸς καὶ ἡ νεωτέρα, dicantur *Mater* et *Libera*: veterem esse opinionem scribit *Cicero* IV. in Verr. c. 48. *Siciliam totam esse Cereri et Liberae consecratam, - - - et raptam esse Liberam - - - ex Ennensium nemore. Matrem Ennaeam* attigit *I. F. Gronov.* in Observ. pag. 126. Ceres μᾶ γᾶ dicitur *Aeschylo* Suppl. vs. 897. Ennae praesidii praefectus *L. Pinarius* apud *Livium* XXIV. 38. *Kos*, ait, *Cenes mater ac Proserpina, precor.* Harum Dearum, velut ab Eleusiniis ducta, mysteria coluerunt ab antiquissimis usque temporibus *Meursio* non memorati Messenii sub nomine τῶν μεγάλων θεῶν: alibi in Peloponneso αἱ μεγάλαι θεοὶ erant Δημήτηρ et Δέσποινα: haec autem non Iove nata et Cerere, sed filia Neptuni: quia mater huius quoque puellae multo certior erat, saepius illam Δηοῦς κόρην dixerunt; vid. ill. *Spanhem.* in *Callim.* Hymn. Cerer. vs. 133. *Callimachus* fragm. *Bentl.* 48. dixit illam non Δηϊώνην, sed procul dubio Δηοΐνην: forma usitata, qua innotuerunt Ὠκεανίνη, Εὐνίνη, Ἀδρηστίνη, Θεανστίνη, Φιλακαείνη: ultimum ex Inscript. Corcyr. in Diar. Ital. *Montfaucon.* p. 422., qui multa reliquit in illis corrigenda, in vicinae pag. Inscript. 7. versum etiam quartum: Ὀστία δ' ἐν τάφρῃσιν ἔτυμον κείρεσαν. VALCK.

33. ἐπὶ τὸ στρατόπεδον τὸ τῶν Ἑλλήνων) Abesse non debent *Aristidis* T. I. p. 258. verba: νίφος δὲ ὁρμηθὲν ἀπ' Ἐλευσῖνος καὶ ὑψωθὲν ὑπὲρ τῶν νεῶν, ἐγκατέκλυσεν εἰς τὰς τῶν βαρβάρων ναῦς ἅμα τῷ μίλτῳ τῷ μυστικῷ. Sic Cl. *Iebbius* ex schedis *Baroccianis*, me iudice, inprudenter. Illa τῶν βαρβάρων adspisci non erat ex usu, quippe indocti litteratoris additamentum. Nostri Vrania, ad quam amandamur, diligentius inspecta, turpe scholion iugulasset. WESS.

CAP. LXVI. [1. Οἱ δὲ ἐς τὰν Ἐλέξεω ναυτικὸν etc.) Cohaerent haec cum superiori cap. 24. *S.*]

5. Ὡς μὲν ἐμοὶ δοκέειν) Voculam hic vellem libri scripti darent Herodoteo more interiectam, Ὡς μέν νυν ἐμοὶ δοκέειν. VALCK. — Ignorant particulam libri: promiscue vero *Herodotus* modo adhibere huiusmodi coniunctivas particulas, modo ἀνυπόπτῳ uti amat oratione. *S.*

7. τῆσι νησὶ ἀπικνέμενοι) Ultimum si praeter *Arch.* plures proscriberent, in exilium sine sententiae damno posset abire. Verius est ἢ ἐπί τι Σηπιάδα, et necessarium ob Scriptoris consuetudinem. Ἐπὶ et ἐπὶ facillime permutantur. Numerum Persicae multitudinis ad Sepiadem dedit lib. VII. 186. WESS. — Pro ἐπεί τε Σηπιάδα *Koenius*, duabus literis repetitis, corrigebat ἐπεί τι ἐς Σηπ. ἀπίκοντο. VALCK.

15. πλὴν τῶν νέον πολίων) *Insularum*; Naxi, Meli, Siphni, Seriphi et Cythni c. 46.; quas πόλεις, *civitates*, eo more de quo *Harpocration* in Κεῖοι et Adnotat. ad *Itiner. Antonini* p. 523., adpellat. Supra lib. III. 139. insula Samus πολίων πασέων πρώτη: et lib. I. 141. Parum autem refert, sive ἐπεμνήσθην [*lin.* 16.] singulari, an ἐπεμνήσθημεν multitudinis numero, pingatur; etsi prius *Herodoto* consuetius, atque ita Codd. scripti cap. 95. τοῦ καὶ ὀλίγῳ πρότερον τουτέων ἐπεμνήσθην. WESS. — Ex uno codice non mutassem vulgatum ἐπεμνήσθην: illinc distat Nostro frequentata formula πρῶτος τῶν ἡμεῖς ἴδμεν. VALCK.

16. Verbo προσίβαινε recte literam detrahunt, προσίβαίνε scribentes. *Reiskius* et *Koenius*. VALCK.

CAP. LXVII. 3. τῇ ἀποβήσεται) Gemino in negotio παραδοκέοντες τὸν πόλεμον, ἢ πείσεται lib. VII. 163. et 169. At lib. I. 32. σκοπέειν δὲ χρὴ - - - κῇ ἀποβήσεται, sinuti hic tres scripti. Res momenti videbitur exigui, nec negligenda tamen, neque improbanda. Κῇ sumi poterit ex *Etymolog.* p. 682. fin. at mox [c. 68, 17.] iterum τῇ ἀποβήσεσθαι. [Vide *Var. Lect.*] Insequens ἰθέλων σφι συμμίξαι [*lin.* 5.] rediturum c. 79., *colloquendi sermonesque miscendi* desiderium indicat. WESS.

CAP. LXVIII. 4. Εἶπαί μοι πρὸς βασιλῆα) Nolo obluctari membranarum consensioni morique Herodoteo, qualis Ὦ ξεῖν' ἀγγέλλειν Λακεδαιμονίοις, lib. VII. 228. [ubi vide Adnot. ad lin. 9.] et passim alibi. Redundantia pronominis dictioque tota Homereum spirat *Iliad.* Ξ'. 501.

εἰπάμεναί μοι Τρῶες: ubi *Eustath.* ἐν δὲ τῷ εἰπάμεναί μοι Τρῶες, ἀντὶ τοῦ εἴπατε, περιττὸν δοκεῖ τὸ μοι κεῖσθαι. Quo quidem pleonasmo nihil omni in lingua, recte *Rittershusio* ad *Oppiani* Cyneget. I. 89. docente, receptius. WESS. — Pro Εἰπά μοι scripsisse Herodotum suspicor cum *Koenio* Εἶπαί μοι, [scil. aoristo primo infinitivi,] quia εἰπεῖν codex habet *Med.* Sic autem Nostro adhiberi ἀπαρέμφατα [i. e. *infinitivos*,] *Portus* docebit. [Vide *Porti* Lexicon ionicum, titulo Ἀπαρέμφατα ἀντὶ τῶν Προστακτικῶν, ubi et alia multa collecta exempla, et hoc cum adiecto μοι pronomine, τὸ δέ μοι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα στρατεύεσθαι, ex lib. III. c. 134, 24.] Supra, lib. II. cap. 90. perperam κατιπτῖν ex *Med.* posuerat *Gron.* pro Ionico κατεῖπαι. Ionica certe sunt quae toties apud *Herod.* recurrunt, εἶπαι· εἶπα· εἶπαν· εἶπας. Alexandrinae sunt Dialecti, praeter εἶπα et εἶπαν, ἦλθαν· ἔφυγαν· ἔλαβαν· ἔλιπαν· ἔπεσαν: quae frequentata leguntur in Alexandrina versione V. T. et apud perpaucos illos, quos habemus superstites eadem dialecto pura usos: in aliis veterum monumentis quod hic illic tale legitur, corrigi debet. ἔπεσαν recte fuit ex *Herodoto* quoque sublatum huius *Ed.* p. 447, 71. [VI. 21, 11.] ut ex versu *Philemonis* a *Bentleio* pag. 131. οὐ γὰρ ἐν χρήσει τὸ ἔπεσα, vere scribit *Schol.* in *Aristoph.* Av. vs. 841. Sed in *Orphei* qui dicitur Argonaut. ab auctore positum puto vs. 519. ἐν δ' ἔπεσαν, sicut vs. 116. εἶδε: hic sorex suis se saepe prodit indiciis. VALCK.

5-8. οὔτε κακίστη γενομένην - - - οὔτε ἐλαχίστα ἀποδεξαμένην, δέσποτα. τὴν δὲ ἰοῦσαν γνώμην etc.) Ista mihi rectius scripta, quam vulgantur, codex praebere videtur *Med.* et qualia legit *Valla*: οὔτε κακίστην γενομένην, - - - οὔτε ἐλαχίστα ἀποδεξαμένην, δέσποτα, τὴν ἰοῦσαν γνώμην μὴ δικαίῳ ἔστι ἀποδοκιμάσαι. Facile liquet cur voculam δὲ interseruerint; qua eiecta, τὴν ἰοῦσαν γνώμην interpretor *veram animi mei sententiam*, ex *Herodoti* more loquendi. VALCK. — Quae *Artemisia* ad *Xerxem* referri postulat, fide Codicum sic optime procedent: οὔτε κακίστην γενομένην - - - οὔτε ἐλαχίστα ἀποδεξαμένην, δέσποτα, τήνδε ἰοῦσαν, γνώμην με etc. *me neque ignavissimam*, - - - *neque paucissimis defunctam facinoribus, domine, me talem, aequum est* etc. Namque, τὴν δὲ ἰοῦσαν ad γνώμην aptari, sequentia τὰ τυγχάνω φρονεοῦσα, eadem utique futura, prohibent. Partem ho-

rum disputando nactus est Cl. *de Pauw*, cetera, damnata violentiore coniecturâ, nuper Clar. *Reiskius*. WESS. — Istud τήνδε ἰοῦσαν, *Reiskius* in Animadvers. editis proposuit, interpretatus *me quam hic vides*: cogitaverat etiam *talis cum sim*, (sive, ut *Wess.* ait, *me talem*;) sed in hanc sententiam pulcre ille viderat oportuisse τοιήνδε ἰοῦσαν. At τὴν δὲ (de quo quidem in *Var. Lect.* monere oblitus eram) divisis vocibus praeferunt libri, quod sciam, omnes: ubi equidem cum *Valck.* et *Schaef.* abiiciendam δὲ particulam putavi: quod si minus placet, cum *Wess.* et *Reiskio* τήνδε legerim, sed τήνδε γνώμην *hancce sententiam* intellexerim, nec me admodum turbaverit id quod nimis abundanter adiectum *Wesselingio* videbatur, τὰ τυγχάνοντα φρονέουσα. *S.*

118. ἢν μὲν μὴ ἐπισχῇς) Xerxen patruus ante susceptam expeditionem frustra iam monuerat VII. c. 10, 6. [lin. 59.] ἐπισχεῖναι πᾶν πρῆγμα τίκτειν σφάλματα. Ad proxima, [*lin.* 59.] ἀλλὰ τὰς νῆας αὐτοῦ ἴσχῃς, *Koenius* in literis, *conieceram*, ait, σχῇς, *quia* σχεῖν *eo significatu, qui hic requiritur, saepe vel in hoc libro apud Herod. usurpatum occurrit.* [At ἴσχῃς idem valet.] Artemisiae providentiam, probabilia dicentis, exagitat asperrime *Plutarchus* hoc mordaci dicto T. II. p. 870. A. σαῦτα μὲν οὖν μάτρων ἐνδεῖ τῷ Ἡροδότῳ, Σίβυλλον ἀποφῆναι τὴν Ἀρτεμισίαν, τὰ μέλλοντα προθεσπίζουσαν οὕτως ἀμφιβόλως. In rebus etiam humanis exercitati, *multa bene ac divinitus invenientes, Ex adyto tanquam vordis responsa dedere Sanctius, et multo certa ratione magis, quam Pythia, Delphobeve.* VALCK.

122. οὐ γὰρ οἷοί τε) Quod sequitur εἰσί τοι rectius me iudice scriptum legitur apud *Plutarchum* T. II. p. 869. ult. ἔσονταί τοι ἀντέχειν: a minus attento mutari potuit ob sequens διασπάσαι: sed hoc idem tempus est ac ἔσονται, veteri more scriptum, de quo *Piersonus* egit ad *Moer.* pag. 124. Herodotea dedit rariora *H. Steph.* in App. Thes. pag. 140. Illud autem, οὐ γὰρ οἷοί τε ἔσονται, usitatissima scribendi ratione, ponitur pro οὐ γὰρ δυνήσονται. [At perinde etiam commodum praesens tempus.] Distinguenda, οἷος ἄ, ἐς οἷός τε εἰ, recte discrevit *Harpocration*, scribens τὸ μὲν τοῦ τε σημαίνειν δύναται. Pro πρὸς τε restituit *H. Steph.* πρὸς τοῦτο ἐστὶ τὸ ἡμῖν συμπράξαι *Xenophonti Anab.* lib. V. pag. 307.

32. Iudicent harum rerum periti recte-ne correxerim οἷόν τε ὄντα, pro οἷον λέοντα, in his *Philostrati* p. 812. de Achille loquentis, quem Chiron educator κολακεύει, - - - οἷόν τε ὄντα πτῶκας ἁρπάζειν, καὶ νεβροῖς συμπίπτεσθαι, *blandis verbis laudat, tanquam qui posset* etc. nam et ille *blandus* - - - *Mitibus alloquiis teneros mulcebat alumnos*: *Auson.* Eid. IV. 20. VALCK.

23. ἀλλὰ σοφίας διασκεδάς) Dedit fortasse *Herodotus*, Artemisiam ubique laudibus ferens, aliquid memoriae civis suae. An eandem, ut *Plutarchus* invidiose, Sibyllae vaticinanti aequiparavit? Graecorum res eo si loco et statu, qualem describi vidimus, fuerint; non opus Sibyllae ad coniectandum ingenio, perituras eas funditus, modo Persa ancipiti praelio supersederet, et bellum, missis ad Peloponnesum copiis, duceret. Id Themistoclem Aristidemque, in futuris coniiciendis sollertissimos, non fugiebat, neque ignotum reginae Halicarnassi. Verum abstineo; moneoque, in proximis [*lin.* 27.] ἀτρεμιεῖν τοὺς ἐκεῖθεν αὐτέων ἥκοντας ex *Ask.* oportunius, et *Plutarcho*, qui ἀτρεμήσειν, lectum videri. WESS.

24. οὔτε γὰρ τῖτος παρὰ σφίσι) πάρα σφίσιν, id est πάρεστιν, Herodoteo more scribendum vidit Doctiss. *Koenius*: idem ille suspicatur in proximis, [*lin.* 25.] pro οὔτε αὖ τοὺς οἰκοὺς, legendum οὔτε αὐτοῦ οἰκοὺς, *neque ibi*: vide mihi sequentia, τοὺς ἐκεῖθεν αὐτέων ἥκοντας: quae dum omittit *Plutarchus* non sane censeri potest tueri vulgatum αὐτούς. VALCK. — Sane quam probabilis, paene dixerim certissima emendatio, οὔτε αὐτοῦ - - - - ἀτρεμιεῖν τοὺς ἐκεῖθεν αὐτέων ἥκοντας. Sic frequenter in hac eadem narratione αὐτοῦ μενέειν, cap. 57 extr. αὐτοῦ μένων, c. 60, 26. εἰ μενέεις αὐτοῦ, c. 62, 3. Mox (*lin.* 28.) pro τῶν Ἀθηναίων, praestaret fortasse τῶν Ἀθηνέων, ut saepius aliàs: ac possint αἱ Ἀθῆναι h. l. tam urbs *Athenae*, quam universa *Attica terra* intelligi. *S.*

31. ἐς θυμὸν βαλεῦ) Sic lib. VII. 51. ἐς θυμὸν ὧν βουλῇ. Qui βάλλεσθαι maluerint, Homereum σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσι Iliad. A. 297. adhibebunt. Quod *de heris ac servis* [*lin.* 32 *segq.*] regina illi experientia non adversatur. Utile matronis praeceptum *Naumachii* apud *Stob.* Serm. LXXI. p. 438. ἢν. Μήτε κακὴ δμῳήσι τεοῖς ἔσο· μήτε μάλ' ἐσθλὴ φαίνεο· ἐπίστροφοι γάρ σφι πᾶσι μῆκος φέρονται. Θάρσει δειδίσσεσθαι μάλ'

ἐπικρατέουσιν ἄναχτες. Sed in hac domesticae disciplinae procuratione fines pauci regunt prudenter. WESS.

35 *seq.* Ubi ab Halicarnassensi Regina tanquam imbelles enumerantur cum Xerxe militantes Αἰγύπτιοί τε, καὶ Κύπριοι, καὶ Κίλικες, καὶ Παμφυλοι, locum invenit observatio *Demetrii περὶ Ἑρμ.* §. 63. [scilicet repetitas particulas conjunctivas robur quoddam addere orationi: quae tamen observatio non admodum huius est loci.] Quod addit bellatrix, τῶν ὄφελός ἐστι οὐδέν, vehemens adparebit maledictum inversam spectanti locutionem. ὧν τι καὶ ὄφελός ἐστι, sunt *praestantissimi* poetarum apud *Aelian.* de Nat. An. XIII. c. 4. non *quorum usus est:* neque *Canter.* intellexit in *Aristid.* T. III. pag. 686., διὰ πάντων ἐπιδέδεικται καὶ ποιητῶν καὶ ῥητόρων καὶ στρατηγῶν καὶ ὧν τι ὄφελος ἐν Ἕλλησιν: voculà scribendum transpositâ, ὧν τι καὶ ὄφελες: *exemplis praestantissimorum apud Graecos poëtarum, oratorum, Imperatorumque fuit demonstratum.* Exquisitas formulas, ὅ, τι περ ὄφελος ἦν, et ὅ, τι περ ἄνθος ἦν, illustravit Celeberr. *T. Hemsterhusius* in *Luciani* Timon. [c. 55.] p. 171. Paululum diversa miscuit *L. Küster.* in *Aristoph.* Eccles. vs. 53. VALCK.

CAP. LXIX. 4. ὅτι οὐκ ἐᾷ) Cuncti ita: multo rectius οὐκ ἔα. WESS. — Accentu scriberem retracto, ὅτι οὐκ ἔα: *quia dissuadebat:* vid. ad lib. II. c. 30. Sed est et illud apud *Herod.* vetantis; nam ἡ Πυθίη οὐκ ἔα, IV. 164. et ὁ θεὸς οὐκ ἔα κινέειν, VIII. 36. quorum tum non recordabar. VALCK. — At, cur potissimum in praeterito tempore positum verbum mallemus quam in praesente, nullam equidem vidi caussam. *S.*

Ibid. οἱ δὲ ἀγαιόμενοι) Ἀγαιομένους hos *Eustathius* ad Iliad. Ω'. p. 1363, 9. [p. 1501, 1. ed. Bas.] illustravit, multisque aliis Commentariorum locis. Vide clar. *Valcken.* supra ad lib. VI. 61. WESS.

5. Retinui τετιμημένης, obsecundans praestantissimis membranis. Caussam *Gronovius* exponet. WESS. — Placet etiam mihi ἅτε ἐν πρώτοισι τετιμημένης. VALCK. — Recte monuerat *Gronov.* solere sic Herodotum absolute loqui, i. e. genitivum absolutum ponere, non observato casu praecedente, cui adaptandus videri poterat casus participii. Sic VIII. 90, 3 seq. διέβαλλον τοὺς Ἴωνας, - - - ὡς προδόντων. Rursus c. 198, 19 - 22. πάντα τὰ κατὰ Εὐρώπην - - - ἤτοι μέλ-

παραπίνων γε, ἢ πρὸ τούτου ὁμολογούντων. Et sic frequenter admodum alibi. *S.*

[6. ἐτέρωντο τῇ κρίσι) Ἀνάκρισις nil aliud, quod sciam, significat, nisi *percunctationem, examen, explorationem;* ut apud Nostrum III. 53, 8. si vera ibi scriptura. Cui vocabulo quum non vidissem quo pacto commodus hic esset locus; commodius istud recepi, quod codices nonnulli offerebant. Miror tamen quid sit quod in insolentius illud ἀνακρίσι maior codicum numerus consentiat. *S.*]

10. τοῖσι πλέοσι πείθεσθαι ἐκέλευε τάδε, κατα δόξας πρὸς μὲν etc.) [Commodius sic distingui orationem putavi, ut τάδε (i. e. κατὰ τάδε, *hac in re*) ad πείθεσθαι referretur. Quum πλέοσι olim pro πλέοσι esset vulgatum, monuit WESS. „turpem detersam esse maculam, post *Aldi* et *Camerarii* „aetatem Editis adspersam." *S.*] — Vidit meliora Xerxes; hominum more fecit, deteriora secutus. VALCK.

CAP. LXX. 1. Pro olim vulgato Ἐπεὶ δὲ scripsi ex codicibus Ἐπειδὴ δὲ, quod et aliàs factum (uti II. 2. VII. 36. etc.) recordor. WESS.

Ibid. παρήγγελλον ἀναπλώειν) Scribendum puto παρήγγελλεν, nempe Xerxes, qui tum aderat. VALCK. — In sing. παρήγγελλε absque ν in fine scripturus fuerat Herodotus. Pluralem tenent libri omnes; ubi intelligi debebit, duces cuiusque nationis signum dedisse suis. *S.*

5. Quod addit, τοὺς δὲ Ἕλληνας εἶχε δίος τε καὶ ἀμφοδίη, hoc tamen vellicare non ausus est *Plutarchus.* Militem, ἐν τῷ ἔργῳ intrepidum, ante instans praelium humanitatis congruum tale δίος non dedecet. VALCK.

CAP. LXXI. 5. τοὺς ἀμφὶ Ἀσωνίδεα) Saepe superiore libro τὸν Ἀσωνίδην formarunt exscriptores, communiorem amplexi adsuetudinem, eum τὸν Ἀσωνίδεα, ut hinc et ex c. 15. liquet, debuissent: idem crebro in τὸν Εὐρυβιάδην et alios designarunt. Τὴν Σκιρωνίδα ὁδὸν, [*lin.* 9.] quam obstruxerunt Graeci, *Pausanias* Σκιρώνην dici, atque ex Megaride per Scironias rupes, ad Isthmum ducere, lib. I. 44. p. 107. et *Strabo* IX. p. 600. A [pag. 391. ed. Cas.] monuerunt. WESS.

7. ἐς τὸν Ἰσθμὸν ἵζοντο) *Sessum ibant in Isthmum:* haud eum venissent mox dicuntur usitata structura ἱζόμενοι ἐν τῷ Ἰσθμῷ. Est in talibus etiam Noster accuratissimus: ἵ

c. 190., ἰζομένην ἐς ἱρὸν Ἀφροδίτης, non bene vertit *Valla*; nec III. c. 140., ἵζετο ἐς τὰ πρόδυρα τῶν βασιλήος οἰκίων. Apud *Thucyd.* III. c. 75. καθίζουσιν ἐς τὸ τῶν Διοσκούρων ἱερόν, et καθίζουσιν ἐς τὸ Ἡραῖον ἱκέται, *templum Castorum*, et *Iunonis ingressi*, *illic sedent supplices*. Xenoph. Ἑλλ. VII. pag. 563, 53. οὐδὲ εἷς τὸ συνέδριον ἤθελε καθίζειν, *in synedrium sessum ire nolebat*. Latissime patet loquendi genus, tractatum ad *Schol.* in *Aristoph. Plut.* pag. 456. [Conf. ad c. 60, 12. notata.] In Isthmo congregatis praefectus *Imperator Spartiata Cleombrotus*, paulo post mortuus iuxta *Herod.* IX. c. 10., raro veteribus commemoratur, patrem licet Regem habuerit, fratremque nobilissimum Leonidam. Dum in exstruendo muro tot hominum millia velut pro se quisque facerent opus, ἤνετο [*lin.* 12.] τὸ ἔργον: hoc recipiet *Herod.* ut suum recuperavit I. 189. οἷα δὲ ὄχλου πολλοῦ ἐργαζομένου ἤνετο τὸ ἔργον. In sequentibus: [*lin.* 14 *seq.*] καὶ ἐλίνυον οὐδένα χρόνον οἱ βοηθήσαντες ἐργαζόμενοι: postremum pertinet ad ἐλίνυον, vel potius ἐλίνυον: οὐδένα χρόνον ἐλίνυον (id est ἐπαύοντο) ἐργαζόμενοι. Liquida duplicata legitur supra VII. c. 56. ἐλιννύσας οὐδένα χρόνον, ubi *Suidas* tamen [cum melioribus codd.] dat ἐλινύσας in voc. Ἐλινύοντας. Hanc scripturam, ut accuratiorem, nuper adprobavit Vir eximius Io. *Aug. Ernesti* ad *Callim.* p. 243. alia de hoc verbo dederunt *P. Leopard.* Em. I. p. 29. et *Io. Pierson* ad *Moer.* p. 161. VALCK. — Conf. Adnot. ad I. 67, 26. *S.*

12. ἤνετο τὸ ἔργον) Sic planissime lib. I. 189. οἷα δὲ ὁμίλου πολλοῦ ἐργαζομένου, ἤνετο μὲν τὸ ἔργον. [Conf. Adnot. ad VII. 20, 3.] Peccat autem *Med.* voces καὶ πλίνθοι omittendo, neque dignus patrocinio erat arcessito. Melius ἐσεφορέοντο [*lin.* 14.] de dialecti usu schedae, et [*CAP. LXXII.* 1.] οἱ δὲ βοηθήσαντες *Eustathius*. Idem in vicinis [cap. 71, 15. et c. 72, 5.] olim fuisse, nullum mihi dubium, cui ducis Codicumque indicio destitutus, sedem illibatam relinquo, quamquam invitus. Vide supra c. 1. WESS. — Conf. Var. Lect. ad c. 72, 1. *S.*

CAP. LXXIII. 1 *seqq.* Οἰκίεε δὲ τὴν Πελοπόννησον ἔθνεα ἑπτὰ *etc.*) De his *septem Peloponnesi gentibus* agens hoc capite *Herod.* nonnulla tradit, quae vix, ut puto, reperientur apud alios, et ne apud *Strabonem* quidem vel *Pausaniam*. *Galeus* in Nota ad Septem istas gentes Peloponnesi,

videtur, ait, *Homerus sex tantum agnoscere.* Totidem occurrent Boeotiam exigenti: sed τὰ Ὁμήρου σκέψεως δεῖται κριτικῆς ποιητικῶς λέγοντος, καὶ οὐ τὰ νῦν, ἀλλὰ τὰ ἀρχαῖα, ὧν ὁ χρόνος ἠμαύρωκε τὰ πολλά, iudice *Strabone* lib. VIII. pag. 513. A. [pag. 332. ed. Cas.] cui isto libro sex praecipuae regiones enarrantur Peloponnesi, *Elis*, *Messenia*, *Laconice*, *Argolis*, *Achaia* et *Arcadia*: septem alii constituunt et *Scymnus Chius* vs. 515 et seqq.; quinque *Thucydides* lib. I. cap. 10. Πελοποννήσου τῶν πέντε τὰς δύο μοίρας νέμονται, (Lacedaemonii, Laconicam nempe et Messeniacam) τῆς τε ξυμπάσης ἡγοῦνται: quae postrema non significant *totius Peloponnesi principatum obtinuisse* Lacedaemonios, sed bello communi ceteris fuisse duces, ἡγεμόνας, ut erant bello Persico ipsis etiam Atheniensibus: minus cogitata scripsit *I. Wasseus* ad *Thucyd.* [VIII. 15.] pag. 514. n. 32. Verum hic *non regiones, sed diversas* enumerat *Herodotus Peloponnesi gentes.* Nam una de septem illis, *Dorienses*, [*lin.* 8.] quorum hîc tantum fuisse dicuntur πολλαί τε καὶ δόκιμοι πόλιες, tres tenebant Peloponnesi partes amplissimas, Argolida, Laconicam, et Messeniam, quarum veteres incolas eiecerunt victores: vid. *Isocrat.* pag. 119, 120. 270. A. 286. A. *Pausan.* pag. 140, 151. *Io. Meurs.* de Regno Lac. c. 6. Misc. Lac. III. c. 9. *Arcadas* [*lin.* 3.] Dorienses et Heraclidae suis expellere montibus aut non potuerunt, aut religione quadam obiecta non sunt ausi: callidum Cypseli Regis consilium, *Polyaeno* traditum I. cap. 7., multis enarrat *Scholiastes* ined. in *Aristid.* nisi sola vera fuerit causa, quam attigit celeberr. *Wess.* ad *Diodor.* [Fragm. VI.] T. II. p. 635. Velut αὐτόχθονας *Arcadas in avitis sedibus* ab ultima hominum memoria *permansisse*, tres testantur historici principes *Herod.* II. c. 171. *Thucyd.* in Prooemio, et *Xenoph.* Ἑλλ. VII. p. 361, 16. ubi civibus suis animos indit Lycomedes λέγων, ὡς μόνοις μὲν αὐτοῖς Πελοποννήσου πατρὶς εἴη· μόνοι γὰρ αὐτόχθονες ἐν αὐτῇ οἰκοῖεν. Hanc tamen honoris praerogativam secundum *Herodotum* sibi quoque vindicare poterant *Cynurii*, [*lin.* 4.] et quodam modo *gens Achaica*, peninsulâ certe patriâ non eiecta; nam ἐκ μὲν Πελοποννήσου οὐκ ἐξεχώρησε, ἐκ μέντοι τῆς ἑωυτῶν· οἰκίει δὲ τὴν ἀλλοτρίην. Vid. *Strabo* VIII. p. 514. B. 588. B. *Pausan.* VII. p. 522, 523. Sed initio libri quinti *Pausanias*, *Herodoti* ve-

stigia sequutus, Γίνη, inquit, οἰκεῖ Πελοπόννησον, Ἀρκάδες μὲν αὐτόχθονες, καὶ Ἀχαιοὶ· καὶ οἱ μὲν ὑπὸ Δωριέων ἐκ τῆς σφετέρας ἀνέστησαν, οὐ μέντοι Πελοποννήσου γε ἐξεχώρησαν: tum de quatuor reliquis, quae ἔθνεα dicuntur *Herodoto* ἐπήλυδα, *Pausaniae* p. 375. memorantur *Dryopes*, *Dorienses*, et *Aetoli*: Δρύοπες, καὶ Δωριεῖς· οἱ μὲν ἐκ Παρνασσοῦ, Δωριεῖς δὲ ἐξ Οἴτης ἐς Πελοπόννησον εἰσὶν ἀφιγμένοι· τοὺς δὲ Ἠλείους ἴσμεν ἐκ Καλυδῶνος διαβεβηκότας καὶ Αἰτωλίας τῆς ἄλλης. *Dryopum* fuisse tradit *Herod.* [*lin.* 9 *seq.*] quas iungit et *Homerus* Ἰλ. Β'. 559., Ἑρμιόνην, Ἀσίνην τε. Ἑρμιῶν, an Ἑρμιόνη hic primitus scriptum sit, si Codices discrepant, [vid. *Var. Lect.* et mox *Wesselingii* Adnot.] decerni vix poterit: Δωδώνη saepe dicitur Nostro, quae Δωδὼν *Sophocli* aliisque: vid. *Wesseling.* ad *Hierocl.* Synecd. p. 647. et ad *Diodor.* T. I. p. 282. Nec *Lemnios Pausanias* neque memorat *Cynurios*. Παριωρῆται πάντες quum origine fuisse dicantur *Lemnii*, [*lin.* 10 *seq.*] comparari poterunt notata p. 345. [ad IV. 148, 10.] VALCK.

2 *seq.* τὰ μὲν - - - κατὰ χώρην ἵδρυται· νῦν τε καὶ τοπάλαι οἴκιον) Haeret in his menda, Codicibus forsan antiquior, facile tamen tollenda. De septem istis gentibus, τὰ μὲν δύο, inquit, αὐτόχθονα ἐόντα, κατὰ χώρην ἵδρυται νῦν, τήν καὶ τὸ πάλαι οἴκιον, Ἀρκάδες καὶ Κυνούριοι. Voculà τε tantum in τήν mutatà, sic commode mihi correxisse *Koenius* noster videtur. VALCK. — Sentio τῇ νῦν τε καὶ τὸ πάλαι hic fuisse, eamque vocem ab ultima praeeuntis verbi [ἵδρυται] syllaba absorptam: series illam sibi expostulat, aut τήν certe, quam alii maluerunt. Habitasse *Arcades* easdem, quas primitus incoluerunt sedes, itemque *Cynurios*, et ante quidem Pelasgorum in Peloponnesum colonias, hinc *Bouherius* Diss. Herod. c. 9. iure conficit. *Achaeos* autem, a *Doriensibus* expulsos sedibus, in Ionas irruisse, atque eorundem regionem ad sinum Corinthiacum insedisse, docuit Noster lib. I. c. 145., et *Pausanias* fusius lib. VII. 1. WESS. — De menda quae olim istum locum (*lin.* 3.) omnibus (quod sciam) in libris insederat, monere in *Var. Lect.* oblitus eram. Eam mendam sic corrigendam, κατὰ χώρην ἵδρυται, ἦν (aut ionice τὴν) νῦν τε καὶ πάλαι *etc.* commode Reiskius censuit, hanc adiiciens observationem: „Brachylogia veteribus usitata est, sic dicere: ἦν νῦν τε

καὶ τὸ πάλαι οἴκεον, pro ἦν νῦν τε οἰκοῦσι καὶ τὸ πάλαι οἴκεον." Ego ἴδρυται νῦν τῇ καὶ τὸ πάλαι cum *Schaefero* scripsi, minime quidem *Reiskii* spernens rationem. *S.*

9. Ἑρμιόνη τι) *Homeri Iliad.* B'. 560. Ἑρμιόνην Ἀσίνην τε amplecti malui, quam *Med.* recentiorem urbis titulum. [conf. *Valck.* paulo ante.] Παρωρεῖται [*lin.* 11.] Ionum hic more, Παρωρίαται lib. IV. 148, ubi et Lemnia eorum origo. WESS.

12. ἐκδεδωρίευνται) Ferri posset ἐκδεδωριᾶται, quomodo boni Codd., modo contractum recte videretur, ἐκ τοῦ ἐκδεδωριέαται, quae *Porti* doctrina. Ceterum *Cynurii*, quorum hic initia Ionica, ab Argivis, si fama apud *Pausan.* III. 2. non fallit, descenderunt: Λέγονται δὲ οἱ Κυνουρεῖς, sic scribit, Ἀργεῖοι τὸ ἀνέκαθεν εἶναι. At ea forte propagata late, quoniam a Spartanis pressi, et agro exuti, in Argivorum ditionem deinde una cum Orneatis, quibus ab inimicis divexati videntur se consociasse, venerunt. Ea quidem coniectura est, sed ex Herodoteis fluens. De *Orneatis* [*lin.* 13.] *Pausan.* II. 25. Ἀργεῖοι δὲ --- Ὀρνεάτας ἀνίστησαν· ἀναστάντες δὲ, σύνοικοι γιγόνασι Ἀργείοις. Argivi praeterea *agrum Cynurium*, Κυνουρίαν γῆν, in confiniis situm, tanquam suum a Spartanis repetunt in *Thucydidis* lib. V. 41. Itaque *Cynurii* et *Orneatae* ἐκδεδωρίευνται, sive *moribus, disciplina dialectoque Dores evaserunt, partim subditi Argivorum imperio*, ἀρχόμενοι ὑπ' Ἀργείων, *partim lapsu temporis*, καὶ ὑπὸ τοῦ χρόνου. Memini difficultates in his quaesitas et inventas; quas evanidas non attingo. Ὀρνιῆται Ionici commatis, ut Παρωρεῖται, Τεγεῆται etc., restituti in integrum sunt. WESS.

Ibid. ἐκδεδωρίευνται δὲ) Monstrat illud δὲ, in vicinia fuisse μέν. Ab Herodoto tamen scribi non potuit, δοκέουσι μέν μοι εἶναι Ἴωνες, quae viri docti [*Reiskii*, puto, in Misc. Lips. T. VIII. p. 496.] est coniectura; videbantur enim Nostro αὐτόχθονες Cynurii. Commode scribi poterit: οἱ δὲ Κυνούριοι, αὐτόχθονες ἐόντες, δοκέουσι μὲν ἐνίοις [loco vulgati μοῦνοι] εἶναι Ἴωνες· ἐκδεδωρ. δὲ ὑπό τε Ἀργείων ἀρχόμενοι: quae tum sequuntur, viris doctis emendanda relinquam vel explananda. Quum dixerat *Strabo* VIII. p. 514. B. [pag. 333. C. ed. Cas.] λειφθῆναι --ἐν τῇ Πελοποννήσῳ τὰ δύο ἔθνη, τό τε Αἰολικὸν καὶ τὸ Δωρικὸν, causam tradit veram, cur Arcades et

Elei purius Αἰολιστὶ διελίχθησαν, cum in reliquis civitatibus mixta quadam uterentur dialecto; δοκοῦσι δὲ, addit, Δωρίζειν ἅπαντες διὰ τὴν συμβᾶσαν ἐπικράτειαν. Verbo Herodoteo Ἐκδεδωρίευνται *H. Steph.* aliique caute abstinuerunt: diversam dat lectionem margo *Steph.* ἐκδεδωρίαται: quae facile verti posset in flexum legitimum ἐκδεδωρίδαται: nam, quae *Portus* fingit, sermonis analogiae repugnant. Sed a verbo Δωρίζειν, me iudice, neque ἐκδωρίζειν neque ἐκδεδωρίσθαι formari potuit. Adhiberi forte potuit Δωριάσθαι: dantur enim et huius flexus imitativa, sed pro Δωρίζειν vel Δωριάζειν. Unicum restat, quod hic congruit apte, quodque, a Δώριος ductum, analogiae respondet Ἐκδωριοῦσθαι: *in Doriensium naturam veluti degenerare; Lingua uti, moribus et institutis Doricis.* Huius formae verba plurima praebet praeter ceteros *Plato*: unum de multis nobis sufficiet, ad Ἐκδωριωθῆναι proximum accedens, ἐκβαρβαρωθῆναι. *Plato* Epist. VIII. p. 353. A. κίνδυνος ἐγένετο ἔσχατος Σικελίᾳ τῇ τῶν Ἑλλήνων, ὑπὸ Καρχηδονίων ἀνάστατον ὅλην ἐκβαρβαρωθεῖσαν γενέσθαι. Explicat illud paulo post: ἥξει σχεδὸν εἰς ἐρημίαν τῆς Ἑλληνικῆς φωνῆς Σικελία πᾶσα, Φοινίκων ἢ Ὀπικῶν μεταβαλοῦσα εἴς τινα δυναστείαν καὶ κράτος: quae in hunc *Herodoti* locum conveniunt, quo scribendum arbitror ἐκδεδωρίωνται. *Euripidis* in Oreste versum 485., Βεβαρβάρωσαι χρόνιος ὢν ἐν βαρβάροις, sic invertit *Apollonius Tyan.* Epist. 34. ἐβαρβαρώθην -- χρόνιος ὢν ἐν Ἑλλάδι. Iocosum hinc facile verbum intelligetur *Alexidis* Πιφιλιππίδωσαι, de quo *L. Küster.* ad *Suid.* in Φιλιππίδης. VALCK.

CAP. LXXIV. 2. περὶ τοῦ παντὸς ἥδη) Conspirant in δρόμου vocem scripti omnes: unus *Eustathius*, nec sibi tamen constans, δρόμον habet, cui post *Portum* primas darem. [vide *Var. Lect.*] Sollemne in talibus, τὸν περὶ σωτηρίας ἀγῶνα τρίχειν, apud *Eunapium* Vit. Maxim. pag. 100., aut τὸν περὶ τῆς ψυχῆς θέειν, in eiusdem Iuliano pag. 115. τρίχων περὶ ψυχῆς, infra IX. 36., tacita ἀγῶνος aut δρόμου voce. Plura *Budaeus*, *Stephanus* et *Portus*, qui τῷ ἁλλάμψεσθαι, [*lin.* 3.] quod Herodoteum testabatur *Hermogenes*, positumque fuit lib. I. 80., operam non negarunt. Mox Ἕλληνες iussu Codd. eiecti sunt: neque opus erat, ut ὁμοίως fingeretur; ὁμῶς, quae et *Abreschii* opinatio, sufficit. *Consimiliter* enim, atque ad Isthmum illi, superiora auditio-

ne accipientes, formidasse sibi, traduntur. WESS. — Poterat vero etiam, nec incommode profecto, ὅμως teneri. *Quamvis ingens studium, quo muniebatur Isthmus, cognossent, tamen Peloponneso timebant.* Ad δρόμον adiectum articulum malles, qui apud *Eustath.* etiam (Iliad. pag. 1363.) adiectus legitur, παρὰ Ἡροδότῳ τὸ, Φέροντες τὸν περὶ τοῦ παντὸς ἤδη δρόμον. At saepius articulum omittit Herodotus ubi Atticus scriptor non neglecturus illum erat. *S.*

12. Ἀθηναῖοι δὲ καὶ Αἰγινῆται) Hoc sane rationi consentaneum, ut cum Themistocle senserint *Aeginetae*, maluerintque apud Salamina manere, quam in gratiam Peloponnesiorum versus Isthmum secedere: miror idcirco quod scribit *Lycurgus* c. Leocr. p. 156, 33. (pag. 200. ed. Io. Tayl.) Ἐτεόνικος μὲν γὰρ ὁ Λακεδαιμόνιος, καὶ Ἀδείμαντος ὁ Κορίνθιος, καὶ τὸ Αἰγινητῶν ναυτικὸν ὑπὸ νύκτα τὴν σωτηρίαν αὐτοῖς ἔμελλον ποιήσεσθαι. Eteonicos etiam novi Lacedaemonios, sed huius aetatis neminem. Quod addit *Lycurgus*, oratoris personae congruit, quem semper populus probavit ut popularem: οἱ πρόγονοι - - - βίᾳ καὶ τοὺς ἄλλους ἠναγκάσθησαν, ἀναγκάσαντες ἐν Σαλαμῖνι μιθ' αὑτῶν πρὸς τοὺς βαρβάρους ναυμαχεῖν. Unius Themistoclis laudem sibi libenter populus suisque maioribus audiebat attributam: hac mente Themistocles *Libanii* T. I. p. 539. A. πατὴρ οὐκ ἔστι μοι Νεοκλῆς· - - - ἀλλ' ὁ τὸ μέγα ἔργον ἐργασάμενος, ὁ δῆμος. Eiusdem *Libanii* Neocles Themistocli suo ipsius exemplo demonstrat eleganter, invitos utiliter saepe servatos, p. 516. B. *Graecos invitos coëgisti* ναυμαχεῖν, καὶ οἷς ἔδοξεν οὐχὶ βουληθέντες ἐνίκων. VALCK.

CAP. LXXV. 3 *seq.* πέμπει ἐς τὸ στρατόπεδον τὸ Μήδων ἄνδρα) Quod *Plutarch.* Them. p. 118. B. prodidit, ἦν δὲ τῷ γένει Πέρσης ὁ Σίκινος αἰχμάλωτος, sibi credibile negat Cl. *Dacerius*; neque enim Themistoclem liberis suis vilem captivum, et Persam genere, paedagogum dedisse. *Plutarchum* in Herodoteis male legisse τῶν Μήδων ἄνδρα, ac *Sicinnum* ea de caussa *Persis* inseruisse. *Aeschylum* sane si audimus, nuncius Graecus erat, Ἀνὴρ γὰρ Ἕλλην ἐξ Ἀθηναίων στρατοῦ Ἐλθών, ἴλιξι etc. ea videlicet, quae Themistoclis iussu Sicinnus, in Pers. vs. 355. Personatus *Themistocles* Epistol. IX. pag. 47. Edit. *Schoettg.* τὸν παιδαγωγὸν εἰσθὲ τοῦ Κλεοφάντου, ὃς ποτέ μοι ἐθεράπευσεν· Σίκινος αὐτῷ τοὔνομα: ubi de Cleophanto non male. Scripsi Σίκιννος, [*lin.* 5.] uti

Editi c. 110., et hic scripti, inque *Plutarcho*, *Polyaeno* I. 30, 2., *Clemente Alex.* Paedag. I. 7. p. 130., *Etymologo* atque aliis. WESS.

Ibid. πίμπει - - ἄνδρα) *Sicinnum*, qui οἰκέτης fuisse dicitur, et παιδαγωγὸς liberorum Themistoclis: ut antiquioris adponam *Aeschyli* verba e Pers. vs. 355. Ἀνὴρ γάρ Ἕλλην ἐξ Ἀθηναίων στρατοῦ Ἐλθών, ἔλιξε παιδὶ σῷ ξίφει τάδε, Ὡς, εἰ μελαίνης νυκτὸς ἥξεται κνέφας, Ἕλληνες οὐ μίνουσιν. Nuncium Persam facit ita Tragicus non absurde loquentem: sed Graecum a Themistocle missum censuisse quoque videtur *Frontin.* lib. II. c. 2, 14. Ἕτερόν τινα scribit *Diodor.* XI. c. 17. Optime, *de servis suis, quem habuit fidelissimum, ad Regem misisse*, tradit *Nepos*, Them. c. 4. ubi corrigit *Vallam* Longolius, in *Herod.* οἰκέτην vocantem *contubernalem*, qui *verna* fuerat dicendus. Infra VIII. c. 110. relictus in Latinis *Sicinnus contubernalis*; hic *contubernali domesticus* substitutus [a *Gronov.*] est: alibi apud *Herod.* οἰκέται *uxor et liberi* dicuntur; sed hic οἰκέτης sine dubio *servum* notat, non domi natum et vernam, qualis esse nondum poterat Themistocli liberorum educator, sed quem captivum sibi emerat: vid. *Ammon.* in Οἰκότριψ. *Ion Chius* τὸν οἰκέτην ἐπὶ δούλου τίθεται apud *Athen.* VI. p. 267. D. Absque teste loquenti ne *Clementi* quidem *Alex.* fidem adhibuerim ista scribenti, Paedagog. I. p. 130, 30. τῶν Θεμιστοκλέους παίδων ὁ παιδαγωγὸς οἰκέτης βάθυμος ἦν: ubi paulo post, quem Pericles puero dedit Alcibiadi custodem, Thrax Zopyrus ὀνητὸν fuisse dicitur ἀνδράποδον. τῶν οἰκετῶν τὸν ἀχρειότατον ὑπὸ γήρως dixit *Plato* T. II. p. 122. B. vid. et *Diotogenes Stobaei* p. 251, 35. Sed tardus Thrax fuerit Zopyrus senectâ; Themistoclis, viri *in rebus gerendis prompti*, Sicinnum nihil minus fuisse quam ignavum monstrant hic atque infra c. 110. narrata. *Plutarcho* fuisse dicitur υἱοὺς Θεμιστοκλεῖ. *Polyaeno* I. 30, 2. υἱοῦχος, παιδαγωγὸς τοῖν παίδοιν: ubi nescio qua fide dualis nitatur numerus filiorum. Filios habuit in universum quinque Themistocles, quorum unus puer mortuus est; Dioclem avus adoptavit maternus: ex tribus, quos moriens reliquit teste *Plutarcho* T. I. p. 128. B. nihil est causae, cur unus eidem T. II. p. 1. B. dictus censeretur *Diophantus*: Διόφαντον mutemus in Κλειόφαντον: sic suo loco dicitur *Plutarcho*, et, quem citat, plus semel *Platoni* in Menone T. II. p. 93. D. E. VALCK.

13. τὰ ὑμέτερα κατύπερθε γίνεσθαι) Haereo hoc servem, an ex Codd. revocem κατυπέρτερα; posterius lib. VII. 233. ὡς δὲ εἶδον κατυπέρτερα τῶν Περσέων γινόμενα τὰ πρήγματα. Vid. cap. 136. Omitti et μᾶλλον, quod damnant schedae, poterit, ut alibi indicatum. Mox fidentior, [*lin.* 16.] κάλλιστον ὑμέας ἔργον ἀπάντων, *Aldo* duce reformavi. WESS.

CAP. LXXVI. 5 *seq.* τὸ ἀπ' ἑσπέρης κέρας) Non celabo, olim mihi prominentem in mare contra Salaminem tractum Megaridis haec ostendere, non classis Persicae cornu. Κέρας in *promontoriis* frequens apud *Salmasium* ad Solin. p. 116.; et *Strabo* IX. p. 604. [p. 395. A. ed. Cas.] duo istiusmodi κέρατα in Megaridis et Atticae finibus exadversum Salaminem memorat; *Plutarchus* praeterea, *Acestodori* fide, (Themist. p. 118. E.) propter illa κέρατα Xerxem ex ex aurea sella navale hoc spectavisse praelium. Sic insulam circumvecti, et *promontorium*, κέρας, *occidentem spectans*, incingentes, omni ad Isthmum transitu Graecos exclusissent. Quia tamen suspicioni, quae cap. 85. produntur, officere videntur, eam non urgeo. De *Cynosura* et *Ceo* [*lin.* 7.] res anceps. Cl. *de Pauw* insulas circa Salaminem elegit, et *Cynosuram* quidem Laconicam, *Ceum* vero defectu scriptorum ignorari: cui paria non facio. Laconica apud *Hesychium* Cynosura longissime hinc remota fuit, et situs paene incerti. Ut paucis transigatur, *Ceum* insulam intelligo contra Sunium Atticae, et *Cynosuram*, ἄκραν τοῦ Μαραθῶνος, *promontorium Marathonis*, Euboeam spectans, eiusdem *Hesychii*. Longius in tabulis id *Cellarii* et aliorum pictis a Sunio, quam Herodotea postulant, disiungitur; male, opinor; vix enim tum una nocte, eaque aestiva, id promontorium flectere, tantumque spatii absolvere quivissent navigando. Nunc, statione circa Ceum et Cynosuram relicta, provehuntur prope *Munychiam*, ac fretum, ut et hac parte fugae occasio Graecis praecidatur, obsepiunt. WESS. — Verba ista, ἀνῆγον μὲν τὸ ἀπ' ἑσπέρης κέρας κυκλεύμενοι πρὸς τὴν Σαλαμῖνα, sic vulgo vertunt: *cornu quod ad occasum spectabat producunt Salaminem versus, eam circumituri*; quasi accusativus τὸ κέρας a verba ἀνῆγον penderet, et ad κυκλεύμενοι intelligeretur αὐτήν. Ego verbum ἀνῆγον absolute accepi, sicut mox ait Scriptor, ἀνῆγον δὲ οἱ ἀμφὶ τὴν Κέον, nempe ἀνῆγον τὰς νῆας, ut ait paulo post. Itaque τὸ

ἀπ' ἑσπέρης κέρας fuerit *pars classis Graecorum* (non Persarum) *ad occidentem spectans*, quam circumituri et interclusuri Persae erant. Sed ad sententiae quidem summam parum interest. *S.*

16 *seq.* ἵνα τοὺς μὲν περιπεσῶσι *etc.*) Putares in *Nostri* oculis haec *Aeschyli* fuisse, Ἐνθαῦτα πίμπει τοὺσδ', ὅκως ὅταν νεῶν Φθαρέντες ἐχθροὶ νῆσον ἐκσωζοίατο Κρείνοιεν, - - Φίλους δ' ὑπεκσώζοιεν, Pers. vs. 540. Nam gemina planissime sunt. Scholiastes, *Psyttaleam* Salamine stadiis plus centum removens, in numeris ibi nimius et mendosus. WESS.

CAP. LXXVII. 4. χρυσαόρου) Sic melius Codices. Apollinis χρυσαόρου titulus Iliad. ε'. 524. et in Hymnis, sorori eius, Dianae Munychiae, multo aptior quam Atticae littorali tracturi. Post dein Ἐλπίδι μαινόμενοι etc. vulgavit *Camerarius* in Epigrammatibus. *Theocrito* ab ipso adpositis, de coniectura puto. WESS.

7. ὕβριος υἱὸν) Non *iuvenem*, sed *satietatem*, κόρον κρατεροῦ Bacidis, *Portus* et *Stanleius* explicant, iniuriâ fortasse. *Pindarus* Olymp. Od. XIII. 12. dixit ὕβριν κόρου μητέρα, converse tamen, ut volunt. Nam Τίκτει τοι κόρος ὕβριν, citantibus ibi ex *Homero*, sive *Theognide* potius, Criticis; estque adeo *mater contumeliae* sive ὕβριος, non *proles*. Verissimum *Pythagorae*: in civitates insinuare sese πρῶτον τρυφήν, ἔπειτα κόρον, εἶτα ὕβριν, μετὰ δὲ ταῦτα ὄλεθρον, in *Stobaei* Serm. XLI. p. 247., et *Ecphantae* eadem de Schola, ἡ πολυτέλεια μάτηρ τᾶς ἀκρασίας· αὕτα δὲ τᾶς ὕβριος, ἐξ ἃς τῶν ἐν ἀνθρωπίνοις κακῶν τὰ πολλά, apud eundem Serm. XLVI. p. 335. Haud alius *Bacidis* κρατεροῦς κόρος *iuvenis* ac *Xerxes*, υἱὸς ὕβριος ob contumelias iniuriasque, quarum ille toti Graeciae auctor, *Raphelio* ad Epist. *Paulli* Ephes. c. 5, 6. monitore. Vide tamen *Stanleium* in *Aeschyli* Agamemn. vs. 768. WESS. — Videri potest fatidicus, consulto ambigue loquens, optionem legentibus audientibusve voluisse relinquere, *iuvenum κόρον*, an *satietatem*, i. e. *arrogantiam* intelligere malint. Sed, ut posteriori maxime notione h. l. vocab. istud accipiatur, suadet utique simillimum *Pindari* dictum. *S.*

8. δοκεῦντ' ἀνὰ πάντα πυθέσθαι) Admodum tenebricosum. An *opinantem ubique se auditum iri*, ut in notissimo καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι? *Valla* legit ἀνὰ πάντα πιθέσθαι, quorsum

ex *Pass.* excerptum vergit. WESS. — Non tenebricosum modo, sed prorsus mendosum esse istud olim vulgatum ἀνὰ πάντα πυθίεσθαι, vix dubitari potest. Nec ulla parte melius πιθίεσθαι, de quo in *Var. Lect.* dictum. Equidem unice verum putavi, quod optimus cod. F. nobis servavit, τίθεσθαι. Nempe ἀνὰ πάντα τίθεσθαι, pro ἀνατίθεσθαι πάντα, *omnia mutare*, scilicet omnia *evertere*, et *susque deque vertere*; quasi dixisset ἄνω κάτω τίθεσθαι: conf. III. 3, 12. Nec obstat quod ibi activâ verbi formâ scribitur, τὰ μὲν ἄνω κάτω θήσω: nam medium verbum τίθεσθαι significat, *suum in commodum omnia evertere, et sibi omnia subiicere.* Fuerint autem viri docti, quibus non repugnem equidem, qui in hanc sententiam ἄνα retracto tono scriptum oportuisse censeant, aut absque accentu, ἀνα, quemadmodum in eodem nostro codice scriptum video. *S.*

12 *seq.* Βακιδὶ ἀντιλογίης *etc.*) Scripta exemplaria consentiunt; quibus (etsi ἀντιλογίας in *Dissert. Herodot.* maluerim) non pugnabo. Defit oblitterata praepositio; reditura, modo Βακιδὶ δι' ἀντιλογίης revocetur. An vero δι' ἀντιλογίης λέγειν, *contradicendo obloqui*, iniustum sit, fateri, ob varium in isto genere sermonis usum, erubesco. Aliter qui sentiunt, ut Clar. *Abreschius*, οὕτε αὐτὸς ἐλθεῖν τολμίω refingunt. Quae sane dictio et elegans et trita est, ab ipso Animadv. ad *Aeschyl.* lib. I. 3. p. 15. et *Valcken.* in Phoeniss. *Euripid.* vs. 482. doctissime illustrata. WESS.

Ibid. οὕτω ἐναργέως λέγοντι Βακιδὶ *etc.*) Quod sequitur ἀντιλογίης, commode corrigit vir Cl. in Diss. *Herod.* p. 201. Vel ob hoc unum dictum *Herodotus*, ἀνὴρ τὰ μὲν ἄλλα καλὸς κἀγαθὸς, censeri deberet τὰ περὶ μαντείας καὶ χρησμολόγους πάσαν νοσῶν. Sed hinc simul aestimare licet, iam tum homines fuisse vulgo perspicaciores, quibus adparuerit, quod Bacidis esse ferebatur oraculum isthoc articulo temporis, ipsius forte suasu Themistoclis fuisse confictum. Quae bello Peloponnesiaco ad plebem Atticam lactandam ab esurientibus fingebantur demagogis, velut Bacidis aut ipsius Apollinis oracula Athenis decantata, ridet illa magna cùm libertate *Aristophanes* in Avib. vs. 963 seqq. et Equit. 995 etc. Ad veritatis lumen *Eusebius* istius etiam officinae fraudes retegens lib. IV. Praep. Evang. pleraque fuisse putat oracula γοήτων ἀνδρῶν τεχνάσματα, ut *Oenomao* certe vide-

bantur *Gadareno* in libro quem inscripserat Φωρὰ γαμήτων. Sed multa potius fuerunt virorum Principum, ἀνδρῶν τε σοφῶν τιχνάσματα, ad opinionem imperitorum conficta. VALCK.

CAP. LXXIX. 4. ἄριστον ἄνδρα γενίσθαι) *Aeschyleum* de Amphiarao fortasse spectavit, Οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ' εἶναι θέλει, sive, uti *Plutarch.* Arist. p. 320. c. Οὐ γὰρ δοκεῖν δίκαιος, ἀλλ' εἶναι θέλει: quo omnis concio in orchestra pronunciato Aristidem praesentem, tanquam soli Athenis conveniente, nutu plausuque signavit. Errat *Polyaenus* I. 31. Aristidem Themistoclemque τῆς πόλεως ἔξω πρεσβύτας posuisse contentionis studia, gestu adprime notabili, tradens. Redierunt in gratiam ad Salaminem in castris, non Athenis. WESS.

Ibid. ἄριστον ἄνδρα γενίσθαι) *Timocreon Rhodius* in *Plutarch.* Them. p. 122. D. εἰ τύγε Ξάνθιππον αἰνεῖς· Ἐγὼ δ' Ἀριστείδαν ἐπαινέω, Ἄνδρα ἱερᾶν ἀπ' Ἀθηνᾶν Ἐλθεῖν ἕνα λῷστον. Quae hoc capite de Aristide scribit *Herodotus*, illa quoque *Plutarchi* confutant indignas philosopho criminationes: Aristiden dicit ἄριστον ἄνδρα γενίσθαι ἐν Ἀθήνῃσι καὶ δικαιότατον: et ille ipse tamen adeo propter aequitatem humanissimam collaudatus Aristides *cupide elaboraverat*, *ut praeter ceteros iustus adpellaretur*, *Corn. Nep.* in Arist. Δίκαιος μὲν γὰρ ὡς πρὸς τοὺς ἄλλους Ἀριστείδης, ἄνθρωπος δὲ καὶ αὐτὸς ἦν, καὶ χολὴν εἶχε, καὶ ἠγάπα τινάς, καὶ ἐμίσει, quae leguntur apud *Lucian.* T. III. p. 158. Adversarii *Themistoclis consilium utile*, *quia non honestum erat*, (*Cicero* de Off. III. c. 11.) auctoritate sua fecit Aristides, ut a populo repudiaretur; sed idem tamen interdum iniusta sciscere debuit, se ad reipublicae statum accommodando, monente *Casaub.* ad *Polyb.* p. 140. Absque ulla exceptione *Herodotus* et Aristiden et quosvis alios virtute praestantes collaudat libentissime, τοῖς ἀγαθοῖς συνηδόμενος, qualis dicitur *Dionysio Halic.* Hic *Herodoto* tradita *Plutarch.* enarrat in Themist. p. 118. D. In Aristide idem *Plutarch.* p. 323. C. missis Herodoteis ex alio nobis historico similia quaedam exhibet Aristidis ad Themistoclem hoc articulo temporis dicta. In Apophthegm. T. II. p. 186. B. cum Themistocle πρεσβευτὴς ἐκπεμφθείς, ipsi dixisse fertur Aristides: βούλει, ὦ Θεμιστόκλεις, ἐπὶ τῶν ὅρων τὴν ἔχθραν ἀπολίπωμεν; ἂν γὰρ δοκῇ, πάλιν αὐτὴν ἐπανιόντες ληψόμε-

δα. Collega fuit Aristides Themistoclis in illa nobili legatione narrata *Nepoti* in Themist. c. 7., quod liquet ex *Thucyd.* I. 91. Sed huic tamen legationi dictum illud minus congruit; verisimillimum, quod scribit *Polyaen.* I. c. 31. διετέλεσεν παρὰ πάντα τὸν πόλεμον ὁμονοοῦντες. VALCK.

14. πλέω ἀγαθὰ τὴν πατρίδα ἐργάσεται) Optime Mssti et *Gronovius.* Probatissima Nostro, *Thucydidi*, *Xenophonti* aliisque ea structura, a *Thoma Magistro* in Δρῶ laudata. Dubito vero, sit-ne ex usu τοι [post λέγω δὲ]; siquidem illud commodiorem post pauca locum occupat, et necessarium hic non est. WESS.

CAP. LXXX. 12. ταῦτα δὴ τὰ κάλλιστα) Si qui ταῦτα δῆτα praeoptaverint cum doctissimo viro Miscell. Observ. Vol. III. p. 142., non valde obnitar. Loquendi genus, plenius hoc loco quam plerumque, eiusdem et *Is. Casauboni* ad *Athen.* lib. V. 2. sollertiâ, [Animadv. in Athen. T. III. p. 45 seq. nuperae ed.] exemplorum cumulo manifestius, quam pridem, habetur. WESS.

CAP. LXXXI. 1. Ταῦτα εἶλεγε παρελθὼν ὁ Ἀριστ.) Malunt ταῦτα εἶλεγε Θεμιστοκλέης· παρελθὼν δὲ ὁ Ἀριστείδης etc. Verum concisus sermo Scriptoris est, respiciens illa, σήμηνον αὐτὸς παρελθὼν, ὡς ἔχει: neque enim opinor molestum videri, εἶλεγε - - - φάμενος, cui simillima in Musis complura. WESS.

6. ταῦτα εἶπας μετεστήκει) Hic et in sequentibus narrata planissime demonstrant, nec ducem hoc bello cum Themistocle fuisse Aristidem, qui decem annis ante unus e decem ducibus cum Miltiade victoriam reportaverat Marathoniam; sed neque pugnae navali prope Salamina interfuisse. Suum tamen forsan auctorem sequutus *Nepos* in Arist. *interfuisse* scribit *pugnae navali apud Salamina, quae facta est priusquam poena liberaretur*: paulo ante dicitur *sexto fere anno postquam erat expulsus plebiscito in patriam restitutus. Demosth.* Or. II. c. Aristogit. p. 496, 8. Ἀριστείδην φασὶν ὑπὸ τῶν προγόνων μιτατεθῆντα (hoc e margine reciperem) ἐν Αἰγίνῃ διατρίβειν, ἕως αὐτὸν ὁ δῆμος κατεδέξατο. Secundum *Plutarch.* in Arist. p. 323. B. decennii anno tertio ἐψηφίσαντο τοῖς μεθεστῶσι κάθοδον, μάλιστα - - φοβούμενοι τὸν Ἀριστείδην: quae deinceps narrat nihil minus monstrant, quam ante revocatum huic interfuisse pugnae: nam quod ad

Nepot. Lambinus putat, idem ex *Herodoto* liquere, errat meâ quidem sententiâ. Ad victoriam ille multum tamen attulit momenti; dum illi pugnabant e navibus, utiliter haerens in insula Psyttalia; vid. *Herod.* c. 95. *Demetrius* περὶ Ἑρμ. §. 248. Ὥσπερ τὶς Ἀριστείδου κατηγορῶν, ὅτι οὐκ ἀφίκετο εἰς τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν· ἀλλὰ αὐτόκλητος, ἔφη, ὅτι ἡ μὲν Δημήτηρ ἦλθε καὶ συνεναυμάχει, Ἀριστείδης δὲ οὔ: quae, cuiuscunque sint, sunt certe sophistae satis inepta, per Cererem mysticum Iacchum intelligentis, et *Herodoto* narrata c. 65. VALCK.

CAP. LXXXII. 2. τριήρης ἀνδρῶν Τηνίων) In Themist. *Plut.* p. 118. E. ἐφάνη Τενεδία μία τριήρης αὐτόμολος: nescio unde. Hinc si sumsit, Τηνία fuit, quae et Nob. *Palmerii* divinatio. *Tripodem Delphis dedicatum,* [*lin.* 4 *seq.*] inscriptumque eorum nominibus qui Persas ad Salaminem et Plataeas debellarunt, *Thucyd.* I. 132. et Auctor Or. in Neaer. p. 740. describunt. WESS.

5. ἐν τοῖσι τὸν βαρβ. κατειλοῦσι) *Inter nomina earum civitatum, quarum auxilio Persae erant victi,* (*Nepos* in Pausan. c. 1.) Delphico tripodi nomen etiam insculptum fuit Τηνίων. Olympiae quoque Iovis erat statua a Graecis dedicata, qui apud Plataeas pro libertate pugnaverant, in cuius basi praeter ceteros memorabantur etiam Τήνιοι, *Pausan.* V. [c. 23.] p. 437. Hoc satis est ad *Herodoti* Τηνίους hîc adfirmandos. Quem hic memorat *aureum tripoda,* eum Delphis (teste *Thucyd.* I. c. 132.) ἀνέθεσαν οἱ Ἕλληνες, ἀπὸ τῶν Μήδων ἀκροθίνιον: quodque nimis superbe Pausanias inscribi curaverat, Lacedaemonii ἐξεκόλαψαν· καὶ ἐπέγραψαν ὀνομαστὶ τὰς πόλεις, ὅσαι ξυγκατειλοῦσαι τὸν βάρβαρον ἵστησαντο (cur non ex Codd. receptum ἔστησαν τὸ) ἀνάθημα: mutatis Lacedaemoniis τὸν τρίποδα τὸν ἐν Δελφοῖς obiiciunt miseri Plataeënses apud eumdem III. c. 57. Secundum *Auctorem* Or. c. Neaer. p. 740, 153. in Amphictyonum concilio causâ dictâ Plataeënses coëgere Lacedaemonios, ἐκκόψαντας τὰ ἐλεγεῖα, ἐπιγράψαι τὰς πόλεις, τὰς κοινωνούσας τοῦ ἔργου: in quibus ἐκκόψαντας ego quoque retinuerim; vid. Clar. *Wess.* ad *Diodor.* II. p. 100. *Eustath.* in Ἰλ. ξ'. p. 990, 17. VALCK.

CAP. LXXXIII. 3. ὡς τι δὴ διέφαινε) *Med.* et aliorum scriptura, cui similem ex *Arch.* enotavi lib. VII. 217. ex praecipua parte fallit. Ita ibi, ὡς τι δὴ διέφαινε, καὶ

οἱ ἐγίνετο etc. Placuit accessio τοῦ δὴ, quamquam et ea vox lib. IX. 46. haud conspicitur. Nexa his indigent verbo, fortasse olim scripta, καὶ οἱ συλλ. τῶν ἐπιβ. ποιησάμενοι ἠγορόωντο, *et hi propugnatorum convocato consilio concionabantur.* Sic apta omnia. Alioqui καί οἱ - - - ποιησάμενος προηγόρευε, ut Themistocles, popularibus suis coactis, habita oratione dixerit ista. Memini ab aliis excogitata alia, quae praetereo. WESS.

3 *seq.* ἠὼς τε διέφαινε etc.) Haec et vicina, perperam coniecturis tentata, nominativi sunt soluti; quorum vice scribi potuerat, ἠοῦς τε διαφαινούσης, καὶ τούτων σύλλογον τῶν ἐπιβατίων ποιησαμένων, paucis Themistocles populares suos ad pugnam inflammavit. Qualia tum probabiliter dicta sunt, dedit *Aeschyl.* in Pers. vs. 402., ὦ παῖδες Ἑλλήνων ἴτε, Ἐλευθεροῦτε πατρίδ', ἐλευθεροῦτε δὴ Παῖδας, γυναῖκας, θεῶν τε πατρῴων ἕδη, Θήκας τε προγόνων· νῦν ὑπὲρ πάντων ἀγών. Audiebantur ista, secundum Tragicum, ἐπεί γε μέντοι λευκόπωλος ἡμέρα πᾶσαν κατίσχει γαῖαν iuxta *Herodotum, prima luce;* simul atque ἠὼς διέφαινε. Frequentius legitur ὑπέφαινε: Herodoteum est, ἅμα ἡμέρῃ διαφαυσκούσῃ, vid. ad lib. III. c. 86. ἅμα ἕῳ et ἅμα τῇ ἕῳ leguntur apud *Thucydid.* p. 300, 64. 396, 11. 311, 2. Haec ad manum si fuissent Clar. *Dukero* p. 299, 2., ne dubitasset quidem, quin C in E mutato, πρόσω corrigi deberet in πρὸ ἕω: ut ἐξ ἕω, sic πρὸς ἕω, recte leguntur in *Aristoph.* Eccles. vs. 85. et 312. et εἰς ἕω apud *Isaeum* Or. VI. p. 71, 28. Huc spectabat *Harpocration* in Εἰς ἕω, ἀντὶ τοῦ ἀρχομένην ἡμέραν: non alium Isaei *locum*, quo referens ista *H. Vales.* illic sincerum εἴσω sollicitabat. VALCK.

CAP. LXXXIV. 4. ὤκελον τὰς νῆας) *Vallae* Latina *cessim irent*, rem si consideres, non absurda; non item, si dictionem. Puto *littus versus curtum flexisse;* nam naves in terram impegisse, quod ἐκέλλειν τὰς ναῦς *Philostrato* Heroic. II. p. 688. 689. male ab *Oleario* sollicitatum, nulla suadet ratio. *Eurip.* Iph. Taur. 1379. διωὸς γὰρ κλύδων ὤκειλε ναῦν πρὸς γῆν. Non dissimile *Nicandri* Ther. vs. 295. Ceterum *Aminias*, *Aeschyli* frater, hic Παλληνεύς, in *Plutarcho* Themist. p. 119. D. Δικελεύς, qui *populares* in Attica civitate utique diversi. Aeschyli fratrem fuisse, *Diodorus* XI. 27. non negat. Pertinet autem huc *Aeschyli* Pers.

vs. 410., ubi quae de Lycomede Critici, fortasse ex *Plutarcho* sumta. Vid. supra c. 11. WESS.

3 *seq.* ἐπὶ πρύμνην ἀνεκρούοντο *etc.*) In *Lexico Herod.* sic probabiliter scripta recepit *Suidas*: Ἐπὶ πρύμνην ἀνεκρούοντο, καὶ ὤκελλον τὰς ναῦς· Κατὰ πρύμναν ὑπεχώρουν οὐχὶ ἐπιστρα-φέντες, καὶ ἐξέκλιναν τῶν πολεμίων τὰς ἐπιούσας ναῦς. Graecam locutionem, πρύμναν κρούεσθαι vel ἀνακρούεσθαι, et Latinam *inhibere remis*, illuminarunt praesertim observata *I. F. Gronovii* [Observ. lib. IV.] quibuscum illa *Bossii* conf. et *Ti. Hemsterh.* ad *Luciani* Nigrin. [c. 8.] p. 46, 47. et *Bentleii* ad *Horat.* Epod. IX. vs. 20. Hinc mutuari licebit verba Themistoclis ad Ionas ex *Iustini* II. 12. *at vos commisso praelio ite cessim, inhibete remis, et a bello discedite*: ὑποχωρεῖτε πρύμναν ἀνακρουόμενοι. Quando apud *Herod.* paulo legitur inferius, [*lin.* 14.] μέχρι κόσου ἔτι πρύμνην ἀνακρούεσθε; *quo usque tandem remis inhibendo retro cedetis?* priori quoque sede sic scribendum arbitror, non ἐπὶ, sed ἔτι πρύμνην ἀνεκρούοντο, quia ἐπὶ non adhibetur apud veteres in phrasi πρύμναν ἀνακρούεσθαι. Hoc facere dicebantur eximie qui navale praelium detrectabant; sed et remiges, cum naves essent in portu statuendae, *quo expeditius rectis proris e portu exirent*, docente *Bentleio* l. c. In *Schol.* ad *Aristoph.* Vesp. vs. 397., pro ὅπως ἄνευ τροπῆς εἴη, unà literà mutatà scribendum, ὅπως ἂν εὐτρεπὴς εἴη εἰς ἔξοδον ἡ ναῦς. *Primus*-ne *Pallenensis Aminias* νηῒ ἐνέβαλε, an alius, cadere potest in dubitationem: *Aeschyli* Persa fatente vs. 409., ἦρξεν ἐμβολῆς Ἑλληνικὴ ναῦς. *Plutarcheis* in Themist. p. 119. D. satis conveniunt narrata *Diodoro* XI. c. 18. ubi in fine cap. naves Persarum πρύμναν μὲν ἀνακρούεσθαι κατέπαυσαν, εἰς τοὐπίσω δὲ πλέουσαι προτροπάδην ἔφευγον. VALCK. — Quod *lin.* 3. pro ἐπὶ ex *l.* 14. ἔτι corrigendum *Valck.* censuit, id mihi Vir doctissimus non persuasit; posteriori loco opportuna est ἔτι particula, priori vero minime opportuna, et ἐπὶ ibi cum codicibus omnibus veteres glossae et *Suidas* recte agnoscunt: et suis etiam verbis vetus *Thucydidis* Interpres ad lib. I. c. 50. ἐπὶ τὴν πρύμνην κωπηλατεῖν dixit. Nempe vulgo quidem nude πρύμνην (vel τὴν πρύμνην) κρούεσθαι aut ἀνακρούεσθαι dicebant; sed est ea elliptica locutio, ex plena locutione ἐπὶ τὴν πρύμνην ἀνακρούεσθαι (qua *l.* 3. *Herodotus* utitur) decurtata. *S.*

13. ὀνειδίσασαν πρότερον τάδε) Necessitudo nulla, ut πικρότερον aut προθυμότερον formetur. Species illa matronae prius Graecis exprobravit segnitiem, qua remis inhibebant: tum, confidenter in hostes ruerent, fuit auctor. Atque hoc vult, neque latuit Cl. *Abreschium*. Aciei Persicae Graecaeque classis ordinem *Diodorus* diversiorem dedit lib. XI. 18. WESS.

CAP. LXXXV. 1. κατὰ μὲν δὴ Ἀθηναίους) Atheniensibus Lacedaemonios iungit *Diodor.* XI. 18., et hos et illos navibus opponit Phoenicum; verius iuxta *Herod.* dextrum cornu tenebant Lacedaemonii. Ionum nomina, qui veteris Graeciae ceperint naves, reliqua prudenter reticet Noster. Τοῦδε δὲ εἵνεκα, ait, [*lin.* 11.] μέμνημαι τουτέων μούνων: sic syllabà scribendum puto repetità pro τοῦδε εἵνεκα. VALCK. — At satis erat τοῦ δὲ, quod libri dedere: nempe τοῦ pro τούτου vel τοῦδε, ut saepe aliàs. *S.*

13. *Phylacus Samius* εὐεργέτης βασιλῆος ἀνεγράφη. Haec propria Graecis erat hac in re locutio de Persarum Orosangis. Illinc transumtam eleganter adhibet Calliclem ludens Socrates in *Platonis* Gorgia p. 506. c.; a *Platone* mutuati sunt Sophistae. Graecarum etiam civitatum εὐεργέται saepe publicitus ἀνεκηρύττοντο: vid. *Ti. Hemst.* ad *Lucian.* p. 367. [ad Dial. Mort. X. 6.] VALCK.

Ibid. εὐεργέτης βασιλῆος ἀνεγράφη) Congruunt de Mardochaeo prodita *Esther* c. VI. ubi docte *Grotius*; operosior *B. Brissonius* Regn. Pers. I. 138. et *Des. Heraldus* Advers. I. 9. quos *H. Relandus* ac *Burtonus* duces habuerunt. WESS.

CAP. LXXXVI. 5. οὐ τεταγμένων ἔτι) *Koenio* nostro scripsisse de barbaris videbatur: οὐ τεταγμένως τι οὔτε σὺν νόῳ ποιεόντων οὐδέν: de Graecis dixit, σὺν κόσμῳ ναυμαχεόντων κατὰ τάξιν. Suum illi Regem aut fortitudinis aut ignaviae spectatorem in litore habituri, καί τοι ἦσαν γε καὶ ἐγένοντο ταύτην τὴν ἡμέρην μαχρῷ ἀμείνονες αὐτοὶ ἑωῦτῶν, ἢ πρὸς Εὐβοίῃ. Oratione more suo turbatà duo dixit: primum, isthoc die ἀμείνονας fuisse ἢ πρὸς Εὐβοίῃ: sed non tantum isthoc die rem multo melius gessisse, quam ad Artemisium, verum praeterea ἐγένοντο ταύτην τὴν ἡμέρην μαχρῷ ἀμείνονες αὐτοὶ ἑωῦτῶν: id est, interprete Nostro ἀμείνονες τῆς φύσιος, V. 118. *semet ipsis multo praestantiores, suam velut naturam superantes.* Herodotea quaedam *Portus* dedit in Ἑωῦτοῦ: alii collegerunt huius generis plura. VALCK.

CAP. LXXXVII. 3 *seqq.* κατὰ δὲ Ἀρτεμισίην *etc.*) Callidum *Artemisiae* commentum, indignante *Plutarcho* nimis verbose narratum, adnotavit etiam *Polyaen.* lib. VIII. c. 53, 1. VALCK.

11. φέρουσα ἐνίβαλε νηὶ Φιλίῃ) Adiuvat hic incitandi ac propellendi vim participium φέρουσα, alibi eleganter redundans. Egregie, his *Herodoti* non posthabitis, *T. Hemsterhusius* ad *Luciani* Dial. Mort. VI. pag. 349. *Diodorus*, εἰς ἐμβολὴν φέρουσα, ναῦς εἰς ἐμβολὴν φερομένη, de tali inpetu, lib. XX. 16. etc. Facinus autem hoc reginae addidit *Polyaenus* Strategematibus lib. VIII. 53, 2., aliunde, quod accessiones declarant, excerptum. WESS.

14. οὐ μέντοι ἔγωγε ἔχω εἰπαι) Cultius hoc et verius. Sic c. 128. ἀρχὴν ἔγωγε οὐκ ἔχω εἰπαι. Eo vero cupidius id reposui, ut scabrities, ad quam vir doctus ultro offendit, detergeretur. WESS.

CAP. LXXXVIII. 1. συνήνεικε γενέσθαι) Corrigenti, γενέσθαι μῆκος τοῦ διαφυγεῖν, nec schedae veteres, nec creberrime in Musis iteratum συνήνεικε γενέσθαι prosunt. Nam διαφυγεῖν τε καὶ μὴ ἁπαλέσθαι, Herodoteae consuetudinis et ubertatis, extra omnem esse culpam, cumulus exemplorum, unde panca delibavit *Abreschius* Dil. ad *Thucyd.* lib. VI. 87., manifestat. WESS.

9. σαφέως τὸ ἐπίσημον τῆς *etc.*) Ab exemplaribus scriptis nihil deflecto. Est, cui σαφέως, ὡς τὸ ἐπισ. in coniecturam incidit; non illam damnabilem, modo ab ipsa re expostularetur. Si *Polyaeno* fides VIII. 53, 3. Artemisia, uti etiamnum mari belligerantium et piratarum mos fert, signa navis, ubi ad hostes circumscribendos opus erat, variavit, οὐ μόνον τὸ τῶν βαρβάρων, ἀλλὰ καὶ τὸ τῶν Ἑλλήνων σημεῖον εἶχεν. Quorsum tamen ἐπίσημον, sive *insigne navis*, haud refero. Fuit hoc in eius prora, ut ab aliis discerni posset. Tale Chimaeri, ἔπλει γὰρ πλοῖῳ λέοντα μὲν ἔχοντι πρῴραθεν ἐπίσημον, ἐκ δὲ πρύμνης δράκοντα apud *Plut.* T. II. pag. 247. F. Vise et *Scheffer.* Mil. Nav. lib. III. 1. WESS.

14. οἱ μὲν ἄνδρες γεγόνασί μοι γυναῖκες, *etc.*) Expressit celebre dictum *Polyaenus* VIII. 53, 4. paullo aliter; melius *Suidas* in Ἀρτεμισία, et *Eustathius*. Ennianum, *Vos etenim iuvenes animum geritis muliebrem, Illa virago viri*, hinc optime *Gronovius* derivat. WESS. — Dicti Xerxis vehemen-

tiam *Trogus* infregit, *Theopompum* forte sequutus: hinc *Iustin.* II. c. 12. et ex *Iustino Orosius* p. 113. Quod fecisse Xerxes legitur apud *Polyaen.* VIII. 53, 2. vix fidem inveniet; classis enim praefectus, ipsius Xerxis frater, in hoc conflictu periit λαμπρῶς ἀγωνισάμενος: *Diodor.* XI. c. 18. *Plut.* in Them. p. 119. D. Quae posui Herodotea [illegible] edit. *Eustath.* ad Ἰλ. π'. 96., protulit ad hoc Regis [illegible] strandum ex Aiace (vs. 1201.) *Sophoclea* non [illegible] Herodotea quae quidem dari poterant, uno excepto, [illegible] nia: Sophoclea legerat et apud *Herod.* I. cap. 155., γυναῖκας ἀντ' ἀνδρῶν ὄψεαι γιγνομένας: memorat de Sesostri narratum II. 102., de Persis IX. 26. et 106. Xerxi praeiverat Artemisia, dicere ausa coram Rege, in navali pugna tanto praestare Graecos Persis, ὅσον ἄνδρες γυναικῶν. [supra, c. 68.] Conf. *Diogenian.* Cent. IV. Prov. 1. et *Plato* Leg. I. p. 637. *Cicero* pro Milon. cap. 21., *quamquam paratus in impuratos Clodius, tamen mulier inciderat in viros. Livius* in illa magnifica παρεμβολῇ lib. IX. c. 19. *cum feminis sibi bellum fuisse dixisset, quod Epiri regem Alexandrum dixisse ferunt.* Praeter alios, Alexandri Molossi dictum habet *A. Gellius* Noct. Att. XVII. 21., *se quidem ad Romanos ire, quasi in ἀνδρωνῖτιν, Macedonem isse ad Persas, quasi in γυναικωνῖτιν.* VALCK.

CAP. LXXXIX. 2. Ἀριαβίγνης) Qui hic *Ariabignes*, Darii fil., *Plutarcho* in Themist. pag. 119. D. et Tom. II. p. 488. F. *Ariamenes*, neque alius ac *Artobazanes* Nostri lib. VII. 2. confusione mira. WESS.

6. καὶ μὴ ἐν χειρῶν νόμῳ) Memini *Diodoro* adscripta lib. IV. 32. Mutavit dictionem Auctor libri II. Maccab. cap. 5, 14. quando *tribus*, ait, *diebus octoginta millia* διεφθάρησαν, τέσσαρες μὲν ἐν χειρῶν νομαῖς: et lib. III. cap. 1, 5. καὶ οὕτω συνέβη τοὺς ἀντιπάλους ἐν χειρονομίαις διαφθαρῆναι: ubi *Grotius* ἐν κρεωνομίαις, *frustillatim discerpi*, quod nuperrime *Houbigantio*, docto viro, displicuit vehementer; neque enim pati id Graeca posse: ipse, *quorum quadraginta praeda militum fuere.* Ego vero edoceri gestio, ἐν χειρῶν νομαῖς διαφθαρῆναι praedam esse militum posse, quidque verbis οὐχ ἧττον τῶν ἐσφαγμένων ἐπράθησαν prioris loci, et posterioris πολλοὺς δὲ καὶ δορυαλώτους συλληφθῆναι tum faciendum? Illa demum *praedam* ponunt, cetera miserorum *necem*; *Grotiique* adeo, si quid mutandum, laudabilior opera. Ex

Alex. Cod. ἐν χειρῶν νόμοις utrobique, aut certe νόμῳ, recipi potius erit. WESS. — Ἐν χειρῶν νόμῳ διαφθείρεσθαι, vel πίπτειν, *Polybio* praesertim frequentata dictio: de qua vide Lexicon Polybian. voce Χείρ. *S.*

CAP. XC. 2. τῶν τινες Φοινίκων) Quibus ex pluteis et quo Codice *H. Steph.* hoc acceperit, dicere non habeo. Herodoteum est. Πίμπει τῶν τινας δορυφόρων lib. VII. 146. *Gronovium* consule lib. I. 85. WESS. — Ad istud, τῶν τις Περσέων, I. 85, 11. ingentem cumulum simillimarum dictionum *Gronovius* congessit ex I. 84, 19. 109, 17. 124, 17. II. 179, 2. VII. 143, 1. etc. *S.*

Ibid. τῶν τινες Φοίνικες) Φοινίκων corrigendum vidit *Koenius*; praebet hoc margo *Steph.*, absque Codicibus recipiendum. Τῶν τινα ἱππέων, in *Pausan.* pag. 594., *Ionicam Sylburg.* vocat ἀναστροφήν. Nostro frequens, apud alios hic illic observata fuit: vid. *T. Hemsterh.* in *Lucian.* p. 82. et *P. W.* in Diss. *Herod.* p. 137. Qui loquendi saepe figuras usurpat elegantes et rariores, amat *Eustathius* hanc etiam voculam Herodoteo sic more transponere: Junius immemor *Casaub.* in *Athen.* I. p. 22. B. pro τῶν Ὁμηριδῶν τις, pag. 56., *verius* iudicabat *et elegantius*, τῶν τις Ὁμηριδῶν: quod praebet *Eustath.* in Od. θ'. pag. 316, 47. Sed centenis forte locis sic scribit *Eustath.* semel *Athenaeus.* VALCK.

[10. ἅτε δὴ ἰόντες etc.) Utique ἅτε δὲ ἰόντες, aut ἅτε δὲ δὴ ἰόντες, hic requisiveram: at vulgatam scripturam tenet nostra membr. F. nec ex aliis libris enotatum quidquam h. l. video. *S.*]

11. ἀπήραξαν) Verbum illud onerat hoc loco litera superflua: apud *Suidam* etiam Ἀπαράξων; et Ἀπήραξεν, ἀπέκοψεν, scribendum; non literâ ρ duplicatâ. Recte scribuntur alibi apud Noatrum ἀραρεσόμενοι, συναράρεσονται, etc. *Eustathius* ad Ἰλ. ι'. 81. ἀπὸ δ' ἕξεως χεῖρα βαρεῖαν· τὸ Ἀπέξεσεν, ait, ἀντὶ τοῦ ῥᾳστα ἀπέκοψεν εἴληπται· τοῦτο δὲ καὶ Ἀπαράσσειν λέγεται Ἰλ. π'. 116. Optime: significat eximie Ἀπαράσσειν, *decutere.* Livii verbo *Valer. Max.* VII. 4, 2. *altissima papaverum capita baculo decussit; ἀπήραξε. Hesychius:* Ῥάκτρια, τὰ ῥαβδία, ἐν οἷς τοὺς καρποὺς ἀπαράσσουσιν, *baculi, quibus fructus decutiunt.* Qui eadem facilitate caput alterius vel manum pedesve ense *decutiebant*, hi quoque dicuntur ἀπαράξαι κάρα, *Sophocl.* Trach. vs. 1032. χεῖρα, *Philostr.* p. 827. E.

Apud *Herod.* V. 112., ὁ Κὰρ θερείην σκίλλῃς ἀπαμάσσει τὸν ἵππων τοὺς πόδας: *equi pedes falce decutit*, ut segetes *decalliantur*, ἀπαμάσσονται. VALCK.

16. καὶ πάντας αἰτιώμενος) Vetus καὶ πᾶν αἰτ. *omni modo accusans* vertit et longe praefert doctissimus de Pauw: nam *cunctos* si rex incusarit, ionus in ipsum recurrisse periculum. Quod illi vitio non verto, consensionem [illegible] rum, cuiusmodi nullum inspexerat, ignoranti. [illegible] πάντας, *omnes* Phoenices, quorum ἁμάρτων τῆς ὑπηκ[illegible] ἀνέκυσε ἀπίστιον, *Diodor.* XI. 19. WESS. — Equidem πάντας αἰτιώμενος (quod facere solent tristes et praesentem fortunam moleste ferentes) *quoslibet accusans* intellexerim: nec me turbaverat difficultas, qua premi hanc interpretationem *Pavius* censuit; si quis tamen cum *Wesselingio* commodius *cunctos Phoenices* existimaverit intelligi, ne eam eo quidem magnopere contendam. *S.*

19. κατήμενος ὑπὲ τῷ οὔρεϊ) Athenis in arce sella fuit dedicata, ἵδρυον τὸν ἀργυρόπουν dixit *Demosth.* c. Timocr. p. 466. in qua ἐκαθέζετο ὁ Ξέρξης ἐν τῷ Αἰγάλεῳ ὄρει τῆς Ἀττικῆς, θεωρῶν τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν. Ut ad ista *Demosthenis* scribit *Ulpianus*, montis nomen sic ibi scribendum monuerunt *H. Vales.* in *Harp.* p. 184. et *Jo. Meurs.* in Paralip. ad lib. de Pop. Att., valde dissita confundens *Aegilium* pagum et montem *Aegaleon;* errore detecto situm utriusque determinavit Clar. *A. Heringa* in Miscell. Obs. Nov. Tom. IX. pp. 693. vid. *I. Wasse* in Add. *Dukeri Thucydidi* subiectis p. 667. Legitur apud *Suid.* Ἀγαλῆν, ὄνομα ὄρους: ubi Codicum lectio Ἀγαλέων *Suidae* debetur; veram, Αἰγαλέων, ex *Thucyd.* p. 111, 83. [lib. II. c. 19.] grammaticus antiquior enotarat. VALCK.

20. τὸ πέλαγος Αἰγάλεως) Veteres in loco, unde Xerxes spectaverit dimicantes, dissident. *Phanodemus* ὑπὲρ τὸ Μοιάλιον; ubi fretum artissimum; *Acestodorus* in Megaridis confinio, superque colles, quibus Κεράτων nomen apud *Plutarch.* T. II. pag. 118. e.; qui quidem dissensus ex locorum colliumque *Aegaleo* vicinorum, [?] Cl. *Wasse* docente ad *Thucydid.* Add. p. 667. Sequuntur *Herodoti* finitionem Schol. *Aeschyli*, *Tzetzes* in *Lycophr.* pag. 142., *Ulpianus* ad *Demosth.* Timocrat. p. 466., ubi ἐν τῷ Ἀνγαλίῳ, vocem leviter turpatam, ὄρει τῆς Ἀττικῆς. Scholiorum, in quis *Istri* su-

per Aegaleo monte et vicinis fragmentum, *Wassius* oblitus non fuit, sed situs huius *Aegalei* vir magnus ad *Strabon.* lib. VIII. p. 550. [p. 359. c. ed. Cas.] WESS.

Cap. 24. πρὸς δὲ ἔτι καὶ προσεβάλετο - - - τούτου τοῦ Φοινικίνου πάθους) Aut aliquis latet error, aut Latina peccant: prava esse, non ambigo. [Tenuit *Vallae* Latina *Wess.* cum *Gron.* quae huius modi erant: *Quin etiam cladi Phoenicum ful adèrant, additus est Ariaramnes, quamquam amicus regis.*] Unde enim Ariaramenem cladi Phoenicum victimam accessisse, confit? Qua hominis culpa? An *προσεβάλετο τούτου τοῦ Φ. πάθους* haec indicare apta sunt? Saltem alius verbo casus adfuisset. Porro *οἱ μὲν δὴ etc.* quae continuo post, *Phoenicum* postulant poenas, nullas *Ariaramenis.* At obscurum et molestum perseverat *προσεβάλετο - - τούτου τοῦ Φοιν. πάθους*, neque dissipatur *Pavii* Latinis, *ob eo increpabatur praesens propter hanc Phoenicum poenam, quam deprecari voluerat*; nam, deprecari Ariaramenem voluisse, unde nobis paret, et ubi *προσβάλλεσθαι* tali notione? Errorem latere arbitror, et *προσελάβετο*, quae elegans *Reiskii* coniectura, fingendum; ut innuatur, *Ariaramenem, virum Persam, Ionum amicum, eum praesens adesset, calamitatem illam Phoenicum adiutasse* criminando. Placet *Abreschii φίλος Ἰώνων ἦν*, adeundi Diluc. *Thucydid.* pag. 112. WESS. — Vide *Var. Lect.* Ἐλάβετο et *ἐβάλετο*, horumque composita, quam facile inter se permutari per librariorum oscitantiam potuerint, satis adparet. *προσεβάλετο* quidem non modo cum *Schaef.* tenuit, sed diserte etiam defendit *Schulzius*; non animadvertens, verbum *προσβάλλεσθαι* (si modo usquam tali quadam notione usurpatum reperitur) nullo pacto posse cum genitivo casu construi, quo ea prodeat sententia quam ipse Vir doctus huic loco subiecit: *insuper etiam - - - contulit ad illam Phoenicum cladem.* Verbum *συμβάλλεσθαι* novimus ista notione positum, sed diversa notione constructum; velut apud *Lycian*, pag. 105. ed. *Reiskii*, πλείστα ὑπὲρ τῆς ἰλιθυίας συνεβάλοντο: et apud *Polyb.* III. 10, 7. πλείστα συνεβάλοντο πρὸς τὴν σύστασιν τοῦ πολέμου, ubi perperam alii libri *συνελάβοντο*. Similiterque in illo *Strabonis* loco, quem ex libro XIII. p. 1289. ed. Almelov. nescio quo errore idem *Schultzius* excitavit, πολὺ δὲ εἰς τοῦτο ἡ Ῥώμη *προσελάβετο*, videndum ne *προσέβαλετο* ibi

scriptum oportuerit. Verbum λαβέσθαι eiusque composita cum genitivo casu legitime construi, notum est. Et προσλαβέσθαι quidem nusquam alibi reperire mihi contigit, nisi in illo *Aristophanis* dicto, Pac. vs. 9. ubi absolute ponitur, προσλάβεσθε πρὸς θεῶν: ubi Schol. βοηθήσατε. Sed cognata προσεπιλαβέσθαι et συλλαβέσθαι cum genitivo casu constructa apud Nostrum habemus, V. 44, 9. et 45, 3. III. 48, 1. Quod autem opponit *Schulzius*, verba haec non nisi in bonam partem solere accipi, id quidem non obstat quo minus verbo προσελάβετο hîc esse locus possit; namque intelligi debebit, προσελάβετο αὐτοῖς (scil. τοῖς Ἴωσι) τούτου τοῦ Φοιν. πάθεος, *adiuvit Ionas, operam suam illis contulit, ut ab eorum capitibus in capita Phoenicum averteret calamitatem. S.*

CAP. XCII. 1. Ἐνθαῦτα συνεκύρεον νῆες etc.) Nugae [veteris] Interpretis de Themistoclis et Polycriti navali conflictu, ab *Aem. Porto* explosas, propagari nolui. Ἐνθαῦτα συνεκύρεον, *ibi naves sibi occurrerunt*, uti c. 87. οὔτε εἰ συνεκύρεον ἀ τῶν Καλυνδίων -- νηῦς. Pytheam vero, ex captivitate a Polycrito vindicatum, Ἰσχενόου *filium* melius lib. VII. 181. [quam Ἰσχίνου, ut hîc vulgo *lin.* 5.] scribi, ante hos ducentos annos *H. Stephanus* docuit. WESS.

11 *seq.* ἐς τῶν Αἰγινητέων τὸν Μηδισμὸν ὀνειδίζων.) Ecce iterum Crispinus. Vertebat [*Valla*]: *exprobrans Aeginetis, quod eum Medis sentirent.* [quae quidem intacta *Wess.* cum *Gron.* in latina versione reliquit.] Hoc de Polycrito Aeginetarum ductore credemus? Sensit incommodum vir doctus [*Reiskius*], sed auxit scribendo, ἐς ἐπίκορτον τῶν Αἰγινητέων τὸν etc., quasi Polycritus Themistocli audientibus Aeginetis studium Medicarum partium exprobrasset; cuius, si Sicinnum ad Persam missum cogitasse velis, notitiam non habuit, uni Aristidi patefactam; neque fraus illa bellica probrum fuit. Nisi egregie fallor, *Polycritus Themistoclem dicto momordit, quod superioribus annis omnes Aeginetae* et in his *Crius*, ipsius pater, *sinistra Atheniensium criminatione studii erga Medos fuerant arcessiti.* Si dubitas, redi ad lib. VI. 49. In hunc ergo Aeginetarum μηδισμὸν ipso in conflictus fervore ὀνειδίζει, seu non sine probro invehitur et obiicit Atheniensium imperatori, quippe, quod res ostendebat, fictissimum, Polycritus. Mox, νηὶ ἐμβαλὼν Sidoniae, de qua paullo superius. WESS.

CAP. XCIII. 1. ἤκουσαν Ἑλλήνων ἄριστα Αἰγινῆται) Honoris amplissimi, velut ab *Herodoto* Aeginetis attributi, tot meminit inedita in *Aristidem Scholiasta*: in Panathen. T. I. p. 183. Ἀνταγωνισταὶς, inquit, φησὶ τοὺς τὴν ὁμοίαν ἰσχυκότας τέχνην, λέγει δ' ἐν Αἰγινήταις· αὐτοὶ γὰρ μετ' αὐτοὺς ἤδεσαν τὰ ναυτικά· ὁ γοῦν Ἡρόδοτος ἐν τοῖς Περσικοῖς καὶ τὰ πρωτεῖα αὐτοῖς δίδωσι. Quando scribit Sophista doctissimus pag. 239. οἱ Ἕλληνες — τὰ ἀριστεῖα τῶν ναυμαχιῶν ἀπέδοσαν τῇ πόλει: Schol. τὰ ἀριστεῖα primum intelligit de spoliis eximiis, sella Xerxis, et aenaeo Mardonii: τινὲς δὲ, ait, λέγουσιν ὅτι τῶν περὶ χαλκῶν τῶν Ἀθηναίων λέγει, ὁ γὰρ Ἡρόδοτος λέγει τῆς ναυμαχίας ἐκεῖ. (ἀπεῖπον αὐθαι) δόξαν τοὺς Αἰγινήτας. Haec ubi vocat *Aristides* pag. 268. τὰ ναυτικὰ πρώτους: καὶ ὁ Ἡρόδοτος, inquit *Schol.* αὐτοῖς δίδωσι τὰ πρωτεῖα τῆς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίας, ὡς ναυτικοῖς ἔπαινος οὖν Ἀθηναίων ἐστὶ, ὅτι τοὺς ναυτικοὺς ἐθαύμασαν. Ut ex opere inedito, nec a quopiam absque alterius Codicis adiumento facile edendo, paulo plura describam lectu digna, qualia Codex iste Clar. *Burmanni* multa continet ad historiam Graecam illustrandam eximia. *Plutarchus* etiam in Them. cuius meminit Clar. *I. Perizon.* ad *Aelian.* Var. Hist. XII. 10., eandem in rem citat *Herodotum*, quum (in lib. de Herod. Malign. p. 871. D.) aegerrime fert *Themistocli* persona Dei Delphici; hic enim Aeginetas *ἀναίτιον τῆς ἀριστείας τῆς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίας*, teste *Herodoto* infra c. 122. ubi cap. seq. 123. Graecorum Principes Corinthum ablegant, illic indicaturos quis unus aequo ceteris hoc praelio fuisset excellentissimus. In hoc concilio, quo publico ducum iudicio Aeginetas velut isthoc praelio praestantissimos fuisse declaratos, quod nusquam tradit *Herodotus*, testatur *Diodor. Sicul.* XI. cap. 27. πρώτους προκρίνειν λέγει τοὺς Λακεδαιμονίους, χείρους γενέσθαι τοὺς (Lacedaemonii) ἐκείνων ἀριστείας· φέλον μὲν ἀριστεῖσαι τῶν Αἰγινητῶν, ὕστερον δὲ τῶν Ἀθηναίων. de invidia, quae erga Athenienses affecti fuerint ob hoc praelium, clarius etiam inquitur c. 55. Istam Graecae Principum invidiam verisimillimam posterorum forte memoriae subtrahere studuit *Herodotus*; qui hic ex vulgi iudicio primas inter privatos propugnatores defert *Aeginetae Polycritae*, et *Athenienses Eumenem atque Aminiae*; e quibus tribus hos tantum plures dignantur: vid. *Petav.* in *Aelian.* Var. Hist. V. 19. Add. Ku[illegible] p. [illegible]

3. καὶ Ἀθηναῖοι) Melius ita: ambo erant *Athenienses*. *Diodorus* XI. 27. solum *Aminiam*, *Aeschyli* fratrem, habet; rectius *Aelianus* Var. V. 19. cum nota *Perizonii*. Amplexus in proximis sum [*lin.* 5.] ἐπιδοκῇ, rei congruentius. Sic cap. 108. et 111. ἐπεί τε οἱ ἐπιδοκῇ μᾶλλον ἐπὶ δεξιὰ ἰέναι ἢ ἐπ' ἀριστερά, etc. WESS.

CAP. XCIV. 1 *seqq.* Ἀδείμαντον δὲ τὸν Κορίνθιον κτλ.) *Herodotum* spe praemii delectum, quod sibi spopondérat Corinthi, haec, mutatis prioribus, scripsisse, *Dionis Chrysost.* accusatio est. *Plutarchus* omnia Scripturis malignitati contribuit; de praemio non inpetrato, si bene memini, tacens. Profecto in Corinthiorum et Adimanti praeconio nimis parcae Musae sunt; qua de causa, non divino. Haec tamen ex *Atheniensium narrationibus*; quibus, mentiri si in animum induxisset, totius Graeciae haud opposuisset consensum. WESS. — Vide *lin.* 2. et *lin.* 22 *seq.* Caeterum commode *Larcherus* observavit, si veritati consentanea esset *Dionis* criminatio, *Plutarchum* profecto non praetermissurum fuisse opportunam adeo occasionem tarpem istam maculam *Herodoto* adspergendi. *S.*

Ibid. Ἀδείμαντον δὲ τὸν Κορινθ. etc.) De *Corinthiis* et *Adimanto* hic tantum narrat, *quid Athenienses dixerint*; atque huic rumori testimonium opponit universae Graeciae; sed hoc ille testimonium velut in transcursu tribus verbis commemorat; famam Athenis spargam eleganter enarrat atque explicate. Saepius etiam alibi talia scribit de Corinthiis, quae Atheniensibus multo quam illis laeta videri debuerint iucundiora. Huc adde *Dionis Chrysost.* qui *Herodotum* admirabatur, testimonium, in Corinth. p. 466. Corinthum Nostrum venisse narrantis, et pro laude Corinthiis iure contributa voluisse μισθὸν ἀρνεῖσθαι; mercede negata, μισοπονηθέντα, inquit, ἰδίᾳ, ἃ πάντες ἐπιστάμεθα τὰ περὶ τὴν Σαλαμῖνα καὶ τὸν Ἀδείμαντον. *Dionis* locum adhibuerunt Clar. *Wess.* etiam in Diss. *Herod.* p. 128. et *Reiskius* Animadv. II. p. 627. Haec tandem exigantur *Plutarchi* T. II. p. 862 D. ἔτι μέντοι δίκην τελέαν ὑφεῖναι δοκεῖν ἔλεγε [Ἀθηναῖος] Ἀνδρὸς τὸ φήφισμα γράψαντος, ἀνὴρ Ἀθηναῖος οὐ τῶν ἀσημοτάτων ἐν ἱστορίᾳ Δίδυμος εἴρηκεν. Haec si vera sunt, neque gratiae nec simultatis Historicus noster effugiet suspicionem: nota est, quam *primam esse historiae legem* scribit Cicero

de Orat. II. c. 16. Atheniensium rumori, sive ipsius potius *Herodoti* malevolentiae, *Plutarch.* T. II. p. 870. et seqq. opposuit *Thucydidae* silentium; donarium Delphicum; votum mulierum Corinthiarum; epigrammata *Simonidis* alia rumque; quae omnem tollere videntur dubitationem; quaeque *Herodoto* non ignota persuadere debuerant, rumorem, quem ab hostibus Corinthiorum Atheniensibus acceperat, involvendum silentio, non posterorum esse memoriae tradendum. De quatuor Epigrammatis, quae praebet *Plutarch.* duo leguntur etiam in *Anthol. ined.*; duo habet *Dion Chrys.* p. 459. velut *Simonidis*, ex quo Νῦν δὲ πεσὼν Αἴαντος vim docti restituendum monuerunt apud *Plutarchi*; pro Νῦν δὲ δυσμαχος. Illa *Dionis* non esset deterior lectio, Plutarcheam certe propior: Ὦ ξεῖν' εὐῶδές ποτ' ἐναίομεν ἄστυ Κορίνθου Νῦν δ' ἄμμ' Αἴαντος νᾶσος ἔχει Σαλαμίς. In Doriensium reliquiis τὸ ἡμεῖς scribitur ἄμμε, vel ἄμε: τὸ γῆρας ἄμμας πεφόβηται ταρχύσιν, *Sophronis* est in *Schol.* ad *Aeschyl.* Choëph. vs. 294. In *Ocelli* Doricis apud *Stobaeum* in Eclog. pag. 45, 26. πεδ' ἄμμε scribendum: πρὸς ἡμᾶς est in edito libello: πεδ' ἄμμας apud *Diog. Laërt.* I. 113. πεδ' ἄμμι in *Aristoph.* Lysist. vs. 195. VALCK. — *Epigrammata* ista *Analectis* suis inseruit *Brunckius*, T. I. p. 132 seq. num. 36. 37. 38. et 40. *S.*

d. ἀναλαβόντα καὶ ὑπερβάλοντα) Non aliter legisse *Plutarchum* videtur, sed interpretis malevoli perfunctus officio. Quare praetoriam accessit triremem, [*lin.* 7.] θεία πομπὴ, *divinitus missa*, remulcis mota celox irridetur illa philosopho velut αὐταρκεστάτῳ, qui acerbe, τί χαίρεις, ait, ἐὰν τιθηνὸν (forte legendum τιμᾶσθαι, privari:) μηχανῆς τροχηλάτου; ἢν πρὸς τοὺς ἄλλους ὑπερβαίνοντας ναῦς ταραχὴν ἀναζητεῖς illum talia dedecent, qui alium arguerat malignitatis. VALCK.

e. τὸν Ἀθηναίης Σκιάδος) *Minervae*, cui similis Athenis titulus, id *fanum* in extima erat Salamine, περὶ τὸ ἱδρυμένον τῆς Σκιάδος in *Plutarcho*, cui celox ista eleganter, sed criminose, αὐταρκεστάτης, *celo lapsa*. Ego vero τὰδικα προσθίμενος [*lin.* 9.] satis ad sententiam habeo, et addita [τοῦ Κορυθίας.] pro librarii, schedis indicantibus, scholion. WESS.

18. οὕτω δὴ ἀποστρέψαντα.) Vere sic ex schedis Gronovii; distracto itidem [*lin.* 19.] quamquam ex coniectura,

ἐπ' ἐξαγωγαῖσιν. Nunc quod legitur, Ionam di Herodoteum est. Vid. lib. IV. 166. WESS.

CAP. XCV. 5. παραλαμβὼν πολλοὺς τῶν ἀναιτίων) Plutarch. Aristid. p. 323. F. τοὺς πεπιμπράτους καὶ ἀνηλωκότους τῶν πολιτῶν, ubi ex correctione *Bryani* speciosa τῶν ἀναιτίων; sed non necessaria: quos enim in insulam duxit Aristides, Athenienses et cives erant. Persarum in *Psyttaleorum* lamitatem tragice *Aeschylus* Pers. vs. 457. coloravit. Cum stat autem hinc, *interfuisse* Aristidem *pugnae navali apud Salaminem, quae facta est prius, quam poena liberaretur*, ibi *Corn. Nepotis* Aristid. c. 2.; adfuisse tamen αὐτεπάλληλος *sponte sua*, nullo civitatis aut populi scito; unde nescia cui, ansa criminandi, ὅτι οὐκ ἀφίκετο εἰς τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν, et verbis quidem inficetis, praeterea quae *Demetrid Phalereo*, ut prave adpellatur, notatis περὶ Ἑρμην. c. 248. WESS. — Conf. supra, ad cap. 81, 6. S.

7. εἰς τὴν Ψυττάλειαν) In hanc insulam, inter terram continentem et Salamina interiectam, (de qua vid. *Steph. Byz.*) ante pugnam πολλοὺς τῶν Περσῶν ἀπεβίβασαν: sic supra scripsisse videtur c. 76. ut saepius illic etiam verbo syllaba sequens perperam adhaeserit. Persae in insula Psyttalia contrucidatos multis lamentatur *Aeschyli* Persa vs. 447-464., παίουσι, κτείνουσι δυστήνων μέλη; Ἕως ἀπ' αἰῶνος τῶν ἐξαπίφθιμον βίον. Quos de nobilissimis Persarum hic vivos cepit Aristides, ad Themistoclem missos dicitur *Plutarcho* in Aristid. p. 323. F. ex inhumano autem vatis Euphrantidis suasu Themistocles immolasse ὠμοφάγῳ Διονύσῳ *Baccho crudas carnes voranti*. ὁ τοῦ δήμου ἐνίοις, vel ὅσοις est Δημήτριος. Guinus aliàs nomen forsan ignorassemus, parvam insulam haec una Persarum clades nobilitavit: vid. *Pausan.* IV. p. 373. De illa hic egisset *Steph. Bergler.* ut liquet ex Notis in *Aleiphr.* p. 233. *Schol. inedit.* in *Aristid. Ramathen.* p. 345. Τὴν πρὸ τῆς Σαλαμῖνος νῆσον τὴν Ψυττάλειαν λέγει· ἐπεὶ γάρ τινες τῶν Περσῶν ἀπέβησαν, ὅπως, ὅτε τῶν Ἑλλήνων τὴν ναυμαχίαν ἐκδέχονται, περιελθόντες κατὰ τὰς διαβάσεις Ἑυταῦθα οὖν Ἀριστείδης ὁ Λυσιμάχου, συστρατηγὸς Θεμιστοκλέους, μετὰ τὴν νίκην τῆς ναυμαχίας ἀναβὰς μετὰ τῶν γερόντων τῶν Ἀθηναίων εἶπεν τὸ Περσικόν: ut cetera taceam, Themistocli non fuit Aristides συστρατηγός. VALCK.

CAP. XCVI. 1. ὅστις ἀπολωλεκὼς τὸν χρηστὸν) Ex

suspicione eruditi viri ἀποκλησθῆναι, quomodo κληροῦσθαι apud Sacros Novi Test. Scriptores. At Noster ad τῶν ναυηγίων τὰ πολλὰ aptavit, quae ad Coliadem delata fidem oraculis conciliarint. Ex *Vallae* sententia Lysistratus Atheniensis Bacide et Musaeo prior erit, malà, uti opinor. Πρότερον τουτέων [*lin.* 10.] non est *ante hos*, sed *ante eas res*, quae describuntur. Vid. lib. VI. 46. et alibi. Ultima oraculi. [*lin.* 13.] ἱστιοῖσι φρίξουσι iucundà Cl. *Kühnius* et leni medicinà reparavit ad *Pausan.* lib. I. c. 2. ἱστιοῖσι φόρξουσι: tantam videlicet remorum, ad Coliadem eiectorum, futuram abundantiam, ut illis *inter torrendum* mulieres uti possent. Quam quidem opem Codices, *Strabo*, *Eustathius*que recusant, non infitiaturi, modo liceret, φρίττειν ἱστιοῖς matronis adprime convenire, φρίττειν ἱστιοῖς, etsi meticulosum hoc genus, quidpiam arcessiti atque incommodi, possidere. Haec pro *Kühnio*, vineta mea caedens. WESS.

13. Κωλιάδες δὲ γυναῖκες ἱστιοῖσι φρίξουσι) *Remis horrebunt mulieres Coliades*; an *Horret capillis ut marinus asperis Echinus aut Laurens aper?* non opinor. Lenissima mihi quoque placet *Kühnii* correctio, legentis φρύξουσι; quae, *Bergler*o probata, *Reiskio* quoque venit in mentem, aliisque. Remis sic usurae, secundum *Kühnium*, mulieres dicuntur ut φρυγίτριαι, *friatoriis*. Φρύγω Latinum est *frigere*, de quo *N. Heins.* egit ad *Ovid.* Medic. Faciei vs. 70. VALCK. — φρύξουσι, a doctissimis duumviris commendatum, cum *Schaefero* et *Borheckio* adoptarunt etiam *Iacobs* (in Atticis) et *Schulz* in Herodoti Bellis Persicis; quod, ut audacius factum, quippe consentienti librorum omnium non modo Herodoteorum, sed Strabonis etiam, (teste Lipsiensi *Strabonis* Editore, lib. IX. p. 376.) auctoritati repugnans, sic et alioqui parum consultum, certe neutiquam necessarium fuisse, in *Var. Lect.* ad h. l. demonstravi. Caeterum in memoriam revocat huius vaticinii amphibolia istud, cuius *Thucydides* lib. II. c. 53. meminit. *S.*

CAP. XCVII. 7. χεῖμα ἐπιόντα ἐνεχοῦν) Fretum, ubi nox aggerem moliebatur, artum maxime erat, ὅσον δι' ἑπτὰ, *duorum circiter stadiorum*, in *Strabon.* lib. IX. p. 605. A. [p. 395. a. ed. Cas.] arbitrato, id consilii regem animo ante navale praelium agitasse, quae et *Ctesiae* Pers. c. 26. opinio. WESS.

CAP. XCVIII. 2. θνητὸν ἰόν.) Sicci-ne vero *nunciis* his *Persicis nihil mortale* celerius? an ne columbae quidem velociores essent censendae, quibus et olim ad domesticos deportandas litteras alligabant; qua de re *Casaub.* egit in *Athen.* IX. c. 11. [Animadv. in Athen. T. V. nuperae edit. p. 178.] Levissima mutatione pro θνητὸν libenter corrigerem ἀνηῆν, sive ἀνθρωπήϊον ἰόν. Utius ponam, aliis omissa, de iisdem loquentis *Xenophontis* verba Κυρ. Παιδ. VIII. p. 137, 35. ὅτι γε τῶν ἀνθρωπίνων πεζῇ πορειῶν αὕτη ταχίστη τοῦτο εὕρηλον. Aliorum de his loca dederunt *Brisson.* de Regn. Pers. p. 190. et *Stanlei.* ad *Aeschyli* Pers. vs. 247. *Herodotus* saepius ἀνθρωπήϊον scripsit, quam ἀνθρώπινον. Cum his Persicis cursores in ludis Atticis, facem ardentem, sive lampada, sibi invicem tradentes, comparat *Herod.* [*lin.* 11 seq.] cuius verba dedit *Io. Meurs.* in Gr. Fer. voc. Λαμπάς. VALCK. — Nil opus erat cur vocab. θνητὸν hic sollicitaretur; quum praesertim dubitari merito possit, an *Herodoti* iam aetate columbis ad transportandas literas usi sint nonnulli. *S.*

5 *seq.* Ἵπποι τε καὶ ἀνὴρ τεταγμένος) Laudibus *Gronovium* fero, amplioribus ornaturus, modo *Brissonio* et *Stanleio* comiorem sese praestitisset. Neuter schedas *Herodoti* manu exaratas versaverat; et vituperabuntur ob vocum, in Msstis latitantium, ignorantiam? Voces bene redierunt: clariusque cursum hunc, cuius Cyrus auctor et inventor, exponunt. Videndus *Brisson.* Regn. Pers. lib. I. 258. et *M. Paullus Venetus* lib. II. Region. Orient. c. 23., non dissimilem vehicularem apud Tartaros cursum enarrans. Unde vero *Cleomedes* (Sphaer. lib. II. p. 169. *Ed. Antw.*) mutuatus fuerit, Xerxem διαστῆσαι ἀνθρώπους ἀπὸ Σούσων μέχρις Ἀθηνῶν, qui clamore, quid ageretur significarent, et sic διὰ δύο νυχθημέρων ex Graecia ad interiorem Persidem nuncios perlatos, dicere non valeo. Sequens τοὺς οὔτε [*lin.* 6.] haud moveo: in distributione, ut dicere amant, numeri solens saepe mutatio. WESS. — Pro τοὺς *lin.* 6. cum *Reiskio* τοὺς malles ob sequens ἑωυτῷ *l.* 8. *S.*

12. τὴν τῷ Ἡροδότῳ ἐπιτελέουσι) *Themistium* adumbrasse, *Petavio* observatur, Or. XIX. p. 230. c. Pertinent huc *Aeschyli* versus cultissimi Agam. 320 seqq. Sed adi magnum *Erasmum* Chiliad. pag. 674. ed. *Francof.* WESS.

CAP. XCIX. 5. ἔσαν ἐν θυσίῃσι) De Graecis si loquerentur, sola mihi forma loquendi nova videretur, εἶναι ἐν θυσίῃσι. In Graecia saepe τὴν θυσίαν θάλειαν sequebatur; *convivium sacrorum causa fieri solitum*, interprete *Casaubo* in *Athen.* p. 745. [Animadv. T. V. p. 514. nuperae edit.] Θεῶν θυσίαι, θαλίαί τε, iunguntur in *Aristoph.* Nub. 328., qui in Pacis vs. 780. Ἀνδρῶν τε δαῖτας dixit, καὶ θαλίας μακαίρων. Quando vero de Persis verba facit, *Herodotum* scripsisse suspicor: ἔσαν ἐν θαλίῃσι τε καὶ εὐπαθίῃσι: quorum prius iuxta Nostrum notat χαρμόσυνα ἐτοῖσι, vel κεχαρηκότες ἑόρταζον, *laeti velut festos dies agitabant.* θάλειαν ἑορτὴν ἄγειν et θάλειαν ἄγειν Graecis etiam dicebatur: *Eustath.* in Od. Φ. p. 759. 6. Epist. *Socr.* p. 43, 18. Iam vide *Herod.* III. c. 27. in Apidis natalibus Aegyptii ἔσαν ἐν θαλίῃσι. Festo die bonarum rerum affluentes copia dicuntur ἐν εὐπαθείῃσι ἔοντες. *Herodot.* lib. I. c. 22. et 191. ubi χορούσιν καὶ ἐν εὐπαθείῃσι εἶναι; ut πίνειν καὶ εὐπαθέειν, II. 133. et 174. Nusquam iuncta reperi θύειν καὶ εὐπαθέειν: sed cum istis bene conveniunt, quod laeti Persae τάς τε ὁδοὺς μυρσίνῃσι πάσας ἐστόρεσαν, καὶ ἐθυμίων θυμιήματα. vid. *Brisson.* de Regn. Pers. p. 340. Mox ab illis mutati ad tristem nuncium Persae vestes sibi discindebant, [*lin.* 8.] ἅμα τε καὶ οἰμωγῇ ἐχρέωντο ἀπλέτῳ. Postrema vir summus adhibuit in Adnot. ad *Callimachum* clar. *Ernesti* p. 103. VALCK. — Cur pro ἐν θυσίῃσι *lin.* 5. contra librorum omnium fidem suspicaremur ἐν θαλίῃσι potius scripsisse *Herodotum*, nulla prorsus suberat ratio. Etenim θυσία et *sacrificium* intelligitur, et *universa festi dici solennitas*, et sigillatim *convivium quod peracto sacrificio instituitur.* Vide *Athen.* XIII. 573. e. ibique notata. *S.*

7. τοὺς κιθῶνας κατερρήξαντο) Hoc illud est, πάντες τά τε ἐσθῆτος ἐχόμενα εἶχον, ταῦτα κατερρήξαντό τε καὶ οἰμωγῇ ἀσθόνῳ διεχρέωντο *Persae* lib. III. 66.; hoc *Aeschyli* de eorum matronis, πολλαὶ δ' ἀπαλαῖς χερσὶ καλύπτρας κατερρηγόμεναι, Pers. vs. 537. Vide doctissimum *Berglerum* ad *Alciphron.* p. 130. WESS.

CAP. C. 7. ὑπὲρ μεγάλων αἰωρηθέντα) Nimium sese ac insolenter extulerat Mardonius, θυμούμενος καὶ μετέωρον ἑωυτὸν ἐκ τῶν ἑωυτοῦ uti *Philo Iud.*; nam, quod nunc (de Insomn. p. 1110. E.) ἑωυτοῦ, ferri non posse, Cl. *Mangeius* agnovit. Tali ingenio homines ἄνθρωποι τοιοῦτοι αἰωρούμενοι δι'

ξεις in eiusdem libro de Temul. p. 245. c. Proximum πολὺ praestantius est. Hinc vero robur et auctoritas eo dictibus, quorum lib. VI. 110. τῶν ἡ γνώμη ἔφερε συμβάλλειν haud inmerito laudatum fuit. WESS.

19. οὐ γάρ ἐστι Ἕλλησι οὐδ. ἔχδυσις) Id est ἀπήχανόν ἐστιν Ἕλλησι: vel ἔστιν οὐδεμία μηχανή. Eadem structura lib. II. c. 181. ἐστί τοι οὐδεμίη μηχανὴ μὴ οὐκ ἀπολωλέναι: III. 61. et 209. II. 160. Lucian. II. p. 503., οὐδεμία μηχανὴ μὴ οὐχὶ καὶ αὐτὸν σὺν ἁμοὶ ἁλῶναι. VALCK.

21. ταῦτα ποίεε) Bonum hoc: sed pro Nostri more τοῦτο τὸ ποιέειν melius ex *Arch.* Tale lib. V. 24. ἐπεὰν δὲ αὐτὸν περιλάβῃς, ποιέειν ὅκως μαθέτι -- ἀπίξεται. Vid. c. 67. et IV. 126. WESS.

25. ἐν Πέρσῃσι τοῖσι δεδήληται) Positura vocis τοῖσι multis molesta. Maluit σοῖσι, quamquam fluctuans, *Corn. de Paauw*, τοῖσιδε *Reiskius*; inmutatum qui relinquit *Abreschius*, τοῖσι δεδήληται *ab illis* explicat *Graecis*. Mihi ordo ex *Archi* enotatus [ἐν τοῖσι Πέρσῃσι] placet. Negat Mardonius, *Persarum rebus damnum allatum*. Classe quidem victores Graecos abiisse; at ibi ξύλων ἀγὼν, οὐκ ἀνδρῶν καὶ ἵππων. *Aegyptios*, *Cyprios*, *Cilices et Phoenices superatos esse*; *Persas* minime. Unde idem in epistola ad Graecos, νενικήκατε θαλασσίοις ξύλοις χρυσέους ἀνθρώπους in *Plut. Arist.* p. 324. c. WESS. — Duarum literarum mutatione incommodum ex τοῖσι natum evitari poterit, et apta emanabit sententia. Οὐ μὲν γὰρ ἐν Πέρσῃσί τοί τι δεδήληται τῶν πραγμάτων· εἰ δὲ φοίνισσι etsi non enim *Persarum* culpâ *quidquam rebus tuis allatum est detrimenti*. Δεδήσεσθαι significat βοᾶν: sed δεδηλῆσθαι notat βεβλάφθαι, *laesum esse*. Hinc fluxerunt omissa Lexicographis, Κυναιδάληπος, παιδάληπος, et ξιφοδάληπος, *Hipponactis* et *Aeschyli* vocabula. Δεδήληται in *Eurip.* Hippol. vs. 1262. *MS. Goth. Paris.* redditur βέβλαπται. Nihil vetat ἐν Πέρσῃσι hic interpretari διὰ Περσῶν: ut apud *Thucyd.* VII. c. 8. ἐν τῷ ἀγκύλῳ. VALCK. — Equidem, si *Valckenarii* τοί τι reciperetur, istud ἐν Πέρσῃσι non intelligerem *Persarum culpâ*; sed maiversam locutionem in eamdem sententiam interpretarer quam in latina versione expressi: *nullam rei tuae in Persis* (in *Persarum* personis, ad *Persas* quod attinet,) *detrimentum acceperunt*: neque huic interpretationi obstare puto, quod paulo post subiicit, ἐπειδὴ οὐ Πέρσαι τοι αἴτιοί εἰσι. S.

τρῖσι ἀμφὶ ταύτης οἰκέουσι τῆς πόλιος: quae sane non eleganter sunt tornata; *Vallae* reddita, *Amphictyensibus, qui circa eam urbem habitant*: *Palmerius*, *Amphictyonas*, ait, *a Pylaea sua in mediam Cariam sine navi transfretavit.* Suspicor primum, huius notae auctorem pro περιοίκοισι, I. 175., legisse in suo Cod. περικτίοσι: noverat magister ex *Hom.* Od. β, 65., περικτίονας ἀνθρώπους Οἱ περιναιετάουσι: iam vide quam docte scripserit, ad exemplar *Homeri* propemodum, ἀμφικτίτῃσι τοῖσι ἀμφὶ - - οἰκέουσι. Ubi meminit *Thucyd.* III. 104. Δηλίῳ τῶν περικτιόνων νησιωτῶν: *Schol.* Περικτίονες, inquit, ἤτοι περὶ μὲν ἀμφικτίονες, οἱ περιοικοῦντες. Usus rarioris vocis ἀμφικτίονες exemplum requirenti succurret *Androtion* apud *Pausan.* X. pag. 815., adiutus a *Sylburgio*. *Conterminos* ἀμφικτίονας vocans *Tzetzes* iuncta *Vales.* in *Harpocr.* p. 276., *Scaligerum* in errorem induxit; qualis *Grotium* etiam decepit (*Stobaei* sui Florileg. pag. 197.) in istis incerti Poëtae: κόσ' ἄλκιμον ἔξιτε θυμὸν, Ὦ νέοι, οὐδ' αἰδεῖσθ' ἀμφὶ περικτίονας: *neque vicinos, iuvenes, reveremini.* VALCK.

24. ἐν δὲ τοῖσι Πηδασέοισι) Verius Πηδασεῦσι, quod lib. VI. 20. *P. Leopardus* legebat Πηδασείοισι, Emend. VII. 11. Schedarum Πηδάσοισι, modo commodus a gentili vocabulo ad urbem Πήδασα processus foret, nec τούτοισι moraretur, posset ferri. [At nec transitus a gentili ad urbis nomen incommodi quidquam habet; nec, quid adiectum pronomen τούτοισι (sive, quod schedae dederunt, τουτέοισι) adferat molestiae, video: ἐν τοῖσι Πηδάσοισι τουτέοισι, *in hac urbe, cui Pedasa nomen, supra Halicarnassum sita, e qua oriundum Hermotimum dixi.*] At ferri non potest συμφέρεται, etsi saepius συνηνίχθη γενέσθαι repetatur: id enim, *quid acciderit*, non, *quid fama ferat*, indicare aptum est. [Itaque verum erat φέρεται, quod aliae schedae dederunt.] Verum enim vero multa narrationis huius offendunt. Poni saltem oportuerat ἐκεῖνόν αὐτοῖσί τε καὶ τοῖσι περικτ., sicuti lib. I. 175. [At, quemadmodum τοὺς περὶ vel ἀμφὶ αὐτὸν Graeci intelligunt *ipsum cum suis*, sic nihil magnopere obstat, quo minus περικτίονας (si modo necesse fuerit) *et ipsos et hos qui circum habitant* intelligamus.] *Gronovius* ἀμφικτίοσι, de Codice scripto silens, publicavit. Plerique aliter. Sequar tamen ob *Ask.* consensum. Ex *Vallae* Latinis *Amphictyonas* expulsus *Leopardus* voluit: eadem mens Nic.

Antonio lib. I. de Iurib. Exul. cap. 11., unice in ἀμφικτίονι acquiescenti, neque alia *Palmerio*. Sunt sane iidem περικτίονες, ἀμφικτίονες, sive, Scholiaste *Thucydidis* lib. III. 104. interprete, οἱ περιοικοῦντες: quales *Callino Ephesio* ἀμφιπεριπτίονες apud *Stob.* pag. 356. *Pedasensium accolas* alibi *Herodotus* περιοίκους eiusdemque verbis dixit *Strabo* XIII. p. 909. [pag. 611. ed. Cas.] Cui ergo bono additamentum, τοῖσι ἀμφὶ ταύτης οἰκέουσι τῆς πόλιος. Cur δὶς ταυτόν? utique ex ingenio librarii, rariorem ἀμφικτίονας vocem explicituri. [At talia frequenter in Nostri stylo diligens Musarum Lector observaverit.] Porro δὶς ἤδη ἐγένετο protinus [*lin.* 9.] peccat. Alibi τρὶς posuit, et cum eo *Strabo*. Quae cuncta animo revolventi plura his inculcata videntur. Consule *Valckenarium* ad dictum primi libri caput. WESS. — Mihi totius huius pericopae color, sive ipsius rei prodigiosae hoc loco factam mentionem, sive sermonis spectem habitum, haud dubie *Herodoteus* esse videtur: imprudenti autem accidisse arbitror Scriptori, ut, parum recordatus alio loco iam a se narratam esse fabulam, eamdem hoc loco iterum commemoraret. *S.*

CAP. CV. 4. Πανιώνιος) Hoccine mangoni nomen parentes inposuerint, an Παιωνίου, scripti codices dubium relinquunt: si posterius, respectus aliquis ad artem medicam erit, ex qua Apollo, Bacchus, et ipsa Minerva Παιώνιοι. Prius illi furcifero adcommodatius ex concilio Panionio, cuius Chii participes lib. I. 143., atque ita *Athenaeus*. Εἶδος ἰκταμένους [*lin.* 6.] libro I. 199. illustravimus; hic ἰκτάμενον tuemur. Habet cap. seq. τὰ αἰδοῖα ἀποτάμνειν, et gemina conplura *Portus*. Persici moris *Iosephus* lib. II. adv. Apion. cap. 37. facit παῖδας ἱκτίμενον, ubi *Spanhemius* bene. Nec illi tamen contumeliae primi auctores. WESS.

6. εἴδεος ἐκταμμένους) A natura *egregiam* totius corporis *formam adeptos*, neque adeo tantum εὐπροσώπους, sed εὐειδεῖς, sive κατὰ πᾶν τὸ ἐκτὸς εἶδος καὶ φυῆς εὖ ἔχοντας. *Chius* iste *Panionius* [*lin.* 7.] *exsectos* ἀγινίων ἐπώλεε τὰς Σαρδίς τε καὶ Ἔφεσον χρημάτων μεγάλων: in quibus ordinem nativum verborum invertit suo more; neque enim alibi *vendebat* Ephesum abducendos, sed *Sardibus et Ephesi*, mittendos in Persida, ubi πίστους τοῦτο secundum Herod. vidit τὸν ἀν-

CAP. XCIII. 1. ἤκουσαν Ἑλλήνων ἄριστα Αἰγινῆται) Honoris amplissimi, velut ab *Herodoto* Aeginetis attributi, ter meminit inedita in *Aristidem Scholiasta*: in Panathen. T. I. p. 183. Ἀναγωνιστὰς, inquit, φησὶ τοὺς τὴν ὁμοίαν ἰσχυρὰ τέχνην, λέγει δ' ἐν Αἰγινήταις· αὐτοὶ γὰρ μετ' αὐτοὺς ἤδεσαν τὰ ναυτικά· ὁ γοῦν Ἡρόδοτος ἐν τοῖς Περσικοῖς καὶ τὰ πρωτεῖα αὐτοῖς δίδωσι. Quando scribit Sophista doctissimus pag. 239. ὅτι Ἕλληνες — — τὰ ἀριστεῖα τῶν ναυμαχιῶν ἀπέδοσαν τῇ πόλει: *Schol.* τὰ ἀριστεῖα primum intelligit de spoliis eximiis, sella Xerxis, et noinace Mardonii: τινὲς δὲ, ait, λέγουσιν ὅτι τῶν περὶ χάριν τῶν Ἀθηναίων λέγει, ὁ γὰρ Ἡρόδοτος λέγει τῆς ναυμαχίας ἐστιν. (ἀπεπήγνυσθαι) δόξαν τοὺς Αἰγινήτας. Hos ubi vocat *Aristides* pag. 268. τὰ ναυτικὰ πρώτους: καὶ ὁ Ἡρόδοτος, inquit *Schol.* αὐτοῖς δίδωσι τὰ πρωτεῖα τῆς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίας, ὡς ναυτικοῖς ἐπαίνου οὖν Ἀθηναίων ἐστὶ, ὅτι τοὺς ναυτικοὺς ἐτίμησαν. Ut ex opere inedito, nec a quopiam absque alterius Codicis adiumento facile edendo, paulo plura describam lectu digna, qualia Codex iste Clar. *Burmanni* multa continet ad historiam Graecam illustrandam eximia. *Plutarchus* etiam in Themist. cuius meminit Clar. *I. Perizon.* ad *Aelian.* Var. Hist. XII. 10., eandem in rem citat *Herodotum*, quem (in lib. de Herod. Malign. p. 871. D.) aegerrimo ferat animo persona Dei Delphici; hic enim Aeginetas ἀναίτιον καὶ ἀμυήτητε τῆς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίας, teste *Herodoto* infra c. 122. ubi cap. seq. 123. Graecorum Principes Corinthum abiegne, illuc indicaturos quis unus esset ceteris hoc praelio fuisset excellentissimus. In hoc concilio, quo publico duumvirali iudicio Aeginetas velut isthoc praelio praestantissimos fuisse declarabat, quod nusquam tradit *Herodotus*, testatur *Diodorus Siculus* XI. cap. 27. πρώτους προκρίναντας περὶ τῶν ἀριστείων, χιλίους ναυτοξότας (Lacedaemonii) ἐπαίνεσαν προθύμως, πόλλα μὲν ἀριστεῦσαι τὸν Αἰγινητῶν, ἄνδρα δὲ Ἀμεινίαν Ἀθηναῖον: de invidia, quae erga Athenienses affecti fuerint, ἀφορμὴν τῇ βίβλῳ, ubi eius etiam inquirit c. 56. Inter Graecos Principum invidiam verissimillimam posteriorum forte memoriae subtrahere studuit *Herodotus*; quae hic ex vulgi iudicio primum inter privatos propugnatores defert *Aeginetae Polycritus*, et *Athenienses Eumenes* atque *Aminias*; e quibus Aminiam hos honores prae ceteris dignantur: vid. *Petav.* in *Themist. Valesii* V. 219. *Val. Max.* V. 3.

3. καὶ Ἀθηναῖοι) Melius ita: ambo erant *Athenienses*. *Diodorus* XI. 27. solum *Aminiam*, *Aeschyli* fratrem, habet; rectius *Aelianus* Var. V. 19. cum nota *Perizonii*. Amplexus in proximis sum [*lin.* 5.] ἐπιδιώξει, rei congruentius. Sic cap. 108. et 111. ἐπεί τε οἱ ἐπιδιώξει μὲν ἐπεδίωκον ἐν τῇ προτέρῃ, etc. WESS.

CAP. XCIV. 1 *seqq.* Ἀδείμαντον δὲ τὸν Κορίνθιον etc.) *Herodotum* spe praemii delectum, quod sibi spopondérat Corinthi, haec, mutatis prioribus, scripsisse, *Dionis Chrysost.* accusatio est. *Plutarchus* omnia Scriptoris malignitati contribuit; de praemio non impetrato, si bene memini, taceus. Profecto in Corinthiorum et Adimanti praeconio nimis parcae Musae sunt; qua de causa, non divino. Haec tamen ex *Atheniensium narrationibus*; quibus, mentiri si in animum induxisset, totius Graeciae haud oppugnasset consensum. WESS. — Vide *lin.* 2. et *lin.* 22 *seq.* Caeterum eodem modo *Larcherus* observavit, si veritati consentanea esset *Dionis* criminatio, *Plutarchum* profecto non praetermissurum fuisse opportunam adeo occasionem tam pernem istam maculam *Herodoto* adspergendi. *S.*

Ibid. Ἀδείμαντον δὲ τὸν Κορινθ. etc.) De *Corinthiis* et *Adimanto* hic tantum narrat, *quid Athenienses dixerint*; atque huic rumori testimonium opponit universae Graeciae; sed hoc ille testimonium velut in transcursu tribus verbis commemorat, famam Athenis sparsam eleganter enarrat atque explicate. Saepius etiam alibi talia scribit de Corinthiis, quae Atheniensibus multo quam illis lectu videri debuerint iucundiora. Huc adde *Dionis Chrysost.* qui *Herodotum* admirabatur, testimonium, in Corinth. p. 466. Corinthum Nostrum venisse narrantis, et pro laude Corinthiis sua contributa voluisse μισθὸν ἄρνυσθαι; mercede negata, ἀπαγορεύσαντα, inquit, ἐπαῖνον, ἃ πάντες ἐπιστάμεθα τὰ περὶ τὸν Ξέρξην καὶ τὸν Ἀδείμαντον. *Dionis* locum adhibuerunt Clar. *Wesseling.* etiam in Diss. *Herod.* p. 128. et *Reiskius* Animadv. II. p. 847. Haec tandem exigantur *Plutarchi* T. II. p. 862 D. ἔτι μέντοι ἄλλα τηλαυγῆ δοκοῦσιν ἔλαθον ἐξ Ἀθηνῶν ἀνδρῶν τὸν ἀφίξεσθαι γεγράφοντες, ἀνὴρ Ἀθηναῖος οὐ τῶν ἀσημοτάτων ἐν ἱστορίᾳ Διόνλος εἴρηται. Haec si vera sunt, neque gratiae nec simultatis Historicus noster effugiet suspicionem: nota est, quam *primam esse historiae legem* scribit Cicero

de Orat. II. c. 15. Atheniensium rumori, sive ipsius potius *Herodoti* malevolentiae, *Plutarch.* T. II. p. 870. et seq. opposuit *Thucydidae* silentium; donarium Delphicum; votum mulierum Corinthiarum; epigrammata *Simonidis* alio rumque; quae omnem tollere videntur dubitationem; quaeque *Herodoto* non ignota persuadere debuerant, rumorem, quem ab hostibus Corinthiorum Atheniensibus acceperat, involvendum silento, non posterorum esse memoriae tradendum. De quatuor Epigrammatis, quae praebent *Plutarch.* duo leguntur etiam in *Anthol. ined.*; duo habet *Dion Chrys.* p. 459. velut *Simonidis*, ex quo Νῦν δὲ μοι Αἴαντες vim docti restituendum monuerunt apud *Plutarchum* pro Νῦν δὲ ἀνάμαντος. Illa *Dionis* non esset deterior lectio; Plutarcheam certe propior: Ὦ ξεῖν' εὐδερόν ποτ' ἰναίομεν ἄστυ Κρίσσου Νῦν δ' ἄμμ' Αἴαντες νᾶες ἔχοι Σαλαμίς. In Dorienses reliquiis τὸ ἡμῖς scribitur ἄμμε, vel ἄμμες τὸ γῆρας ἄμμας παρῆκεν ταχέως, *Sophronis* est in *Schol.* ad *Aeschyl.* Choëph. vs. 294. In *Ocelli* Dorico apud *Stobaeum* in Ecl. pag. 45, 26. ποθ' ἄμμε scribendum: πρὸς ἡμᾶς est in edito libello ποθ' ἄμμε apud *Diog. Laërt.* I. 113. ποθ' ἄμε in *Aristoph.* Lysist. vs. 195. VALCK. — *Epigrammata* ista Analectis suis inseruit *Brunckius*, T. I. p. 132 seq. num. 36. 37. 39. et 40. *S.*

3. ἐκπαγίντα καὶ ὑπερδέσαντα) Non aliter legisse *Plutarchus* videtur, sed interpretis malevoli perfunctus officio. Quae praetaniam accessit tricmem, [*lin.* 7.] θεὸν πομπῆς dimittus missa, ranalia mota celox irridetur illa philosopho nolut. ὑφαιμωνικὸς, qui acerbo, τί γὰρ, ait, ἐκεῖνο τὸ τίθενται (forte legendum τιτάνεται, *primari*:) μηχανῆς τραγικῆς, ἢν πᾶσιν τοῖς ἄλλοις ὑπερπίστευκεν ὁ τραγῳδοποιὸς ἀληθείᾳ: illum talia decebant, qui alium arguebat malignitatis. VALCK.

6. ἱερὸν Ἀθηναίης Σκιρίδος) *Minervae*, cui similis Athenis titulus, id *fanum* in extima erat Salamine, περὶ τὸ λιμενικὸν τῆς Σαλαμῖνος, in *Plutarcho*, cui celox ista elegantior, sed crimine, ὑφαιμωνικὸς, *acolo lapsa*. Ego vero ἐκεῖσε προσφέρεσθαι [*lin.* 9.] satis ad sententiam habeo, et addita [τοῖς Κορινθίοις,] pro librarii, schedis indicantibus, scholio. WESS.

18. οὕτω δὴ ἀποστρέψαντα) Vere sic ex schedis Gronovii vidi; distracto itidem [*lin.* 19.] quamquam ex coniectura,

δι' ἐξηγουμένου. Nunc quod legitur, Ionum di Herodoteum est. Vid. lib. IV. 165. WESS.

CAP. XCV. 5. παραλαβὼν πολλοὺς τῶν ἀνδρῶν) Plutarch. Aristid. p. 323. F. τοὺς πρεσβυτάτους καὶ μαχιμωτάτους τῶν πολιτῶν, ubi ex correctione *Bryani* speciosa τῶν ἀνδρῶν; sed non necessaria: quos enim in insulam duxit Aristides, Athenienses et cives erant. Persarum [illegible] lamitatem tragice *Aeschylus* Pers. vs. 465. [illegible] stat autem hinc, *interfuisse* Aristidem *pugnae* [illegible] *Salaminem, quae facta est prius, quam poena liberaretur*, ait *Corn. Nepotis* Aristid. c. 2.; adfuisse tamen ἀναπλήτως *sponte sua*, nullo civitatis aut populi scito; unde nescia cui, ansa criminandi, ὅτι οὐκ ἀφίκετο εἰς τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν, et verbis quidem inficetis, propterea que a *Demetrio Phalereo*, ut prave adpellatur, notatis περὶ Ἑρμην. c. 24. WESS. — Conf. supra, ad cap. 81, 6. *S.*

7. ἐς τὴν Ψυττάλειαν) In hanc insulam, inter terram continentem et Salamina interiectam, (de qua vid. *Steph. Byz.*) ante pugnam πολλοὺς τῶν Περσῶν ἀπεβίβασαν: sic supra scripsisse videtur c. 76. ut saepius illic etiam verbo syllaba sequens perperam adhaeserit. Persae in insula Psyttalia contrucidatos multis lamentatur *Aeschyli* Pers. vs. 447-464., πολλοὶ, κρατιμοπεῦσι δυστήνων μάτην; Ἕως ἀπάντων ἐξαπέφθιμεν βίου. Quos de nobilissimis Persarum hic vivos cepit Aristides, ad Themistoclem misisse dicitur *Plutarcho* in Aristid. p. 323. F. ex inhumano autem vatis Euphrantidis suasu *Themistocles* immolasse ὠμοφαγῇ Διονύσῳ *Baccho crudas carnes voranti*. ὁ τὴ δάμαλιν ἐφόνευσε, vel ὃν ἔθυσε est Διρμήτης. Quos aliàs nomen forsan ignoraverimus, praesertim insulam haec una Persarum clades nobilitavit: vid. *Pausan.* IV. p. 373. De illa hic egisset *Steph. Bergler.* ut liquet ex Notis in *Alciphr.* p. 233. *Schol. med.* in *Aristid. Rhamnen.* p. 345. Τὴν πρὸ τῆς Σαλαμῖνος νῆσον τὴν Ψυττάλειαν λέγω· ἐκεῖ γάρ τοὺς τῶν Περσῶν ἀνεβίβασαν, ὅτε, ὅτε τῶν Ἑλλήνων τὴν ναυμαχίαν ἐκδέχονται, περιαγγέλλοντες αὐτοῖς διαθέρμανται. Ἐνταῦθα οὖν Ἀριστείδης ὁ Λυσιμάχου, συστρατηγὸς Θεμιστοκλέους, μετὰ τὴν νίκην τῆς ναυμαχίας ἀναβὰς μετὰ τῶν γερόντων τῶν Ἀθηναίων ἀπέδει τὸ Περσικόν: ut cetera taceam, Themistocli non fuit Aristides *συστρατηγός*. VALCK.

CAP. XCVI. 1. ὅστε ἀποκλῆσαι τὸν χρηστήριον) Ex-

suspicione eruditi viri ἀποκλοτῆναι, quomodo κλυσθῆναι apud Sacros Novi Test. Scriptores. At Noster ad τῶν ναυηγίων τὰ πολλὰ aptavit, quae ad Coliadem delata fidem oraculis conciliarint. Ex *Vallae* sententia Lysistratus Atheniensis Bacide et Musaeo prior erit, malà, uti opinor. Πρότερον τουτίων [*lin.* 10.] non est *ante hos*, sed *ante eas res*, quae describuntur. Vid. lib. VI. 46. et alibi. Ultima oraculi. [*lin.* 13.] ἱστιοῖσι φρίξουσι iucundà Cl. *Kühnius* et leni medicinà reparavit ad *Pausan.* lib. I. c. 2. ἱστιοῖσι φρύξουσι, tantam videlicet remorum, ad Coliadem ejectorum, futuram abundantiam, ut illis *inter torrendum* mulieres uti possent. Quam quidem opem Codices, *Strabo*, *Eustathius*que recusant, non infitiaturi, modo liceret, φρύγια ἱστιοῖς matronis adprime convenire, φρίγια ἱστιοῖς, etsi meticulosum hoc genus, quidpiam arcessiti atque incommodi, possidere. Haec pro *Kühnio*, vincta mea caedens. WESS.

13. Κωλιάδες δὲ γυναῖκες ἱστιοῖσι φρίξουσι) *Remis horrebunt mulieres Coliades*; an *Horret capillis ut marinus asperis Echinus aut Lagrens aper?* non opinor. Lenissima mihi quoque placet *Kühnii* correctio, legentis φρύξουσι; quae, *Bergler*o probata, *Reiskio* quoque venit in mentem, aliisque, Remis sic usurae, secundum *Kühnium*, mulieres dicuntur ut φρυγίτρους, *frictoriis*. Φρύγια Latinum est *frigere*, de quo *N. Heins.* egit ad *Ovid.* Medic. Faciei vs. 70. VALCK. — φρύξουσι, a doctissimis duumviris commendatum, cum *Schaefero* et *Borheckio* adoptarunt etiam *Iacobs* (in Atticis) et *Schulz* in Herodoti Bellis Persicis; quod, ut audacius factum, quippe consentienti librorum omnium non modo Herodoteorum, sed Strabonis etiam, (teste Lipsiensi *Strabonis* Editore, lib. IX. p. 376.) auctoritati repugnans, sic et alioqui parum consultum, certe neutiquam necessarium fuisse, in *Var. Lect.* ad h. l. demonstravi. Caeterum in memoriam revocat huius vaticinii amphibolia istud, cuius *Thucydides* lib. II. c. 53. meminit. *S.*

CAP. XCVII. 7. χῆμα ἱστᾶτο διοικεῖν) Fretum, ubi per aggerem moliebatur, artum maxime erat, ὅσον δι' σταδίων, *duorum circiter stadiorum*, in *Strabon.* lib. IX. p. 395. A. [p. 395. a. ed. Cas.] arbitrato, id consilii regem animo inter navale praelium agitasse, quae et *Ctesiae* Pers. c. 26. opinio. WESS.

CAP. XCVIII. 2. θνητὸν ἰόν.) Sicci-ne vero *nunciis* his *Persicis nihil mortale* celerius? an ne columbae quidem velociores essent censendae, quibus et olim ad domesticos deportandas litteras alligabant; qua de re *Casaub.* egit in *Athen.* IX. c. 11. [Animadv. in Athen. T. V. nuperae edit. p. 178.] Levissima mutatione pro θνητὸν libenter corrigerem ἀνήϊον, sive ἀνθρωπήϊον ἰόν. Utilius ponam, aliis omissa, de iisdem loquentis *Xenophontis* verba Κυρ. Παιδ. VIII. p. 137, 35. ὅτι γε τῶν ἀνθρωπίνων πεζῇ πορειῶν αὕτη ταχίστη τοῦτο εὕδηλον. Aliorum de his loca dederunt *Brisson.* de Regn. Pers. p. 190. et *Stanlei.* ad *Aeschyli* Pers. vs. 247. *Herodotus* saepius ἀνθρωπήϊον scripsit, quam ἀνθρώπινον. Cum his Persicis cursores in ludis Atticis, facem ardentem, sive lampada, sibi invicem tradentes, comparat *Herod.* [*lin.* 11 seq.] cuius verba dedit *Io. Meurs.* in Gr. Fer. voc. Λαμπάς. VALCK. — Nil opus erat cur vocab. θνητὸν hic sollicitaretur; quum praesertim dubitari merito possit, an *Herodoti* iam aetate columbis ad transportandas literas usi sint nonnulli. *S.*

5 *seq.* ἵππος τε καὶ ἀνὴρ τεταγμένος) Laudibus *Gronovium* fero, amplioribus ornaturus, modo *Brissonio* et *Stanleio* comiorem sese praestitisset. Neuter schedas *Herodoti* manu exaratas versaverat; et vituperabuntur ob vocum, in Mssti latitantium, ignorantiam? Voces bene redierunt; clariusque cursum hunc, cuius Cyrus auctor et inventor, exponunt. Videndus *Brisson.* Regn. Pers. lib. I. 238. et M. *Paullus Venetus* lib. II. Region. Orient. c. 23., non dissimilem vehicularem apud Tartaros cursum enarrans. Unde vero *Cleomedes* (Sphaer. lib. II. p. 169. *Ed. Antw.*) mutuatus fuerit, Xerxem διαστῆσαι ἀνθρώπους ἀπὸ Σούσων μέχρις Ἀθηνῶν, qui clamore, quid ageretur significarent, et sic διὰ δύο νυχθημέρων ex Graecia ad interiorem Persidem nuncios perlatos, dicere non valeo. Sequens τοὺς οὔρεα [*lin.* 6.] haud moveo: in distributione, ut dicere amant, numeri solens saepe mutatio. WESS. — Pro τοὺς *lib.* 6. cum *Reiskio* τοὺ malles ob sequens ἑωυτῷ l. 8. *S.*

12. τὴν τῷ Θεμιστοκλέϊ ἐπιτιθεῖσαν) *Themistium* adumbrasse, *Petavio* observatur, Or. XIX. p. 230. c. Pertinent huc *Aeschyli* versus cultissimi Agam. 320 seqq. Sed adi magnum *Erasmum* Chiliad. pag. 674. ed. *Francof.* WESS.

CAP. XCIX. 5. ἴσαν ἐν θυσίῃσι) De Graecis si loquereturr, sola mihi forma loquendi nova videretur, *ἴσαν ἐν θυσίῃσι*. In Graecia saepe τὴν θυσίαν θάλεια sequebatur; *convivium sacrorum causa fieri solitum*, interprete *Casaubo* in *Athen.* p. 745. [Animadv. T. V. p. 514. nuperae edit.] Θεῶν θυσίαι, θαλίαί τε, iunguntur in *Aristoph.* Nub. 328, qui in Pacis vs. 780. Ἀνδρῶν τε δαῖτας dixit, καὶ θαλίας μακαρίων. Quando vero de Persis verba facit, *Herodotum* scripsisse suspicor: ἴσαν ἐν θαλίῃσι τε καὶ εὐπαθίῃσι: quorum prius iuxta Nostrum notat χαριόεντα ἑορτάν, vel κεχαρμένοι ἑόρταζον, *laeti velut festos dies agitabant*. θάλειαν ἑορτὴν ἄγειν et θάλειαν ἄγειν Graecis etiam dicebatur: *Eustath.* in Od. φ. p. 759. 6. Epist. *Socr.* p. 43, 18. Iam vide *Herod.* III. c. 27. in Apidis natalibus Aegyptii ἔσαν ἐν θαλίῃσι. Festo die bonarum rerum affluentes copia dicuntur ἐν εὐπαθείῃσι ἔντες. *Herodot.* lib. I. c. 22. et 191. ubi χορεύειν καὶ ἐν εὐπαθείῃσι εἶναι; ut πίνειν καὶ εὐπαθέειν, II. 133. et 174. Nusquam iuncta reperi θύειν καὶ εὐπαθέειν: sed cum istis bene conveniunt, quod laeti Persae τάς τε ὁδοὺς μυρσίνῃσι πάσας ἐστόρεσαν, καὶ ἐθυμίων θυμιήματα. vid. *Brisson.* de Regn. Pers. p. 340. Mox ab illis mutati ad tristem nuncium Persae vestes sibi discindebant, [lin. 8.] ἄκρης τε καὶ οἰωνῆς ἐχρέωντο ἁπλίτῃ. Postrema vir summus adhibuit in Adnot. ad *Callimachum* clar. *Ernesti* p. 103. VALCK. — Cur pro ἐν θυσίῃσι lin. 5. contra librorum omnium fidem suspicaremur ἐν θαλίῃσι potius scripsisse *Herodotum*, nulla prorsus suberat ratio. Etenim θυσία et *sacrificium* intelligitur, et *universa festi dici solennitas*, et sigillatim *convivium quod peracto sacrificio instituitur*. Vide *Athen.* XIII. 573. e. ibique notata. *S.*

7. τοὺς κιθῶνας κατερρήξαντο) Hoc illud est, πάντες τά τε ἐσθῆτος ἐχόμενα εἶχον, σφᾶς κατερρήξαντό τε καὶ οἰμωγῇ ἀθρόᾳ διεχρέωντο *Persae* lib. III. 66.; hoc *Aeschyli* de eorum matronis, πολλαὶ δ' ἁπαλαῖς χερσὶ καλύπτρας κατερρηκόμεναι, Pers. vs. 537. Vide doctissimum *Berglerum* ad *Alciphron.* p. 130. WESS.

CAP. C. 7. ὑπὲρ μεγάλων αἰωρηθέντα) Nimium sese ac insolenter extulerat Mardonius, φυσώμενος καὶ μέγιστον ἑωυτὸν ποιεύμενος uti *Philo Iud.*; nam, quod nunc (de Insomn. p. 1110. E.) ὑπερφυᾶς, ferri non posse, Cl. *Mangeius* agnovit. Tali ingenio homines ἄνθρωποι κενοῖς αἰωρούμενοι δό-

ξεις in eiusdem libro de Temul. p. 245. c. Proximum ἀλλον praestantius est. Hinc vero robur et auctoritas codicibus, quorum lib. VI. 110. τῶν ἡ γνώμη ἔφερε συμβάλλειν haud inmerito laudatum fuit. WESS.

19. οὐ γάρ ἐστι Ἕλλησι οὐδὲ ἔχθυσις) Id est ἀμήχανόν ἐστιν Ἕλλησι: vel ἔστιν οὐδεμία μηχανή. Eadem structura lib. II. c. 181. ἐστί τοι οὐδεμίη μηχανὴ μὴ οὐκ ἀπολωλέναι: III. 61. et 209. II. 160. Lucian. II. p. 503., οὐδεμία μηχανὴ μὴ οὐχὶ καὶ αὐτὸν σὺν ἁμοὶ ἀλῶναι. VALCK.

21. ταῦτα ποίεε) Bonum hoc: sed pro Nostri more τοῦτο τὸ ποιέειν melius ex *Arch.* Tale lib. V. 24. ἐπεὰν δὲ αὐτὸν περιλάβῃς, ποιέειν ὅκως μεμάθηκε -- ἀπίξεται. Vid. c. 67. et IV. 126. WESS.

25. ἐν Πέρσῃσι τοῖσι δεδήληται) Positura vocis τοῖσι multis molesta. Maluit τοῖσι, quamquam fluctuans, *Corn. de Paauw*, τοῖσδε *Reiskius*; inmutatam qui relinquit *Abreschius*] τοῖσι δεδήληται *ab illis* explicat *Graecis*. Mihi ordo ex *Arndti* enotatus [ἐν τοῖσι Πέρσῃσι] placet. Negat Mardonius, *Persarum rebus damnum allatum*. Classe quidem victores Graecos abiisse: at ibi ξύλων ἀγὼν, οὐκ ἀνδρῶν καὶ ἵππων. *Aegyptios, Cyprios, Cilices et Phoenices superatos esse; Persas minime*. Unde idem in epistola ad Graecos, ναυμάχιαι θαλασσίοις ξύλοις χερσαίους ἀνδρώτους in *Plut.* Arist. p. 324. c. WESS. — Duarum literarum mutatione incommodum ex τοῖσι natum evitari poterit, et apta enascetur sententia: Οὐ μὲν γὰρ ἐν Πέρσῃσί τοί τι δεδήληται τῶν πρηγμάτων· εἰ δὲ Φοίνικες etc. *non enim Persarum culpâ quidquam rebus tuis allatum est detrimenti*. Δεδήσεσθαι significat βοᾶν, sed δεδηλῶσθαι notat βεβλάφθαι, *laesum esse*. Hinc fluxerunt omissa Lexicographis, Κυναιδήλατος, πυαιδήλατος, et ξιφοδήλατος, *Hipponactis* et *Aeschyli* vocabula. Δεδήληται in *Eurip.* Hippol. vs. 1765. *MS.* Godi *Paris.* redditur βέβλαπται. Nihil vetat ἐν Πέρσῃσι hic interpretari διὰ Περσῶν: ut apud *Thucyd.* VII. c. 8. ἐν τῷ ἀγκύλῳ. VALCK. — Equidem, si *Valckenarii* τοί τι reciperetur, istud ἐν Πέρσῃσι non intelligerem *Persarum culpâ*; sed universam locutionem in eamdem sententiam interpretarer quam in latina versione expressi: *nullum res tuae in Persis* (in *Persarum* personis, ad *Persas* quod adtinet,) *detrimentum acceperunt*: neque huic interpretationi obstare puto, quod paulo post adiicit, ἐπειδὴ οὐ Πέρσαι τοι αἴτιοί εἰσι. S.

CAP. CI. 1 *et seq.* Ταῦτα ἀκούσας Ξέρξης etc.) Non aliter ab *Herod.* scripta, sic suo situ verba quoque potuerant collocari: ἤσθη τι ταῦτα ἀκούσας Ξέρξης, καὶ ὡς ἐκ κακῶν ἐχάρη: ut lib. III. c. 34. ἤσθη τι ταῦτα ἀκούσας Καμβύσης, καὶ etc. ubi ejectum rediit in suam sedem ἀκούσας. Illud ὡς ἐκ κακῶν ἐχάρη, *tanquam ex malis gavisus est*, non purum fuisse gaudium indicat, sed quantulumcunque post inopinatam adeo cladem a Rege superbo sentiri poterat. In proximis scriberem: πρὸς Μαρδόνιόν τι βουλευσάμενος ἔφη ἀποκρίνεσθαι, ὁκότερον ποιέῃ τοῦτον: ut legitur inferius, ὁκότερα ποιέων ἐπεύχω. VALCK. — *Herodoti* stylo utique convenientius est ἀποκρινίσεσθαι, quam ἀποκρινῶσθαι quod libri hoc loco praeferunt. ὁκότερον ποιήσει vero non erat cur sollicitaretur; frequentius in tali sermone indicativus, quam coniunctivus, adhibetur. *S.*

5. ἐς συμβουλήν) Optime hic et c. 102. *Gronovius*; cui paria cur faciam, scribere memini ad lib. III. princ. Perperam in proximis μοῦνα ab *Arch.* abest. WESS.

12 *seq.* De militibus Persis dixit Mardonius, ὡς βουλομένοισί σφι γίνεται ἂν ἀπόδεξις: *lubenter huius rei se documentum esse daturos*, ut explicuit *H. Steph.* In his βουλομένοισι tentari non debebat. Notissimum Graecismum, praeter aliis citatos, frequenter expressit *Macrobius*, *si volentibus vobis erit*, p. 214., etc. Sic saepe loquuntur *Thucydid. Plato*, *Xenophon*, et oratores; raro Poëtae, ut *Sophocl.* Oed. Tyr. vs. 1358. θέλοιμι πρὸς τῶν' ἂν ἦν: *hoc et ego voluissem. Leopardus*, *H. Steph. Wasseus*, *D'Orvillius*, aliique eam in rem plura dederunt. VALCK.

CAP. CII. 2. συμβουλευομένῳ τυχεῖν τὰ ἄριστα etc.) *H. Stephani* Latina, *me tibi consulenti optimum dare consilium*, veriora opinor. τυχεῖν εἰπεῖν non discrepat ab εἰπεῖν. De se regina c. 67. τὰ συγχάνω φρονέουσα ἄριστα ἐς πράγματα τὰ ἐμά: quibus passim similia. WESS.

11. καὶ ἐκείνου τῶν πρηγμάτων) Ultimam harum vocum abrasam vir doctus [*Reiskius*] cupit: ego ad ἐκείνου alliden, et, τῶν πρηγμάτων refingo. Lapsus ΕΚΕΙΝΩΝ et ΕΥ ΚΕΙΜΕΝΩΝ facilis; sententia probior: *te salvo, et bene habentibus domus tuae rebus.* Par *Philostrati* (Vit. Apoll. VIII. 7. p. 352.) ἔλεγε δὲ καὶ κείσεσθαι τὰ ἑαυτοῦ ἔφασκεν: *ille rem suam bene se habere dicebat.* Sequens ἤν τι πάθῃ [*lin.* 14.] valide, *Isaeo* frequentatum, ἤν τι πάθω, et Latinorum *si quid illi* acci-

disset, tuebuntur, ac *Callini* de forti viro τὸν δ' ὀλίγος στεναχίζει καὶ μέγας, ἤν τι πάθῃ, apud *Stob.* Serm. XLIX. p. 356. WESS.

CAP. CIV. 3 seqq. Οἱ δὲ Πηδασεῖς etc.) Quae sequuntur de *Pedasensibus*, hic mihi videntur adulterina, atque a mala manu ex marginis scholio interiecta Herodoteis; quae, reiectis istis, hoc modo coibunt: παρὰ θαύμα λέγ, τῷ μεγίστη τίσις ἤδη etc. Hanc vellem coniecturam, supra iam memoratam, Codices comprobarent, ut illam firmarunt lib. VI. cap. 122. Iam primum ponam Herodotea ex lib. I. c. 175., paulo Ἰωνικώτερον, quod hic licebit, scripta: Ἐσαν δὲ Πηδασέες οἰκέοντες ὑπὲρ Ἁλικαρνησσοῦ μεσόγαιαν· τοῖσι ἤκως τι μέλλει ἀνεπιτήδεον ἔσεσθαι, αὐτοῖσί τε καὶ τοῖσι περιοίκοισι μεγάλη τις μάστιξ ἐμπίπτει. τοῦτο μὲν δὴ τοιόνδε ἐγένετο. Sensum si spectes, hic eadem paene narrantur. His usus *Ant. Dounaeus* in *Demosth.* p. 124. *Hoc*, ait, *videtur unum esse e splendidioribus Herodoti mendaciis.* Barbae tamen muliebri patronus citatur *Aristoteles*: vid. *Leopard.* Em. lib. VII. c. 11. et XV. c. 24. Hic tradita spuria videntur: primum, quod insunt nonnulla ab Herodotea scribendi facie diversa; deinde, quia libro primo posita tantum legisse videtur *Strabo*; tandem, quia ex *Herodoti* consuetudine illic suo leguntur loco, ubi Pedasensium fit e Caria mentio: ista talia denique sic non solet Noster eadem repetere. Si adeo erant digna quae repeterentur, cur non illa reposuisset potius lib. VI. c. 20., ubi Pedasenses e Caria iterum commemorantur. Quod primum dicebam, me iudice rem conficit: interpolator suo fraudem prodit indicio. Herodotea, τοῖσι ἤκως τι μέλλει ἀνεπιτήδεον ἔσεσθαι, sic lecta *Straboni*, Noster interpretatur: ἐπειὰν τοῖσι - - - - μέλλῃ τι ἐντὸς χρόνου ἔσεσθαι χαλεπόν. Τὸ ἔσεσθαι videlicet! requirebat adiectum ἐντὸς χρόνου. Velut grammaticus, Ἀνεπιτήδεον, χαλεπόν. Ἴσχει πώγωνα reddidit φύει. Priora, missa facio, ἐν τοῖσι Πηδασίοισι: [vide *Var. Lect.*] et τοιόνδε φέρεται πρῆγμα γίνεσθαι: *fertur, Vallae*; quod mutari postea potuit in συμφέρεται πρῆγμα. Sed quibus tandem hoc ostento malum portendebatur? an non ipsis etiam Pedasensibus barba suae sacerdotis portentum erat expiandum? hoc utique significatum voluit *Herodotus*. Et quid tandem interpolator? quum malum immineret τοῖσι ἀμφικτίοσι πᾶσι

τοῖσι ἀμφὶ ταύτης οἰκέουσι τῆς πόλιος: quae sane non eleganter sunt tornata; *Vallae* reddita, *Amphictyensibus, qui circa eam urbem habitant*: *Palmerius*, *Amphictyonas*, ait, *a Pylaea sua in mediam Cariam sine navi transfretavit*. Suspicor primum, huius notae auctorem pro περιοίκοισι, I. 175., legisse in suo Cod. περικτίοσι: noverat magister ex *Hom.* Od. β, 65., περικτίονας ἀνθρώπους Οἱ περιναιετάουσι: iam vide quam docte scripserit, ad exemplar *Homeri* propemodum, ἀμφικτίοσι - τοῖσι ἀμφὶ - - οἰκέουσι. Ubi meminit *Thucyd.* III. 104. Δηλίων τῶν περικτιόνων νησιωτῶν: *Schol.* Περικτίονες, inquit, εἰσὶ καὶ ἀμφικτίονες, οἱ περιοικοῦντες. Usus rarioris vocis ἀμφικτίονες exemplum requirenti succurret *Androtion* apud *Pausan.* X. pag. 815., adiutus a *Sylburgio*. *Conterminos* ἀμφικτίονας vocans *Tzetzes* [illegible] *Vales.* in *Harpocr.* p. 276., *Scaligerum* in errorem [illegible]sit; qualis *Grotium* etiam decepit (*Stobaei* sui Florileg. pag. 197.) in istis incerti Poëtae: κεὐ' ἄλκιμον ἔξεστι θυμόν, Ὦ νέοι, οὐδ' αἰδεῖσθ' ἀμφὶ περικτίονας: *neque vicinos, iuvenes, reveremini.* VALCK.

4. ἐν δὲ τοῖσι Πηδασέοισι) Verius Πηδασεῦσι, quod lib. VI. 20. *P. Leopardus* legebat Πηδασίοισι, Emend. VII. 11. Schedarum Πηδάσοισι, modo commodus a gentili vocabulo ad urbem Πήδασα processus foret, nec τούτοισι morareturposset ferri. [At nec transitus a gentili ad urbis nomen incommodi quidquam habet; nec, quid adiectum pronomen τούτοισι (sive, quod schedae dederunt, τουτέοισι) adferat molestiae, video: ἐν τοῖσι Πηδάσοισι τουτέοισι, *in hac urbe, cui Pedasa nomen, supra Halicarnassum sita, e qua oriundum Hermotimum dixi.*] At ferri non potest συμφέρεται, etsi saepius συνηνείχθη γενέσθαι repetatur: id enim, *quid acciderit*, non, *quid fama ferat*, indicare aptum est. [Itaque verum erat φέρεται, quod aliae schedae dederunt.] Verum enim vero multa narrationis huius offendunt. Poni saltem oportuerat ἐπιὼν αὐτοῖσί τι καὶ τοῖσι περικτ., sicuti lib. I. 175. [At, quemadmodum τοὺς περὶ vel ἀμφὶ αὐτὸν Graeci intelligunt *ipsum cum suis*, sic nihil magnopere obstat, quo minus περικτίονας (si modo necesse fuerit) *et ipsos et hos qui circum habitant* intelligamus.] *Gronovius* ἀμφικτίοσι, de Codice scripto silens, publicavit. Plerique aliter. Sequar tamen ob *Ask.* consensum. Ex *Vallae* Latinis *Amphictyonas* expulsos *Leopardus* voluit: eadem mens Nic.

Antonio lib. I. de Iurib. Exul. cap. 11., unice in ἀμφικτίονι acquiescenti, neque alia *Palmerio*. Sunt sane iidem περιοικτίονες, ἀμφικτίονες, sive, Scholiaste *Thucydidis* lib. III. 104. interprete, οἱ περιοικοῦντες: quales *Callino Ephesio* ἀμφιπεριοικτίονες apud *Stob.* pag. 356. *Pedasensium accolas* alibi *Herodotus* περιοίκους eiusdemque verbis dixit *Strabo* XIII. p. 909. [pag. 611. ed. Cas.] Cui ergo bono additamentum, τοῖσι ἀμφὶ ταύτης οἰκέουσι τῆς πόλιος. Cur δὶς ταυτόν? utique ex ingenio librarii, rariorem ἀμφικτίονος vocem explicituri. [At talia frequenter in Nostri stylo diligens Musarum Lector observaverit.] Porro δὶς ἤδη ἐγένετο protinus [*lin.* 9.] peccat. Alibi τρὶς posuit, et cum eo *Strabo*. Quae cuncta animo revolventi plura his inculcata videntur. Consule *Valckenarium* ad dictum primi libri caput. WESS. — Mihi totius huius pericopae color, sive ipsius rei prodigiosae hoc loco factam mentionem, sive sermonis spectem habitum, haud dubie *Herodoteus* esse videtur: imprudenti autem accidisse arbitror Scriptori, ut, parum recordatus alio loco iam a se narratam esse fabulam, eamdem hoc loco iterum commemoraret. *S.*

CAP. CV. 4. Πανιώνιος) Hoccine mangoni nomen parentes inposuerint, an Παιωνίου, scripti codices dubium relinquunt: si posterius, respectus aliquis ad artem medicam erit, ex qua Apollo, Bacchus, et ipsa Minerva Παιώνιοι. Prius illi furcifero adcommodatius ex concilio Panionio, cuius Chii participes lib. I. 143., atque ita *Athenaeus*. Εἶδος ἰχθαμμένους [*lin.* 6.] libro I. 199. illustravimus; hic ἰχθάμνων tuemur. Habet cap. seq. τὰ αἰδοῖα ἀνὸ τάμνειν, et gemina complura *Portus*. Persici moris *Iosephus* lib. II. adv. Apion. cap. 37. facit παῖδας ἰχθύεσιν, ubi *Spanhemius* bene. Nec illi tamen contumeliae primi auctores. WESS.

6. εἶδος ἰχθαμμένους) A natura *egregiam* totius corporis *formam adeptos*, neque adeo tantum εὐπροσώπους, sed εὐειδεῖς, sive κατὰ πᾶν τὸ ἐκτὸς εἶδους καὶ φυῆς τὸ ἔχοντας. *Chius* iste *Panionius* [*lin.* 7.] *exsectos* ἀγινέων ἐπώλει ἐς Σάρδις τε καὶ Ἔφεσον χρημάτων μεγάλων: in quibus ordinem nativum verborum invertit suo more; neque enim alibi *vendebat* Ephesum abducendos, sed *Sardibus et Ephesi*, mittendos in Persida, ubi [illegible] secundum Herod. vitia τῶν ἀν-

ὄρις anteponebantur. Cur autem Persae εὐνούχους ἐποίουν τοὺς καλοὺς, rationem reddit *Dion Chrys.* Or. XX. pag. 270. B. vid. *Herod.* VI. 32. *Brisson.* de Regn. Pers. II. pag. 295. In hac historia vera, propter crudelissimam, quam de Panionii liberis sumsit, vindictam lectoribus nullâ dignus adparebit Hermotimus misericordiâ, quam in ficta *Xenophontis* Cyropaedia facile movebit Gadatas. VALCK.

9. τῶν ἐνοιχίων) Melius hoc videtur vulgato [ἐνοιχίων] ob lib. VI. 32. Statim ποιεύμενος ἐκ τούτου τὴν ζόην [*lin.* 11.] neque damno neque recipio. Dedit ποιεύμενον ἀπὸ τούτων τὴν ζόην lib. II. 36. diversiore in re. Si Codicibus obsecundamus, ἐκ τούτου postulabit sibi aut ἔργου aut πράγματος, quo modo *Valla.* WESS. — Debuerat puto recipi ἐκ τούτου ob probatissimorum diversae familiae codicum consensionem. *S.*

CAP. CVI. 9. τοὺς οἰκέτας) Sic *Thomas Magist.* et calamo scripti verissime. Confer dicta ad huius libri c. 4. Omittit autem *Thomas* ἄσμενον, [*lin.* 10.] quod hominis cupiditatem adprime suâ praesentiâ indicat. Corrigitur praeterea [nescio a quo] ἀποδεξάμενον, cui in Musis alia potestas. WESS.

13. πάντων ἀνδρῶν ἥδη μάλιστα) Cum ἤδη et δὴ in Codd. alternentur, posterius eligebam. Verum *Abreschius* ἤδη rariore accipit notione pro μέχρι νῦν, *huc usque*, qua *Pausan.* Achaic. cap. 22., ipso observante, πυθέσθαι μὲν ἥδη τὰ ὀνόματα αὐτῶν οὐκ εἶχομεν. [Itaque accipiendum illud ἤδη fuerit, quasi dixisset πάντων ἀνδρῶν οἱ ἤδη γεγόνασι.] In vicinis pauca, schedarum iussu, ut stribligo in posterum abesset, induxi. Quis enim, τί σε ἐγὼ - - - τίς σε προγόνων - - ἥ σε aequis oculis adspiciat? Deleta librariis transscripsi. WESS.

16. τὸ μηδὲν εἶναι) Culte τὸ μηδὲν ὄντες, *viles, ignavi* et *nulli rei homines*, *Sophocli* Aiac. vs. 779., *Dioni Chrys.* Or. XXXVIII. p. 480. A. et LXVI. p. 611. D. Aliud Hermotimus, calamitatem suam, qua *nec vir nec femina* evaserat, exprobrans nequissimo Panionio. Adi *Salvagnio* observata ad *Ovidii* Ibim vs. 457. WESS.

CAP. CVII. 1. Ξέρξης - - - τοὺς παῖδας) *Artemisiae* quia commisisse dicitur *pueros Ephesum ducendos*, frigide iocatur *Plutarch.* T. II. p. 870. A. Paulo post [*lin.* 5 *seqq.*]

iussu regis ex Athenarum portu naves deducebant ὡς τάχιστα εἶχε ἕκαστος, διακωλυκεύσας τὰς σχεδίας πορευθῆναι βασιλῆα: hoc redibit opinor pro lectione *Med.* Fugientes Persas [*lin.* 9 *seqq.*] terrebant, ac si naves essent hostiles, in mare prominentia Attices promontoria: admovit [illegible] *Casaubon. Theophrasti* Ἠθ. Χαρ. c. 25. ubi ὁ δειλὸς τοιοῦτός τις ὑπὸ τῶν πολλῶν τὰς ἄκρας φάσκων ἡμιολίας εἶναι. VALCK.

7. ὡς τάχιστος εἶχε) Uni *Vindobonensi* [cui quidem [illegible] accesserunt nostri codices] debetur. Tale *Plutarch.* T. [illegible] p. 610. c. ὡς μὲν εἶχε τάχους καὶ δυνάμεως ἕκαστος: nec *Nostri* disconvenit lib. IX. 58. *Zosterem*, [*lin.* 9.] Atticae nobilem locum ex *Pausania* I. 31. et Scholiaste *Hermogenis* p. 389. illuminarunt viri doctissimi ad *Steph. Byz.* A me vero tacite praetermitti [*lin.* 10.] τῆς ἠπείρου, ταύτας ἔδοξάν τι *etc.* non debet, quippe elegans, et vulgato haudquaquam posterius. [Vide *Var. Lect.*] *Opinabantur* enim Persae, *minuta ista promontoria naves esse Graecorum*, inde formido illis et fuga. WESS.

[8. διακωλυκεύσας τὰς σχεδίας πορευθῆναι βασιλέϊ) Sententiam in latina versione expressi; verba non adnumeravi. Potueram cum *Valla* et aliis: *ad custodiendas rates, quibus rex transiret.* Ad πορευθῆναι intelligenda ὥστε particula. Cur vero βασιλῆα potius, ut *Valck.* voluerat, revocarem, quam cum plerisque msstis βασιλέϊ tenerem, idoneam non vidi caussam. Possis intelligere ὥστε βασιλῆα πορευθῆναι: possis vero perinde intelligere διακωλύσασας βασιλέϊ, (ὥστε αὐτὸν) πορευθῆναι. *Reiskius* coniectaverat, δι' ὧν ἔδει πορευθῆναι scripsisse fortasse Herodotum. *S.*]

CAP. CVIII. 8. γνώμην ἀπεδείκνυτο) Turbantes scribas flocci facio. Omnia bene habent. Sic lib. III. 160. πολλάκις δὲ Δαρείου λέγεται γνώμην τήνδε ἀποδέξασθαι: quod solum abunde erit. Et hanc quidem Themistocles opinionem, si credimus *Plutarcho*, cum Aristide communicavit, eam valde et iisdem fere de caussis, quibus Eurybiades, improbante, Themist. p. 120. A. WESS.

13. τοῦτ' ἂν μέγιστον πάντων σφεῖς κακῶν τὴν Ἑλλάδα ἐργάσαιντο) Animum multiplex in schedis variatio percussit: quid ea intendatur, non adfirmavero. Ubi pronomine, vario in omnibus, ablato, ἐργάσαιτο probaveris, res solvendi pontis in consideratione erit, universae Graeciae

ingens aliatura damnum. Si σφίσι malueris, addendum erit τοῖσι τὴν Ἑλλ., quorum equidem neutrum ausim, vulgato contentus, nec plane aversatus *Arch.* κακὸν, cui par c. 75. et IX. 36. WESS. — Κακὸν an κακῶν praeferas, parum per se interest: istud tamen, quod cum *Schaef.* adoptavi, *Herodoti* mori loquendi adcommodatius. Caeterum quamquam defendi utcumque potest τοῦτ' ἂν - - σφι - - - ἐργάσαιντο, quod plerique praeferunt codices, multo tamen luculentius et exquisitius et stylo inprimis Herodoteo convenientius hoc est, quod inde ab *Aldo* Editiones exhibent omnes, τοῦτ' ἂν - - σφεῖς - - - ἐργάσαιντο. Quo magis et mirum et molestum accidit, quod in nullo codice mstο, cuius certa ad nos notitia pervenit, ista reperta sit scriptura: nam quod ex cod. *Med.* nihil varietatis h. l. *Gronovius* in medium protulit, non inde tuto colligi potest, consentire in his illum codicem cum edita scriptura, et ab omnibus aliis libris eiusdem familiae dissentire; quum praesertim frequenter observarimus, in postremis Musis non ita diligenter, atque in prioribus, adnotatas a *Gronov.* esse omnes codicis illius lectiones. Videtur tamen *Valla* suo in exemplari verbum ἐργάσαιντο plurali numero positum reperisse, cuius haec versio est, *fore ut - - - maxima ob id calamitate adficerent Graeciam.* An σφεῖς etiam (quod pro αὐτοὶ Noster VII. 168, 7. usurpavit) h. l. *Valla* repererit, haud adparet: illud equidem *Wesselingio* adsentior, adiecto pronomine nil opus fuisse, et suspicioni esse locum, quum temere ab aliis librariis σφι, ab aliis σφίσι fuisset adiectum, pro horum alterutro primum Editorem suo iudicio σφεῖς posuisse. *S.*

[17. οὔτε τις κομιδῇ τὸ ὀπίσω φανήσεται) Aut ἐς τὸ ὀπίσω malles forsan, aut nude ὀπίσω. At τὸ ὀπίσω apud Nostrum idem ac nudum ὀπίσω valet: parique ratione I. 207, 18. ὦ τὸ ὀπίσω φεύξονται dixit. *S.*]

20. οἷά τι ἔστι προσχωρῆσαι) Laurentii *succedere* fecit ex περιχωρῆσαι, quod in *Brit.*, saepeque legitimi locum, sicuti paullo superius in *Arch.* et *Thucydide* II. 5., invasit. Editum plerorumque consensu munitur, indicans, Xerxi, modo strenue et prudenter egerit, *singula per Europam oppida et nationes, partim captas, ultro partim, sese adiuncturas.* Id vero προσχωρῆσαι velle, nemo ignorat. WESS.

CAP. CIX. 2 *seqq.* ὁ Θεμιστοκλῆς μεταβαλὼν εἰς.) Themistocles *mutatus* ab illo, qui in concilio ducum auctor fuerat πλώειν ἰθέως ἐπὶ Ἑλλήσποντον, nunc suos cives, istius etiam cupidine laudis inconsiderate flagrantes, retrahit ab incoepto; atque hic veram pandit animi sui sententiam, dignam magni imperatoris providentia. Nec vetus interpres, neque Latinorum correctores vim animadverterunt verbi μεταβάλλειν, *mutari*, similiter usurpati lib. V. c. 75. Κορίνθιοι, --- σφὶ αὐτοῖσι δόντες λόγον ὡς οὐ ποιεῦσι τὰ δίκαια, μετέβαλόν τε καὶ ἀπαλλάσσοντο. Velut oculatus testis et auritus Atticis suis contestatur Themistocles, *saepius* ἄνδρας, ἐς ἀναγκαίην ἀπειλημμένους, νενικημένους ἀναμάχεσθαί τε καὶ ἀναλαμβάνειν τὴν πρότερον κακότητα. Horum prioribus, ἐς ἀναγκαίην ἀπειλημμένους, nuper mirum in modum abusus est, vir doctissimus. Herodoteum ἀπειλεῖν, in istam classem referendum verborum, de quibus egit Vir summus in nota Cl. *D. Ruhnken.* ad *Tim.* Lex. p. 52., [pag. 71. ed. sec.] nihil utique commune habet cum ἀπειλεῖν, *minari*, praeter fortuitam literarum συνέμπτωσιν. *In angustias detrusum, nesciumque quo se verteret*, ἐν ἀπορίῃσι ἐχόμενον, IV. 131., ἐς ἀπορίην ἀπιγμένον, I. 79., dixit etiam *Herod.* ἐς ἀπορίην ἀπειλημένον, II. 141. et ἀπειλημμένα ἐς ἀπορίην, I. 24. hic [*lin.* 8.] *necessitatis velut vinculis adstrictos*, ἀναγκαίῃ ἐνδεδεμένους, sive *necessitate coactos*, ἐς ἀναγκαίην ἀπειλημμένους. Tales victos saepe, Themistocles [*lin.* 9.] ait, ἀναμάχεσθαί τε καὶ ἀναλαμβάνειν τὴν πρότερον κακότητα: hoc quid sit docebunt *Ez. Spanhem.* ad *Iulian.* p. 178. et *F. L. Abresch.* Diluc. *Thucyd.* pag. 710. Apud *Polyaen.* I. 30, 3. Themistocles aliis ἀντιβουλεύεται λέγων, βασιλεὺς ἀπελαθεὶς ἀναμαχεῖται τάχα· πολλάκις δὲ ἀπόνοια δίδωσιν ὅσα μὴ ἔδωκεν ἀνδρεία. *Frontinus* lib. II. c. 6, 8., *Themistocles, victo Xerxe, volentes suos pontem rumpere prohibuit, quum docuisset, cautius esse eum expelli ex Europa, quam cogi ex desperatione pugnare.* Themistoclis consilium postea magni saepe sunt Imperatores sequuti: praebet isthoc capite quaedam exempla *Frontinus*, et Africani Scipionis dictum, *viam hostibus qua fugiant esse muniendam;* cuius simile dat Agesilai *Polyaen.* II. 1, 6. qui factis illud suis saepe comprobavit. Conferri poterunt idem *Polyaen.* III. 9, 14. *Pausan.* IV. p. 333. *Diodor. Sicul.* XIV. c. 27. et *Xenoph.* Ἑλλ. VII. p. 376, 15. VALCK.

[5. καὶ ἐπὶ σφίων αὐτῶν βαλλόμενοι) *Etiam soli, ipsi per se, privato consilio.* Sic III. 71, 20. IV. 160, 4. V. 73, 14. 106, 19. etc. *S.*]

9. ἀναμίσχεσθαί τι) Confer lib. V. c. 121. et *Polyaenum* I. 30, 3. Sequentia in controversiam inciderunt propter ἀνασωσάμενοι [*lin.* 12.] ex *Med.* et aliis enotatum. Sententiam super his viri Celeber. notationes [quas nil adtinet hic repetere,] ostentant. Non ego infitior, νίφος ἀνθρώπων bono sensu usurpari posse: testabuntur scriptor Epist. ad *Hebraeos* c. XII, 1. observataque Cl. *Lamb. Bos.* Sed inconmodat valde ἀνασώσασθαι, cuius in rerum recuperatione sedes, pariter ac ἀναπτήσασθαι lib. III. 65. et 75. *Recuperatum* autem νίφος τοσοῦτον ἀνθρώπων a victoribus Graecis, inconsulte dicitur; recte vero *tantam hominum multitudinem sive nubem* fuisse *depulsam.* Sic ἀνωσάμενοι lib. VII. 139., ὠσάμενοι τὸν Πέρσεα VIII. 3., et, *Berglero* indice, *Plut.* Mar. pag. 414. c. ἀλλ' ὅπως νέφος τοσοῦτον πολίμου καὶ σκηπτὸν ὠσάμενοι, διασώσουσι τὴν Ἰταλίαν. Restat εὕρημα γὰρ εὑρήκαμεν, [*lin.* 10.] *nacti enim insperato sumus lucro nosmet ipsos et Graeciam*, ita vertendum; *Vallae* Latina exorbitare, alios non fugit. Εὕρημα *lucrum praeter spem oblatum* exposuerunt summi Viri *G. Budaeus* et *H. Stephanus*, estque in lib. VII. 190. [et VII. 155, 9.] Εὕρημα νομίζειν et λογίζεσθαι pariliter *Siracides* c. XXIX, 4. et 6. WESS.

16. ἐμπικρὰς) *Med.* et consentientium ἐμπικρὰς videtur scripturae aberratio verioris. Inflammata Graecorum a Persis templa, post *Brissonii*, *Menagii* ad *Diogen.* I. 9. et *Davisii* in *Ciceron.* II. Leg. cap. 11. sollertem operam, praestereo. Mutare debui proxima [*lin.* 20 *seq.*] καταμείναντες - - - ἐπιμελησόμεν, de plurium Codicum, quibus creber ἀπαρεμφάτων in Musis usus suffragatur, sententia: namque omnes prae stupore in devia deflexisse, criminosa foret accusatio. WESS. — Vide quae in *Var. Lect.* notata sunt. *S.*

18. πίδας τε κατῆκε) Ob vicinas duae forte literae perierunt, ut scripserit ἐγκατῆκε, nempe τῇ θαλάσσῃ. *Diogen. Laërt.* Prooem. §. 9. dixit εἰς τὴν θάλασσαν πίδας καθεῖναι. καπῖναι ἐς τὸ πίλαγος πεδίον ζεύγος, *Herodot.* lib. VII. c. 35. Paulo post [*lin.* 20 *seq.*] probarem quae margo dat *Steph.* καταμείναντες ἡμέων τε αὐτέων ἐπιμελησόμενοι: quam casuum ἀκαταλληλίαν amat Herod., adpellatione τῶν ἐλαφ-

τίων uxores intelligens et *liberos;* ut c. 106. τοὺς οἰκέτας explicat τὰ τέκνα καὶ τὴν γυναῖκα, hinc *Thomas M.* voc. Οἰκέται. VALCK. — At verum erat καταμείναντες, de quo in *Var. Lect.* monui. Similiter nominativum casum cum infinitivo iungere amat Noster. Vide I. 56, 2-4. IV. 15, 8-10. I. 63, 13. IV. 137, 7 seq. et saepius alibi. *S.*

21. Ista, καί τις οἰκίην ἀναπλασάσθω καὶ σπόρου ἀνακῶς ἐχέτω, significant *et unusquisque reficiat aedes suas, curetque sementem fieri.* Est enim ἀνακῶς ἐχέτω idem ac ἐπιμελείσθω (*Pierson.* ad *Moer.* Att. p. 43.) et *Homeri* more ponitur τις pro πᾶς τις, vel εἷς ἕκαστος. *Eustath.* in Od. γ'. p. 123, 25. τὸ Τὶς πολλάκις -- δηλοῖ -- πάντας, ληφθὲν ἀντὶ τοῦ εἷς ἕκαστος· οὕτως παρὰ Σοφοκλεῖ λέγουσιν ὁ χορὸς οἱ Σαλαμίνιοι (in Ai. vs. 245.) ὡς νῦν καιρός τινι Ποδοῖν κλοπᾶν ἀρίσθαι. *Sophoclea* citat idem in eam rem bis terve alibi. Versus *Alcaei* apud *Athen.* X. p. 430. c. sic distingui debent: Νῦν χρὴ μεθύσκειν, καί τινα πρὸς βίαν Πίνειν, ἐπειδὴ κάτθανε Μυρσίλος. Poëtae sententiam Alcaïco etiam versu *Horat.* expressit Carm. lib. I. Od. 37. sed *Alcaei* apud *Athen.* proxima duabus adiectis literis sic suo modulo restitui poterunt: Μηδέν γ' ἄλλο φυτεύσῃς πρότερον δένδρεον ἀμπέλω. *Nullam, Vare, sacra vite prius severis arborem: Horat.* lib. I. Od. 18. Rarissimum arbitror illud *Herodoti*, οἰκίην ἀναπλασάσθω. *Nidum fingere*, πλάσαι δόμον dixit incertus Poëta apud *Lycurg.* pag. 166, 35., Οὐδ' ἀγρία γὰρ ὄρνις, ἣν πλάσῃ δόμον, Ἄλλῃ νεοσσοὺς ἠξίωσεν ἐντεκεῖν. Qui Sophoclea cognoverunt, ista *Sophoclis* esse suspicabuntur, scripta prout illa vulgavit Clar. *Io. Taylor.* VALCK.

25. ἀποθήκην μέλλων ποιήσεσθαι) Erunt fortasse, quae ὑποθήκην, notione παραινέσεως, *monitionis*, illustrata *Menagii* diligentia in *Laërt.* I. 61., praeoptabunt. Equidem in *Gronovii* partes eo, *Vallam* arbitratus ex ipsius *subsidio* ἀποθήκην invenisse. Πέρσια, [pro quo perperam Περσία Edd. ante *Wess.*] *Porto* ob insolentem tonum suspectum, recte pingit *Arch.* WESS.

Ibid. ἀποθήκην μέλλων ποιήσεσθαι) Sequentia cum his arbitror iungenda, ἐς τὸν Πέρσεα, ἵνα (ἢν ἄρα τί μιν καταλαμβάνῃ πρὸς Ἀθηναίων πάθος) ἔχῃ ἀποστροφήν: ita tamen, ut partim etiam ad illa pertineant, τὸν Πέρσεα, *Persam enim facturus* erat ἀποθήκην, *ad illum ut haberet receptum*, vel re-

fugiam, si qua urgeret necessitas: amicum ad certum tempus velut depositum, aliquando usui futurum, eleganter vocat ἀπόθετον. Ad ἀπόθετον φίλον in *Lysiae* pag. 158., vid. Lect. *Maridand.* et, qui hic ἀποθήκην egregie tuetur, clar. *Abreschium*. Dilue *Thucyd.* p. 654. Ad ἀποστροφὴν conf. *Xenophon.* Κυρ. Παιδ. pag. 73, 18. Ἀναβ. VII. p. 244, 23. *Isocr.* Epistolii. p. 410. B. *P. Wessel.* ad *Diodor.* I. p. 207. et *Io. Diac. Em.* in *Suid.* voc. Ἀποστροφή. Beneficiorum in Regem regiamque familiam hac opera sua collatorum, ob quae εὐεργεσίαν sibi scribit ὀφείλεσθαι, meminit Themistocles in illa nobili Epistola ad Artaxerxen data apud *Thucydid.* I. c. 58. VALCK. — At non *Persam* (ut ait Vir doctissimus) *facturus erat* ἀποθήκην: sed hoc ipsum quod nunc agebat, nempe quod Athenienses a consilio in Hellespontum navigendi pontesque rumpendi deterruit, hoc, inquam, facturus erat ἀποθήκην ἐς τὸν Πέρσα: ubi per metonymiam ἀποθήκη dicitur id quod est ἀπόθετον, *thesaurus repositus*; intelligiturque *beneficium in regem collatum* et in futuros usus apud eum collocatum, *gratia apud regem in futurum tempus inita*. Est enim, ut scite poëta ait, Καλόν γε θησαύρισμα, κἀμωμητη χάρις. S.

CAP. CX. 7 seqq. ἄνδρας ἀπέπεμπε etc.) *Misit viros iussos tacere*; *Valla*: τοῦτι ἐπέτειλε σιγᾶν. Melior mihi lectio videtur marg. *Steph.* τοῦτι ἐπίστευε σιγᾶν ἐς πάσαν βάσανον ἀπιστουμένοις τὰ αὐτὸς ἐντείλατο βασιλεῖ φράσαι: *quos, ubicunque tormentis excruciarentur, fideli credebat occulturos silentio, quae Regi mandasset dicenda.* Hos inter, quos a longo tempore fideles fuerat expertus, fuisse quoque dicitur *Sicinnus*: hunc *Polyaeno* p. 60. ante pugnam, post pugnam p. 61. dicitur misisse Ἀρσάμην: Ἀρσάμην vocat *Plutarch.* in Aristid. p. 324. B. Quando autem, ut res ipsa suadet, non scripta epistola, sed vel per amicum vel *per servum fidum*, ut *Iustin.* II. cap. 12., ista Xerxi Themistocles indicavit; non tam miror quod apud *Nepot.* Them. c. 9. *literis*, ait, *eum (patrem Tuum) certiorem feci, id agi ut pons - - - dissolveretur*; sed in *Thucydide* miror libr. I. cap. 138., cur et quomodo Themistocles dicatur γράψας τὸν τι ἐν Σαλαμῖνος ἀφεώγμενον τῆς ἀναχωρήσεως, καὶ σὺν τῶν γεφυρῶν - - οὐ διάλυσιν. Scriptam a cauto Imperatore epistolam negabit *Herod.* nec sane fit credibile. VALCK.

Ibid. τοῖσι ἐπίστευσε στιγᾶν) Pristinum ἐπέστελλε damnant schedae, quibus obsequor. [Vide *Var. Lect.*] *Credidisse* indicatur et confisum fuisse Themistoclem, *nuncios, etsi tormentis omnibus vexarentur, mandata tacita habituros;* plana utique sententia, et simillima *Pausaniae* lib. VII. p. 589. Si vero *Nostri* fidem laudamus, (et quidni?) αὖτις *iterum* ad Persam Sicinnus missus abiit. *Plutarchus* aliunde *Arnacem*, regium eunuchum et captivum accepit, ad Xerxem abligatum, Themist. p. 120. c., deditque *Polyaeno*, sed *Aroaoem* adpellanti, lib. I. 30, 3. WESS.

10 *seq.* πρὸς τὴν Ἀττικήν) Quae prostant in Miscell. Lips. Nov. VIII. pag. 501. sunt certe inconsiderate [a *Reiskio*] scripta. Non ex Andro fidos istos homines mittit, sed ex insula Salamine; [at *Herodotus* quidem significare videtur, ex *Andro* eum viros illos ad Xerxem misisse.] neque sane Xerxes, quod vir doctus putabat, in Hellespontum aufugerat: exigat is iterum Herodoteam narrationem: mittitur navis in Atticam, ubi haerebat adhuc Xerxes; neque enim hic cum classi aufugit reliquiis; sed cum exercitu suo secedens ex Attica, Graecia peragrata, rediit in Asiam cap. 119., ὁδῷ χρεώμενος ἅμα τῷ ἄλλῳ στρατῷ ἀπενόστησε ἐς τὴν Ἀσίην. conf. cap. 113. 126. 130. WESS.

CAP. CXI. 8. Πειθώ τε καὶ Ἀναγκαίην) Admovet Andriis τὴν καλευμένην ὑπὸ τῶν πολλῶν Πειθανάγκην *Synesii* (Or. de Regn. p. 26. A.) Themistocles; blandiorem quidem illam, quam Ἀνάγκη καὶ Βία, quibus Corinthi olim fanum in *Pausan.* lib. II. 4., aeque tamen liberis et sui iuris hominibus acerbam et detestabilem. Muliebres autem deas μεγάλους utroque sermone recte dici, *Iac. Elsnerus* Sched. Crit. p. 39. conmonstravit. WESS.

8. *et seqq.* Πειθώ τε καὶ Ἀναγκαίην *etc.*) Duabus his Deabus, quas suae habendi cupidini Themistocles προέτεινε, eleganti responso sapienter opposuerunt Andrii, quas insulam suam semper colere dicebant Πενίην τε καὶ Ἀμηχανίην: quarum etiam fideli praesidio feroces Themistoclem et Graecos re coëgerunt infecta illuc recedere unde venerant, c. 121. ἐπεί τε οὐκ οἷόν τε ἐγίνετο ἐξελαῖν τὴν Ἄνδρον - - - ἀπαλλάσσετο ἐς Σαλαμῖνα. Quam Noster, hinc paucis remarcat *Plutarchus* in Themist. pag. 122. c. δύο καὶ ἥκειν ἔφη θεοὺς κομίζων Πειθὼ καὶ Βίαν· οἱ δ' ἔφασαν εἶναι καὶ παρ' αὐτοῖς θεοὺς

μεγάλους δύο, Πενίαν καὶ Ἀπορίαν, ὑφ' ὧν κωλύεσθαι δοῦναι χρήματα ἐκείνῳ. Nomina Ἀναγκαίης et Ἀμηχανίης in magis usitata convertit Βίας et Ἀπορίας. Amor in ala *Simmiae*: Οὔτι γὰρ ἔκρινα βίᾳφι, πραΰνω δὲ πειθοῖ: et ante: Τᾶμος ἐγὼ γὰρ γενόμαν ἀνίκ' ἔκριν' Ἀνάγκα. [Vide *Brunckii* Analect. T. I. pag. 205.] Huius Necessitatis imperio lene suum Amor opponit blanda vi persuadentis: apud *Xenoph.* Ἀναβ. VII. pag. 247. οἱ νῦν σοὶ ὑπήκοοι γενόμενοι οὐ φιλίᾳ τῇ σῇ ἐπείσθησαν ὑπὸ σοῦ ἄρχεσθαι, ἀλλ' ἀνάγκῃ. Hanc a veri nominis Rege longe removet *Ecphantus Stobaei* p. 335., qui pro sectae severitate τὸ πειθοῦς τινος δίεσθαι considerat (vs. 10.) veluti τῆς ἐπαγῳδῆς φαυλότατος λείψανον, quia πειθὼ ἔργον τι ἐστὶ πειστικὸν ἀνάγκης. Hinc sua quaedam *Plato* derivavit in Politicum: conf. *Dion Chrys.* p. 79. F. et 366. B. Non solum τὴν Πειθὼ, μειλίχιον ὄπλον, sed mitibus verbis minas addens paene regaliter Themistocles Andriis ostentabat τὴν Πειθανάγκην· καὶ, ὡς οἶον εἰπεῖν, θετίδα μὲν δόρυ, θετίδα δὲ κηρύκειον προϊσχόμενος, ὃ δὴ σαφοιμία ἦν, ὡς φησὶ Παυσανίας, ἐπὶ τῶν ἅμα μὲν πιεζειν λούντων καὶ ἀπειλούντων, ut scribit *Eustath.* in *Hom.* Ἰλ. γ'. p. 309, 14. VALCK.

11. καὶ θεῶν χρηστῶν) Fingebat Cl. *de Pauw* τοὺ θεοὺς χρ., non absurde, modo necessitas adesset: insuper, [*lin.* 12.] ἐπὶ, Ἀνδρίους γε εἶναι γνωτίνας ἐς τὰ μάλιστα ἀνήκοντας, *ad Andrios certe non accedere nisi maxime pauperes, et in primis, deas inutiles et noxias duas nunquam eorum insulam relinquere, sed in ea gratum sibi domicilium habere, Paupertatem et Impossibilitatem.* Γνωτίνας non homines, sed ipsas respicere deas, sic ab Andriis dicacioribus adpellatas: ad Athenienses accessisse θεοὺς χρηστοὺς, ad se semper invisere θεοὺς γνωτίνας, praeterque ceteros Πενίαν καὶ Ἀμηχανίαν insulae possessione delectari. Quae, doctissimo viro mirifice olim blandita, minime exagitabo, incertus, an ipsum ἀνήκοντας ἐς τὰ μάλιστα, seu potius τὰ μέγιστα, uti lib. V. 49. fefellerint, an repetiti toties post ἐπὶ accusativi; hos certe improbavit, invito *Herodoto* et praeceptore structurae *H. Stephano* de Dialect. p. 138. Ceterum noti satis sunt γνωτῖναι lib. II. 6., et ἐπίβουλοι, bonae malaeve rei *conpotes*, ex *Aeschyli* Agam. vs. 551., *Porphyrio*que Quaest. Homeric. prima. Nam exemplarium *Arch.* et *Vind.* ἐπιβόλους aspernor, minorque servatum a nupero *Hippocratis* editore,

Steph. Mackio, princip. Νέμου, cum Mssti et Scholiastae verum ostenderent. Ipsum adi. WESS. — De formula Nostro usitata τὸ ἦπιν vide ad I. 30, 19. et VII. 157, 11. notata. Caeterum mordaci ironia haec dicta videntur: *magnae et beatae Athenae* scilicet! nempe urbs eversa crematque, et terra omnis vastata: *propitiis imprimis utuntur diis* scilicet, qui nec urbem, nec templa tutati sunt! Ad ἐς τα μέγιστα, ex praecedenti vocabulo γεωπείνας, intelligi par est genitivum γεωπείνης. S.

CAP. CXII. 2. οὐ γὰρ ἐπαύετο πλεονεκτέων) In fine cap. ex *Med.* optime restituit Clar. *Gronov.* Θεμιστοκλῆς - - χρήματα παρὰ νησιωτέων ἐκτέατο (*sibi comparabat*) λάθρη τῶν ἄλλων στρατηγῶν. [Vide *lin.* 17. et ibi *Var. Lect.*] Ista de Themistocle dicta qui vituperat *Plutarch.* T. II. p. 871. c. ipse tamen in Them. T. I. p. 122. c. haec posuerat tanquam indubia: ἦν δὲ περιπλέων τὰς νήσους καὶ χρηματιζόμενος ἀπ' αὐτῶν, *et ex insulis sibi pecunias corradens.* Ibidem acerbissimum adversarii Themistoclis *Timocreontis* nobis carmen servavit, illum traducentis, ut ψεύσταν, ἄδικον, προδόταν, quippe qui amicum prodiderit ἀργυρίοισι σκυβαλικοῖσι πεισθείς· Λαβὼν δὲ τρί' ἀργυρίου τάλαντ' ἦλθε πλέων εἰς ὄλεθρον: in his τρία forte videbuntur in τριάκοντα mutanda *Herodotum* comparanti VIII. c. 4. Illic narrata si quam admittunt excusationis veniam, haec certe magni viri memoriam dedecorant; quem, gloria satiatum, auri fames videtur agitasse; neque tamen idcirco velut *Atheniensium ditissimus* Socrati potuit et Aristidi opponi: horum probe recordabar scribens quae leguntur p. 494. [Adnot. ad lib. VI. c. 121, 4 seqq.] VALCK.

4. χρεώμενος λόγοισι τοῖσι καὶ πρὸς Ἀνδρίους) Magnas ciebant hic turbas amanuenses; quorum *Med.* et consentanei veraces si fuerint, χρεώμενος, aut χρεωμένους *Med.*, exsilio damnabitur, summa plerorumque concordia oblatum: salvum illud vocabulum perstabit, ubi de vulgato demutabitur nihil. Neque fatuus propterea [quae *Gronovii* erat opinio] sermo erit, tametsi ἀπειλητήριοι λόγοι praecesserint. Illa enim generatim minacia verba, haec τὴν Πειθὼ καὶ Ἀναγκαίην, nisi imperata praestentur, denunciantia. Verum vide magnum et eruditum *Med.* patronum. WESS. — Recte a cod. *Med.* et consentaneis abesse vocabulum

λόγοισι videtur, nec ab *Herodoti* manu profectum. Id quum olim abfuisset, quippe facile e superioribus intelligendum, librariorum alii nimis officiose illud inculcasunt, alii vero, quum de nunciis hic agi putarent, Ἀνδρίους temere in βασιλέα mutarunt. Quare equidem aut deletam illam vocem, aut saltem cancellis circumdatam, ut suspectam, velim. *S.*

14. τοῦ κακοῦ ὑπερβολή) Hoc etiam ut Herodoteum referri debuerat in *Aem. Porti* Lexicon, quum ἡ ἀναβολὴ vel ὑπέρθεσις vix alibi dicatur ὑπερβολή. VALCK. — Equidem usitatiorem vocabuli ὑπερβολὴ notionem animo habens obversantem, (de qua consuli Lexicon nostrum Polybian. p. 629. num. 2. potest,) dormitansque quum hunc locum latine converterem, istud Καρυστίοισι γε οὐδὲν, τούτου εἵνεκα, τοῦ κακοῦ ὑπερβολὴ ἐγίνετο, ita acceperam quasi οὐδὲν ἧσσον scriptum fuisset. Minime spernenda erant, sententiae summa si spectetur, *Vallae* latina, a *Gron.* etiam et *Wess.* servata: *Carystiis ne hac quidem re contigit effugere cladem.* Proprie: *neutiquam tamen idcirco dilata est calamitas*: id est, *ne ullam quidem idcirco moram calamitatis adsequi contigit Carystiis.* Nempe continuo deinde Andro profecti Graeci (cap. 121.) fines illorum sunt depopulati. οὐδὲν valet κατ' οὐδέν, *nulla parte, ne in breve quidem tempus dilata est calamitas.* Verbo ὑπερβάλλεσθαι *differendi* notione usus est Noster VII. 206, 4. IX. 51, 2. Vocabulo ὑπερβολὴ eodem, quo *Herodotus*, significatu semel usum *Polybium* memini, XIV. 9, 8. *S.*

16 *seq.* ὁρμεώμενος ἐξ Ἄνδρου) Sive ipsum Themistoclem ab Andro profectum intelligas, seu ad nuncios referas circum insulas missos, nihil offendet. *Plutarchus* ad prius inclinat, περιπλέων τε τὰς νήσους καὶ χρηματιζόμενος ἀπ' αὐτῶν, Themist. p. 122. c. Nihil certe urget, ut ὁρμεώμενος ἐπ' Ἄνδρου, *stationem ad Andrum habens*, refingatur, praesertim cum ὁρμέων in simili ponatur re. *Reiskii* ἐπίτευγμα genio sermonis et *Arch.* suffragatione protegitur. Conf. lib. VI. 62. WESS.

CAP. CXIII. 4. ἀνωρίην εἶναι τοῦ ἔτεος -- χειμερίσαι δὲ ἄμεινον) Ad eamdem pertinet classem [scil. vocum, quae vix alibi quam apud *Herodotum* reperiuntur; conf. Adnot. ad c. 112, 14.] ἀνωρίη τοῦ ἔτεος, et χειμερίζ-

σαι: quorum prius quid sit docebunt Viri magni [*Tib. Hemsterh.*] observata ad *Thomam M.* in Ἀωρὶ νυκτός. [ubi tamen inobservatum hunc *Herodoti* locum *Hemsterhusius* praetermisit. Caeterum, quod ἀνωρίῃ cum subscripto iota hic scripsit *Valckenarius*, id nusquam ità pictum reperi. ἀνωρίην, quod ex editis ante *Med.* revocaverat *Wess.* tenui cum *Schaef.* ἀνωρίῃ absque iota subscripto praeferebat *Med.* cum *F.* et aliis: quos quod in *Var. Lect.* dixi videri ἀνωρίῃ debuisse, id nunc indictum velim. Quin immo verum videtur ἀνωρίη in nominativo, certe haud deterius quam ἀνωρίην. Nominativum casum cum infinitivo libenter construere Nostrum, haud multo etiam ante observavimus, ad cap. 109, 18.] Alterum χειμερίσαι, pro vulgari χειμάσαι vel παραχειμάσαι positum VI. c. 31. infra recurrit c. 126. et 130., ubi classis reliqua Persarum ἐχειμέρισε ἐν Κύμῃ. Formatum illud, ut θερίζειν, *aestatem transigere;* et rarius ἐαρίζειν, *tempus vernum.* Ἐχειμέριζε forte dederat Noster etiam c. 133. pro ἐχείμαζε, quod in alium usum adhibet VII. c. 191., ἡμέρας γὰρ δὴ ἐχείμαζε τρεῖς, *tertio demum die tempestas sedavit.* Loca tamen memorat lib. II. c. 22., in quae se conferunt grues ἐς-χειμασίην: sic Codd. exhibent pro χειμαδίην. Dixit *Demosth.* p. 35. ὑπάρχει δ' ὑμῖν χειμαδίῳ μὲν χρῆσθαι Λήμνῳ: sic legendum puto eiecta voce δυνάμει ex vicinis repetita, ut dederit χειμαδίῳ, nempe τόπῳ. Illuc refero quod habet *Etymol.* p. 810, 1. Χειμαδίῳ, τόπῳ ἐφ' οὗ ἄν τις δύναιτο χειμῶνος ὑπαθορμίσασθαι: eadem dat *Suidas*, ex Rhetorico Lex. ut puto, descripta. VALCK.

8. πρώτους μὲν Πέρσας etc.) Praefert insoliti quidpiam πρ. μὲν τοὺς μυρίους Περ. πάντας *Arch.* et *Vallae*: saltem πάντας omisissent. Glossam atque additamentum ex lib. VII. 83. arbitror. WESS.

14. κατ' ὀλίγους) Legi nec posse nec oportere κάρτ' ὀλίγους verissima *Abreschii* animadversio, advocantis *Thucyd.* III. VIII. ὑπαντήσαν κατ' ὀλίγους: et lib. IV. 11. κατ' ὀλίγας ναῦς διελόμενοι. Vide supr. lib. II. 93. et *Duker.* ad *Thucyd.* lib. VI. p. 400. WESS.

15. τοῖσι εἴδεά τε ὑπῆρχε) Sunt, ni fallor, εἴδεος εὖ ἔχοντες; sive σωμάτων ἔχοντες ἄριστα, atque adeo εὐεκτικοί. Hos dicitur Mardonius e ceterorum turba διαλέγων, *secernens*,

καὶ εἰ τίσισι etc., ubi forte lectio non esset deterior, καὶ ὁτίοισί τι χρηστὸν συνῄδει πεποιημένον. Est illud ὁτίοισι Homericum et Herodoteum; Sophocleum ὅτοισι. Ad *Homeri* Ἰλ. ὁ. 491. *Eustathio* adnotantur Ὁτίοισι, ὅτου, ὅτῳ, ὅτων, ἀντὶ τοῦ ὧντινων, καὶ ὅτοισι: de quibus unum restitui poterit *Aeliano* de Nat. An. V. 39., *ad praedam a leone relictam* τὰ ἄλλα ζῶα ἥκοντα καὶ αἰσθανόμενα, ὅπου (scribendum, ὅτου) λείψανόν ἐστι τὸ κείμενον, *cuius ista sint reliquiae.* VALCK. — Mireris vero sollicitari a Viro doctiss. vulgatum εἰ τίσισι (ion. pro εἴ τισι,) quum nihil solennius sit Graecis, quam εἴ τις, εἴ τινες dicere, ubi perinde ὅς τις, οἵ τινες dici potuerat. *S.*

CAP. CXIV. 5. τὸ διδόμενον ἐξ ἐκείνου δέχεσθαι) *Accipere omen, et, quidquid rex diceret, sibi sumere*, bene *Pavius.* Itaque Laco, cum Xerxes Mardonium poenas daturum ambigue respondisset, [*lin.* 16.] δεξάμενος τὸ ῥηθὲν abiit. Tale δεκόμεθα, ὦ βασιλεῦ, τὰ διδοῖς inf. c. 137. δέκομαι τὸν οἰωνόν, *accipio omen*, lib. IX. 90. et Comici Δέχου τὸν ἄνδρα καὶ τὸν ὄρνιν τοῦ Διὸς *Plut.* vs. 63. WESS.

CAP. CXV. 4. τῆς στρατιῆς οὐδὲν μέρος) Innuit *exiguum militum numerum*, quem *salvum* ex immani illa multitudine lib. VII. 184. in Asiam reduxerit. Caussas fami pestilentiaeque acceptas fert. Non ex falso nuncius ad Atossam, Ἥκουσιν ἐκφυγόντες, οὐ πολλοί τινες Ἐφ' ἑστιοῦχόν γαῖαν, *Aeschyl.* Pers. vs. 510., qui de regiis per Thessaliam properantibus copiis vs. 490. ἔνθα δὴ πλεῖστοι θάνον Δίψῃ τε λιμῷ τε, *Nostro* ferme consentiens. WESS.

11 *seq.* λοιμός τε τὸν στρατὸν etc.) Nihil est in his quod fictum videatur aut rationi disconveniens: quae habet *Iustin.* II. c. 13., pleraque sophistam potius decent quam historicum. Verum esse potuit quod scribit *Tzetzes* Chil. I. vs. 995., plerosque qui cum Rege secesserant, mortuos λοιμῷ, λιμῷ, πορίᾳ. *Labore, fame, ac metu distabuerunt*, *Orosius* p. 114. *Herodoto* prior *Aeschylus*, Pers. vs. 482., Στρατὸς δ' ὁ λοιπὸς ἔν τε Βοιωτῶν χθονὶ Διώλλυθ', οἱ μὲν ἀμφὶ κρημναῖον γάνος Δίψει πονοῦντες, οἱ δ' ὑπ' ἄσθματος κακοὶ Διεκπερῶσιν ἐς τε Φωκίων χθόνα, Καὶ Δωρίδ' αἶαν: tandem γῆς Ἀχαιΐδος πίδον Καὶ Θεσσαλῶν πόλισμ' ὑπεσπανισμένους Βορᾶς ἰδίξαντ', ἔνθα δὴ πλεῖστοι θάνον Δίψῃ τε, Λιμῷ τ', ἀμφότερα γὰρ ἦν τάδε: absurde *Schol.* τόπος, ait, Βοιωτίας ἡ Κρήνη: hinc *aquas* nobis *Crenaeas* vocant, quae *fontanae* fuerant dicendae. In Atti-

cae pestis descriptione *Lucret.* VI. 1262. *Multa siti prostrata viam per, proque voluta Corpora silanos ad aquarum strata iacebant, Interclusa anima nimia ab dulcedine aquai.* *Thucyd.* p. 131, 79., ἐκαλινδοῦντο καὶ περὶ τὰς κρήνας ἀπάσας ἠμυθημένοι τῇ τοῦ ὕδατος ἐπιθυμίᾳ. VALCK.

19. νεμομένας ἁρπαχθῆναι) Praecessit ἅρμα Iovis sacrum, cui iuncti *equi* fuerunt, *pascentes*, ut Paeones ferebant, *furto abducti.* Supra VII. 55. εἴ τι ἵπποι οἱ Διὸς καὶ τὸ ἅρμα τὸ ἱρόν. Rediit, [*lin.* 21.] saepe restitutum, οἰκημένων. Vid. III. 96. WESS.

CAP. CXVI. 2. Θρήϊξ, ἔργον ὑπερφυὲς ἐργάσατο) *Rem* fecit *atrocissimam* Rex Bisaltarum. Ab humana natura patrisque nomine prorsus abhorrens facinus hinc enarrans *Aelianus* Var. Hist. V. 11., illum scribit fuisse φιλέλληνα: quod mihi quidem obsequium Xerxi negatum non manifestat; sed idem digna scribit mansueta Graecorum humanitate, quando Thrax ob tantillam rem sex filiis oculos crudeliter eruens dicitur μὴ ποιήσας Ἑλληνικά. VALCK.

9. ἐξώρυξε αὐτίων ὁ πατὴρ τοὺς ὀφθ.) Sumsit hinc *Aelianus* Var. V. 11. verbis paullum mutatis. Addit de patre, μὴ ποιήσας ἑλληνικὰ, quod verum; sed regulus ille, quantumvis φιλέλλην, ut ait, origine Thrax erat; a cuius gentis atrocitate oculorum eruendorum supplicium haud fuisse alienum, damno visus experti infelices Phinei liberi et ipse tetri auctor sceleris feruntur in Scholiis ad *Apollonii Rh.* lib. II. 178. Alia Celeb. *Iac. Perizonius.* WESS.

CAP. CXVII. 5. Ἐνθαῦτα δὴ κατιχόμενοι) Placebat olim addita littera κατιχόμενοι, *huc delati*, sive *reversi*, uti in *Aeschyleo*, a Comico acerbius perstricto, Ἥκω γὰρ εἰς γῆν τήνδε καὶ κατέρχομαι. Quoniam schedae vetant, patior vulgatum, *retentos* aliquantisper isthic declarans. WESS.

CAP. CXVIII. 2. Iustissimum ἐξ Ἀθηνέων, toties totiesque in Musis pravum: bonum vero ex *Aldo* atque aliis διεχρέετο. [*lin.* 4.] Ionici enim commatis χρέεσθαι, eiusdemque conposita. Vide I. 21. WESS.

5. νηὸς Φοινίσσης ἐπιβάς) Haec ut possent ἐκτραγῳδῆσαι, rerumque humanarum lamentari vicissitudinem, Phoenissae navi scapham substituerunt piscatoriam; ex *Trogo Iustinus* II. 13. hinc *Orosius* II. 10. Ferebant, [*lin.* 6 *seqq.*]

πλέοντά μιν ἄνεμον Στρυμονίην ὑπολαβεῖν μίγαν καὶ κυματίην. Adfinis Atheniensium et fautor Boreas superbum Regem illaesum dimittere non poterat: ventus Boreas a sua velut sede eximie Στρυμονίας dicebatur; Στρυμονίου Βορέαο meminit *Callim.* Hymn. in Del. vs. 26. ubi notat ill. *Ez. Spanh.* qui plura dederat ad Hymn. in Dian. vs. 114. quo loco respicit *Callim.* Epigramma *Simonidis* ab *Athen.* servatum lib. III. p. 125. c. ubi pro Ὠκὺς libenter corrigerem, Ὀξὺς ἀπὸ Θρῄκης ὀρνύμενος Βορέης: sic *Boreae penetrabile frigus* indicaretur. Quae hic praeterea traduntur, Graecorum illa videntur commenta, *Herodoto* minime probata; quod observare debuerat *Brissonius* hinc illa narraus, de Regn. Pers. I. p. 33. Vera videbantur *Io. Tzetzae*, Chil. I. vs. 996. Ἀπὸ Στρυμόνος δ' ἐπιβὰς νηὸς αὐτὸς Φοινίσσης, Σὺν τοῖς ἀρίστοις τῶν Περσῶν, κλύδωνος γεγενότος, Κέλευσε τούτους ἐκπεδᾶν εἰς θάλασσαν τοῦ πλοίου· Ὅπερ δὴ καὶ διέβακασιν, ἐκεῖνον προσκυνοῦντες, Ὅπως τὸ πλοῖον κυφισθὲν σώσῃ τὸν βασιλέα. VALCK.

7. ἄμμον Στρυμονίην) Laurentii *a Strymonia* ansam docto viro praebuit corrigendi Στρυμονίηθεν, quo facile carebimus. Ab amne ventus Boreas Στρυμόνιος et Στρυμονίης, isque inpetuosissimus. *Callimachus* H. in Del. vs. 25. Τείχεα μὲν καὶ λᾶες ὑπαὶ ῥιπῆς κε πίσσαν Στρυμονίου Βορέαο. Hinc *Aeschyli* πνοαὶ δ' ἀπὸ Στρυμόνος μολοῦσαι κακόσχολοι, Agam. vs. 200. *Callimachum* respexisse *Hesychius* videtur in Στρυμόνιος. WESS.

18. ἐκπηδᾶν) Perplacet ἐκπηδέειν, ut ἐνδιαιτέεσθαι, καταμαργέειν, et χρίεσθαι. Quae praecedunt, obiter *Dio Chrys.* attigit Or. XIV. p. 231. B. In proximis [*lin.* 22.] χρυσῇ στεφάνῃ, etsi Mssti vulgatius praebeant, vim non facio. *Homerum* hic sequitur, στεφάνας praecipue (*Eustathio* ad Iliad. Σ'. 597. docente) probantem: adde illi magnum Animadversorem in *Athen.* lib. V. 8. [T. III. nuperae Edit. p. 121.] VALCK.

CAP. CXIX. 1. οὗτος δὲ ἄλλος λέγεται λόγος) Scripta exempla, quod inpeditum erat, sic optime explicant. Respectus est ad initium c. 118. [Immo unice verum erat, quod nostri libri dedere: vide *Var. Lect.* ad h. l.] Vicinum οὕτω εἰρέθη [*lin.* 3.] in *Pass.* nihil habere damnabile, ostendi ad lib. IV. 157. atque alibi. WESS.

[8. τῶν δὲ ἐρετέων *etc.*) Ad id quod famae illi, de qua

hic agitur, opponit *Herodotus*, responderi poterat: At remigum, qui in navi erant, nautarumque cunctorum opera opus fuit gubernatori, qua per vim tempestatis ad optatum littus eluctaretur. *S.*]

CAP. CXX. 4 *seq.* δωρησάμενος αὐτοὺς *etc.*) *Donasse* dicitur *Abderitanos aureo acinace*, καὶ τιήρῃ χρυσοπάστῳ quod ex Codd. revocabitur. *Tiaram* tamen infrequens [illegible] Regium donum: Acanthios eodem quo Abderi[illegible] nore Rex dignatus lib. VII. c. 116., ἐδωρήσατο ἐσθῆτι [illegible] δικῇ. Nusquam etiam *auro distinctam* χρυσόπαστον memora[illegible] tam legi *tiaram*; de qua praeter *Brisson.* multa *Gataker* Adv. Misc. posth. c. 24. sed alibi reperias χρυσόπαστον ἐσθῆτα, et τὰ χρυσόπαστα τῶν ἐνδυμάτων. Abderitanos splendido Xerxen eiusque exercitum excepisse convivio constat ex *Herodot.* VII. 120. Nescio an alibi tradatur quod nobis narrat *Philostr.* de Vit. Soph. p. 494. de *Protagorae* patre Maeandrio Abderitano: δεξάμενος τὸν Ξέρξην οἰκίᾳ τε καὶ δώροις τὴν ξυνουσίαν τῶν Μάγων τῷ παιδὶ παρ' αὐτοῦ εὕρετο. De Protagorae praeceptore *Democrito*, huiusque patre, paria prodidit *Diogen. Laert.* IX. 34. testem citans *Herodotum*, de cuius nomine in aliud convertendo alibi coniecturam proposui. VALCK.

5. καὶ τιήρῃ χρυσοπάστῳ) Ex *Vallae* Latinis locum instauravit *de Pauw*: recte factum Mssti testantur. *Med.* et paucorum τιήρεϊ formam praefert insolitam, nec usquam obviam, cedereque meliori debuit. Quid de docto in Germania viro existimabimus, Aldinum τριήρει χρυσοπάστῳ tuente, et poculum auro inductum excogitante? Quid? Sed mihi tempero. Τριήρης, si qua apud audaciorem poëtam, [vide *Athen.* XI. p. 550. f. et 497. b.] in Musis et solutae orationis auctoribus de *poculo* nunquam. Mos quoque Persicus, uti ad hunc diem in Oriente, donare vestes, tiaras, acinaces. De Acanthiis lib. VII. 116. καὶ ἐδωρήσατό σφεας ἐσθῆτι Μηδικῇ Xerxes. Post illa [*lin.* 6.] ex Codd. λέγοντες ἐμοί γε οὐδαμῶς πιστά, quomodo scriptum superius, reverterunt. Parum quoque afui ab illis, quae isti de Abderorum situ, innovandis. Resedit impetus. Arripiant, quibus volupe erit. WESS.

CAP. CXXI. 5. τὴν μὲν ἐς Ἰσθμὸν ἀναθεῖναι) Priscae pietatis istam partem ostendit magis *Iac. Ph. Thomasinus*,

Donar. c. 19., quam explicuit. Ad rem significantissimae fuissent dedicatae hae triremes, nec minus a Phormione et popularibus consecrata Neptuno ad Rhium Aetoliae apud *Thucydidem* II. 84.; tum Iovi Casio in Corcyra insula, ex solidiore tamen materia, in *Procopii* Bel. Goth. lib. IV. 22., ut alias ne tangam. WESS.

12. *CAP. CXXII.* 2. εἰ λελαβήκει) Hic quoque nunc scribi malim εἰ λελαβήκεσαν, *num accepisset*: quod supra Codices dederunt p. 217, 7. [III. 42, 20.] Vulgatam praefert, ubi haec describit, *Plutarch.* de Herod. Mal. p. 871. c. aegerrime ferens, huic de Aeginetis iudicio Delphicum Deum hic auctorem inscribi; is enim iuxta *Herod.* [*lin.* 4.] ἀπαίτεε αὐτοὺς τὰ ἀριστήϊα τῆς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίης. Acerbe *Plutarch.* Οὐκ ἔτι Σκύθαις, ait, οὐδὲ Πέρσαις, οὐδ' Αἰγυπτίοις τοὺς ἑαυτοῦ λόγους ἀνατίθησι πλάττων· (ὥσπερ Αἴσωπος κόραξι καὶ πίθηκοις·) ἀλλὰ τῷ τοῦ Πυθίου προσώπῳ χρώμενος, ἀπωθεῖ τῶν Σαλαμῖνι πρωτείων τὰς Ἀθήνας. Quem toties criminose traducit tanquam ad voluntatem Atheniensium loquutum, cur illis hic sponte sua praetulisset Aeginetas? Si de Aeginetis scripta falsa fuissent, aut Athenis negata, iussus et illa potuisset μετασκευάσαι: adeo neque huic criminationi species adest probabilitatis. VALCK.

5. τὰ ἀριστήϊα τῆς ἐν Σαλαμῖνι etc.) Animadvertit *Plutarchus* liquida in his malignitatis indicia, sed iratior: posito animi aestu (Vit. Themist. p. 120. c.) Nostro, neque illaudato, accedit. *Aeginetis*, sive astu id evenerit Spartanorum, seu reapse ad Salaminem ceteros gloria anteierint, *palmam inter civitates fuisse contributam*, priscorum consensus est, *Diodori* lib. XI. 27., *Aeliani* Variar. XII. 10. etc. Mox [*lin.* 8.] male, etsi crater aureus fuerit, schedae *Arch.* Redi ad lib. I. 51. WESS.

CAP. CXXIII. 4. δίνεμεν τὰς ψήφους etc.) Nolo, quamquam locuplete pristinum auctoritate munitur, litem recepto movere. [Vide mox *Valckenario* notata.] Ἔφερον, quod duobus in Codicibus, adstipulatores *Aristidem* T. II. p. 218. et *Plutarch.* Them. p. 120. D. nanciscitur: hic enim ἀπὸ τοῦ βωμοῦ τὴν ψῆφον ἔφερον οἱ στρατηγοί; plenius ille, καὶ φερόντων τὴν ψῆφον ἀπὸ τοῦ βωμοῦ τοῦ Ποσειδῶνος περὶ τῶν ἀριστείων: unde *Canterus* Chaeronensis arae *Neptuni*, Ποσειδῶνος, titulum instauratum voluit, Nostro

praeeunte. Ambo vero in latis sententiis ab *Herodoto* abeunt, et *sumtas ex ara tabellas*, sive ψήφους, significant; nec prave, pro diverso respectu. Insequens [*lin.* 8.] δεύτερα δὲ accipiendum pro δεύτερον δέ. *Aristides*, ἕκαστος γὰρ ἑαυτὸν πρῶτον φέρων, δεύτερον συνέξαπτον ἅπαντες φέροντες Θεμιστοκλέα, Herodotea adumbrans; in quibus συνεξέπιπτον, sollemne in *tabellis et sortibus, urnâ cadentibus*, lib. I. 206. V. 22. oppido venustum. WESS.

Ibid. διένεμον τὰς ψήφους) Revocarem reiectum διενέμοντο. Athenis, causâ utrimque dictâ, qui iudicibus distribuebant singulis τὰς δύο ψήφους, hi dici poterant διανέμειν τὰς ψήφους. Sed apud *Herod.* Graeci duces *inter se calculos dividentes*, quibus ferrent suffragia, διενέμοντο τὰς ψήφους: et quidem ἐπὶ τοῦ Ποσειδίωνος τῷ βωμῷ, *ad altare* Isthmii *Neptuni*; ut Dei maiestate moti sancte iudicarent, τὸν πρῶτον καὶ τὸν δεύτερον κρίνοντες (sive κρινίοντες, *iudicaturi*) ἐκ πάντων. Herodotea *Plutarch.* interpretatur in Them. p. 120. D. ἀναχωρήσαντες εἰς τὸν Ἰσθμὸν ἀπὸ τοῦ βωμοῦ τὴν ψῆφον ἔφερον οἱ στρατηγοί. Hoc Athenis etiam nonnunquam factum liquet ex *Demosth.* de Cor. p. 162., ubi ἡ βουλὴ ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου dicitur ἀπὸ τοῦ βωμοῦ φέρουσα τὴν ψῆφον. Or. c. Macart. p. 601., τὴν ψῆφον, κειμένων τῶν ἱερῶν, ἀπὸ τοῦ βωμοῦ φέροντες τοῦ Διὸς τοῦ Φρατρίου, - - - ἐψηφίσαντο τὰ δίκαια. Mera iterum est cavillatio, quod scribit *Plutarch.* T. II. p. 871. D. qui ipsemet dixerat in Themist. p. 120. D. Θεμιστοκλεῖ δὲ (καίπερ ἄκοντες ὑπὸ φθόνου) τὸ πρωτεῖον ἀπίδοσαν ἅπαντες. VALCK.

CAP. CXXIV. 3. ἐβώσθη τε καὶ ἐδοξώθη) Vindicavimus prius ab iniuria *H. Stephani* lib. VI. 131. Ἐδοξώθη in eadem Recensione Voc. Herod. [idem *Stephanus*] legi posse ἐδοξώστη, quod utique ipse, *Aldo* deserto mutataverat, suspicionem movet, nec urget tamen, idque rectissime. WESS.

6. ἐς Λακεδ. ἀπίκετο, φίλων τιμηθῆναι) Verisimilius mihi videtur quod *Plutarch.* narrat in Themist. p. 120. D. Spartam vocatum deductumque a Lacedaemoniis fuisse Themistoclem, sibi nempe metuentibus nunc tandem, μή ποτε Θεμιστοκλῆς, ἀγανακτήσας ἐπὶ τῷ συμβεβηκότι, κακὸν μέγα βουλεύσηται κατ' αὐτῶν καὶ τῶν Ἑλλήνων, ut scribit *Diodor.* XI. c. 27. idcirco tum ἐτίμησαν αὐτὸν διπλασίοις δωρειαῖς τῶν τὰ ἀρι-

πτειν, εἰληφότων. Iuxta *Libanium* T. I. p. 14. c. illum ἱστιφόνουν, τῆς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίας ἀφορμὴν ποιούμενοι τὴν ἐκείνου δόξαν. Multiplicem honorem ipsi tum tributum a Lacedaemoniis enarrat et *Plutarch.* In *Herod.* legerem [*lin.* 12.] ex marg. *Stephani* προέπεμψαν ἀπιόντα τριακοσίοι Σπαρτιητέων λογάδες: quo honore neminem alium dicuntur prosequuti. Hoc apud *Thucydid.* I. c. 74., Spartanis in memoriam revocat orator Atticus: *Themistocles*, ait, αἰτιώτατος ἐν τῷ στενῷ ναυμαχῆσαι ἐγένετο, ὅπερ σαφέστατα ἔσωσε τὰ πράγματα· καὶ αὐτοὶ διὰ τοῦτο δὴ μάλιστα ἐτιμήσατε ἄνδρα ξένον τῶν ὡς ὑμᾶς ἐλθόντων: sic scripta Codices exhibent. VALCK.

12. προέπεμψαν ἀπιόντα) Non nescio patrocinium, veteri ἀνιόντα paratum. Praestat ex scriptis exemplis depromtum, estque apud *Aristidem* T. II. p. 219. in memorabili hoc Atticum imperatorem deducentium et prosequentium comitatu: memorabili inquam; nihil sane ad honorem amplius et ad gloriam magnificentius publice a Spartanis laudato accedere potuit, quam a trecentis equitibus, primae nobilitatis, et regum stipatoribus lib. VI. 56., [conf. Adn. ad VII. 205, 9.] ad Laconicae fines honorifice deduci. Praedicant hoc eius decus *Aristides*, *Plutarchus*, Atheniensiumque legati, ad Spartanos perorantes in *Thucydidis* lib. I. c. 74. WESS.

CAP. CXXV. 2. Τιμόδημος Ἀφιδναῖος) *Vallae* Ἀφιδναῖον haud agnoscenti, nedum Ἀθηναῖον, modo plures adforent suffragatores, adsensum cupide praeberem. *Belbinita* fuit *Timodemus*. Memini pulcre, *Io. Meursium* insulam Belbinam Atticae populis sive pagis sine teste inseruisse, et *Sponii* meruisse censuram, errantis tamen longe ob negatos insulae incolas. Alia omnia *Strabo* VIII. p. 576. et IX. p. 611. [p. 375. c. et p. 398. D. ed. Cas.] Iam Belbinita si Timodemus, quomodo *Aphidnaeus?* Nam Ἀθηναῖος *Arch.* ex sequentibus, quoniam librarius, sicuti in *Vallae*, aliquid deesse suspicabatur, huc venisse videtur. Fuisse vero *Belbinitanum*, acre Themistoclis responsum arguit. Simile *Platonis* de Rep. I. p. 330. A. et *Plutarchi* Them. p. 121. A., quo Seriphio obtrectatori Themistocles, ἀλλ' οὔτ' ἂν ἐγὼ Σερίφιος ὢν, ἐγενόμην ἔνδοξος, οὔτε σὺ Ἀθηναῖος. Qui quidem ex insula Seripho, hic ergo ex Belbina, insula ex adverso Atticae obscuriore, cuius habitatores ob vilitatem

adeo contemtibiles, ut Βελβινίτης Graecorum conviciis celebraretur. Testis est *Teles* philosophus apud *Stob.* Serm. XXXVIII. p. 233., ubi nunc Βελβινθείτης, sed ad Nostri praescriptum de *Abr. Ortelii* sententia reformandus. Si boni tamen commatis Ἀφιδναῖος, quod valde metuo, quippe dicto Themistocleo nervos incidens, solum superest, ut Timodemus, domo Belbinita, ius civitatis Atticae ob nescio quae merita, qualis Cl. *de Pauw* divinatio, ubi secutus fuerit et *Aphidnaeis* additus. WESS. — Mihi profecto rationi magis consentaneum videtur, quam *Pauwii* haec interpretatio. *S.*

Ibid. Τιμόδημος Ἀφιδναῖος) Adversarium in administranda republica saepius expertus Aristiden, habuit et Alcmaeonem Themistocles, teste *Plutarcho* Tom. II. p. 805. Hic memoratus virtutis Themistoclis ignobilis obtrectator *Timodemus* demo censebatur *Aphidnaeus*, ut supra Callimachus fuisse dicitur Polemarchus lib. VI. c. 109. *H. Steph.* ad h. l. *Valla*, inquit, Ἀφιδναῖος *omisit, aut potius non legit, quod certe suspectum etiam reddunt quae sequuntur. Vallae* potius suspectam fuisse puto Codicis scriptionem Ἀθηναῖος, in *Arch.* etiam inventam, atque illum omittendum censuisse quod emendare non poterat. *Kühnius* in *Pausania*, et vir Doctiss. *Aug. van Staveren* in *Apollodoro*, corrigunt Ἀφίδνας pro Ἀθήνας: vid. Miscell. Obs. X. p. 382. Vereor ne correctiones istas labefactet epigramma Cypselidarum ad eamdem pertinens Castorum historiam apud *Pausan.* V. p. 425. Τυνδαρίδα Ἑλέναν φίρεσθον, Αἴθραν δ' Ἀθέναθεν Ἔλκετον: et quidni canere potuit de Therapnaeis fratribus *Aleman*, οἳς Ἀθήνας ἔλοσαν. Eximiam mox lectionem, [*lin.* 4.] φθόνῳ καταμαψάων, *Herodoto* vindicavit Clar. *Wess.* in Diss. *Herod.* p. 203. VALCK.

5. ἐπιφανέων ἀνδρῶν) Adiuncto ex schedis nihil ad hanc rem utilius. Retinendum-ne vero καταμαιπτίων, an *Codicum* καταμαργέων revocandum, haesitavi. Visum hoc, a *Valla*, quod *Portus* coniiciendo tenuit, lectum, aequius melius. Nam καταμάπτειν, in *prehendendo* tritum, solitarie deponi, vix tolerabile. Contra καταμαργᾶν, et more Ionico καταμαργίαν, protervi hominis et invidia rumpentis *insaniam* egregie declarat. Quo qui ingenio μεμαργωμένοι κινδύνοισι Suppl. 766. In vicinis [*lin.* 7.] schelion

ἐνέκειτο καὶ Mssti extrudunt, alioqui non in absurdis, uti lib. VII. 158. WESS.

8 *seq.* οὔτ' ἂν ἐγὼ ἐὼν Βελβινίτης) Unius *Herodoto Platonis* opponi potest testimonium (nam a *Platone* sumserunt *Cicero* ceterique) lib. I. de Rep. p. 329 *seq.* Τὸ τοῦ Θεμιστοκλέους εὖ ἔχει, ὃς τῷ Σεριφίῳ λοιδορουμένῳ καὶ λέγοντι, ὅτι οὐ δι' αὑτὸν, ἀλλὰ διὰ τὴν πόλιν, εὐδοκιμοῖ, ἀπεκρίνατο, ὅτι οὔτ' ἂν αὐτὸς Σερίφιος ὢν ὀνομαστὸς ἐγένετο, οὔτ' ἂν ἐκεῖνος Ἀθηναῖος. Velut Seriphio cuidam dictum habet et *Plutarch.* T. I. p. 121. A. et T. II. p. 185. C. qui dictum etiam Stratonici nobis servavit ad hospitem quemdam suum Seriphium, T. II. p. 602. A. *Ciceronis* de Senect. c. 3. verba comparârunt ad illa *Platonis*, praeter illius interpretes, *P. Leopardus* Em. lib. XVIII. c. 23. et *Andr. Dounaeus* in Demosth. p. 34. Herodotei Themistoclis Βελβινίτης, sive potius Βελβινήτης, obscurae cuiusdam insulae *Belbinae* civis fuit, quae ab Attices promontorio Sunio non longe remota *Scylaci* p. 45. memoratur et *Straboni*: vid. *Pinedo* et *Berkel.* ad *Steph. Byz.* in Βίλβινα: hinc Βελβινήτης formatum praeter *Berkel.* et *Holsten.* vidit *Io. Meurs.* Misc. Lacon. IV. c. 4. qui, istius insulae non recordatus, insulanum tamen sensit debuisse designari *Teleti* apud *Stobaeum* p. 233, 5. καὶ ὀνειδίζουσι μὲν, ὅτι Κύπριος, ὁ Μυκώνιος, ὁ Βελβινθείτης, corrigens Βελβινήτης: sed, qui tam multa de nobilissima insula Cypro collegerat, mirari certe debuit, hîc tanquam convitium poni si quis dicatur Cyprius: libenter ista sic corrigerem: καὶ ὀνειδίζουσι μὲν ὅτι Κύθνιος, ὅτι Μυκώνιος, ὅτι Βελβινήτης. VALCK.

CAP. CXXVI. 3. στρατοῦ, τὸν Μαρδόνιος ἐξελέξατο) Nimiae doctissimorum virorum in re, me iudice, aperta fluctuationes. Mardonius legerat sibi, Xerxe largiente, ex inmanibus eius copiis CCC. millia; quo *de Mardonii exercitu Artabazus* adscitis LX. millibus abeuntem regem stipavit atque ad Hellespontum comitatus est, reductis iisdem Thessaliam versus. Ex copia itaque discrepantis scripturae τὸν Μαρδ. ἐξελέξατο selegi. WESS.

CAP. CXXVII. 6. Κριτοβούλῳ Τορωναίῳ ἐπιτροπεύειν) Non ausim hinc quidquam auferre aut demutare: non ἐπιτροπεύειν, in *cura et administratione civitatis* frequens, lib. III. 15. et 82.; non Τορωναίῳ, siquidem *Toronaei* is generis. De *Valla* sileo. Recte castigatur, ad unum Critobulum

plicans, quod toti Chalcidicae genti concessum. Confer *Is. Casaubonum* in *Strabon.* X. p. 685. [Comment. ad pag. 447. ed. Cas.] WESS.

CAP. CXXVIII. 3 *seqq.* Τιμόξεινος ὁ τῶν Σκιωναίων στρατηγὸς *etc.*) Cum Artabazo dicitur egisse de urbe Potidaea prodenda, ὅντινα μὲν τρόπον ἀρχὴν, ἔγωγε οὐκ ἔχω εἰπεῖν, - - - τέλος μέντοι τοιόνδε ἐγένετο. Ista opinor recte *Vallam.* coepisse, *incertum mihi quonam modo ab initio; - - - ad extremum ita actum est.* Opponi enim hic ἀρχὴν et τέλος recte *Koenius* animadvertit; mirorque cur non nominati *Bosii* ex Obs. Crit. pag. 59. novam versionem veteri substituerit Clar. *Gronov.* Quod hic narrat Noster, velut *Artabazi* commentum retulit *Polyaen.* VII. c. 33, 1. ubi *Timoxenus* dicitur Σικυώνιος. *Herodoti* tum forte immemor, Σκιωναῖος tamen illic legendum sensit Cl. *Adr. Heringa* Observ. c. 15. p. 130. Varios *modos* enarrans *epistolas occulte mittendi Aeneas* in Poliorcet. c. 31. velut modum quintum decimum haec habet de *Timoxeno et Artabazo Herodoti*, quem paene ad verbum descripsisse *Aeneam* monuit *Casaubon.* VALCK.

8. παρὰ τὰς γλυφίδας) Ab *Aenea* Poliorcet. cap. 31. p. 1704. [p. 466. ed. Lipsiens.] bene hinc derivata corruperant librarii, corrupta optime integravit *Casaubonus. Polyaeno*, iisdem (lib. VII. 33, 1.) uso, proditor Timoxenus Σικυώνιος, in Cod. *Florentino* Σκιωναῖος, cui primas *Maasvicius* cur negavit? idem *Berglerus* miratur. Praeterea [*lin. 4 seq.*] ὅντινα μὲν τρόπον ἀρχὴν ἔγωγε *etc.* explicuit Cl. *Bos* Obs. Crit. cap. 11. aliter atque oportebat. WESS.

Ibid. τοξεύματος παρὰ τὰς γλυφίδας) Haec minus recte conversa egent levi correctione, τοξεύματος περὶ τὰς γλυφίδας περιελίξαντες: verbis adiectas sic solet Noster repetere praepositiones: ad eam rationem *Aeneae* suo *Casaubonus* restituit: οἱ δὲ τοῦ τοξεύματος περὶ τὰς γλυφίδας ἑλίξαντες τὸ βιβλίον, *circa sagittae crenas epistolam volventes.* [ubi quidem alia parte errantes librarii περὶ recte dederunt.] Sequentia ferme describens *Herodoti* [*lin.* 10.] τὸ ἐπαΐοντος, interpretatur κατάφαντές. Ubi Nostro Persa duntaxat dicitur ἀμαρτὼν τοῦ χωρίου, ad ista haec adduntur apud *Aeneam*, διὰ πυκνῶν καὶ φαύλων πτέρωσιν, quae *Casaubonus* omisit in versione: istorum tandem loco, τὸν δὲ βληθέντα περιδρομὰς ὁμοίας, [*lin.* 13.]

Aeneas dedit, πρὸς ὃν βληθέντα πεμίδαμεν ὄχλος: ubi proxima totidem sunt verba *Herodoti*. In Timoxeni scelere tegendo collegarum providentiam illam in exemplum laudabile Noster lectori suo commendatam voluit. VALCK.

16. παρῆν) *Mediceum* deserui, sine ullo fulcro incedentem: structura tamen non inproba, et lib. III. 114. atque alibi sese offerens. Quae vero deinceps [*lin.* 18.] μὴ καταπλῆξαι Τιμόξεινον προδοσίῃ, de *proditionis supplicio* in Latinis *Vallae* sumuntur, indignante, neque iniuria, *Porto*; qui, *ob proditionem Timoxenum metu non percellendum*, ex communi eius verbi notione, haud prave. Mihi, ut ingenue dicam, blanditur quodammodo *Arch.* μὴ καπαπλίξαι Τιμοξ. προδοσίῃ, *non inplicare proditionis crimine.* Notum in Musis καταπλίκειν usu diversiore, nec hunc tamen sermonis genius adspernatur. WESS.

CAP. CXXIX. 2. γίνεται ἄμπωτις) *H. Stephanus* [post Ἀραβ. δὲ *comma* interserens, quod et *Gronov.* tenuit] male separavit iungenda: Ἀραβαίζω δὲ ἐπειδὴ πολιορκέοντι *etc.* Ad *Longinum Iac. Tollio* p. 70. hic ἄμπωτις dici videtur, quam mox πλημμυρίδα vocat *Herodotus*: ubi paulo post nostris in exemplaribus mentio fit τῆς τι ἰσχίης καὶ τῆς πλημμυρίδος, forte disputari posset idem-ne voces illic denotent an diversa; sed hoc dubium esse nequit, quin et hic oppositа sint, ut apud alios, ἄμπωτις et πλημμυρίς. ἄμπωτις *maris* est *recessus*, ἀναπνοὴ τοῦ ὕδατος, *quem aqua* velut *resorbetur*: πλημμυρὶς, *aestus*, vel aestuantis aquae *accessus*. *Homeri* Charybdis τρὶς τ' ἀνίησιν ἐπ' ἤματι, τρὶς δ' ἀναβλύζει, Od. M'. 105. *Demosthenes Thrax* in sua Paraphrasi posuerat, *Eustathio* teste: ἡ ὀνομαζομένη μὲν Χάρυβδις, αὐτὸ δὲ τοῦτο ἄμπωτις τοῦ πελάγους βιαιοτάτη, καὶ αὖθις πλημμύρα. Quae aliis πλημμύρα, πλημμυρὶς, vel πλήμη, Ionibus et *Herodoto* dicta fuit ἰσχίη. Errantem *Suidam* in voc. Ῥαχίαν recte corrigit *Küster.*; sed aptiora dare potuerat eam in rem istis paulo post hoc capite lectis; quae sola dedit et in Indice suo *Portus*: conf. *I. Wasse* ad *Thucyd.* p. 244, 10. et *H. Steph. Thes. Ling. Gr.* III. p. 671. D. *Herodotus* lib. VII. cap. 198. *in Maliaco*, inquit, *sinu* ἄμπωτίς τε καὶ ἰσχίη ἀνὰ πᾶσαν ἡμέρην γίνεται, *quotidie maris sunt recessus et accessus.* De sinu Arabico Noster II. c. 11., ἰσχίη ἐν αὐτῷ καὶ ἄμπωτις ἀνὰ πᾶσαν ἡμέρην γίνεται: sed huius sinus accolae barbari, iuxta

Diodor. Sicul. III. c. 40., memoriam servabant μεγάλης τινὸς γινομένης ἀμπώτιος, qua sic mare refugerat, ut fieret τοῦ κόλπου ξηρὸς πᾶς ὁ τόπος: postea tamen aiebant πάλιν ἐπιλθοῦσαν ἰξαίσιον πλήμυν (ἰπχίν *Herodoto*) ἀποκαταστῆσαι τὸν πόρον εἰς τὴν προϋπάρξασαν τάξιν. In istis solito longe maior *aquarum recessus accessusque* μεγάλη τις ἄμπωτις et ἰξαίσιος πλήμη dicuntur: nostro quoque loco *Herodoti* res narratur illic inexspectata et ad eum modum invisitata: ut adeo poena videretur a Neptuno Persis immissa: nam fuisse dicitur ἄμπωτις τῆς θαλάσσης μεγάλη, et ἐπιλθεῖν πλημμυρὶς μεγάλη, ὅση οὐδαμᾶ κω. Iam rationem exputare nequeo, cur voces idem significantes, quibus facile quis in errorem induceretur, iungi voluisset *Herodotus*: suspicor adeo, quam primum πλημμυρίδα dixerat, hic iterum suo more ἰπχίν dixisse, atque ista καὶ τῆς πλημμυρίδος ab alia manu invecta, ut Noster [*lin.* 11 *seq.*] tantum dederit: αἴτιον δὲ λέγουσι Ποτειδαιῆται τῆς τε ἰπχίος καὶ τοῦ Περσικοῦ πάθεος γενέσθαι τόδε: *hanc vero causam fuisse tradunt Potidaeatae maris in tantam altitudinem exaestuantis istiusque Persarum cladis.* VALCK.

12. τῆς τε ἰπχίος καὶ τῆς πλημμυρίδος) Merito L. *Küsterus* miratur *Suidam* in Ῥαχίαν scribere, Ionibus Ῥηχίην eandem esse ac τὴν ἄμπωτιν καὶ τὴν ἀναχώρησιν τῆς θαλάττης, h. e. *maris recessum*; siquidem *aestus* illis est maris, sive eius *accessus*: certe *Herodoto* ἄμπωτις καὶ ἰπχίη semper de *recessu* et *aestu*, lib. II. 11. VII. 198. et ἰπχίη eodem libro cap. 37. Quare et hic, nisi cui de *glossa* suspicio veniat, ἰπχίη καὶ πλημμυρὶς rem eandem συνωνύμως ex *Porti* opinione indicant. Docte *Nonnus*, prudentior *Suida*, de utriusque vocabuli notione ad *Gregor. Naz.* Stelit. II. p. 163. WESS.

19. οὕτω ἔπρηξαν) Usitatissimam in pessimo successu formulam [qua careri h. l. posse *Gron.* censuerat] hinc amoliri non sustineo. Supra lib. III. 25. ὁ μὲν ἐπ' Αἰθιοπας στόλος οὕτω ἔπρηξε. IV. 77. οὗτος μὲν νυν οὕτω δὴ ἔπρηξε. VI. 44. ὁ μὲν δὴ ναυτικὸς στρατὸς οὕτω ἔπρηξε. WESS.

CAP. CXXX. 1. Ὁ δὲ ναυτικὸς ὁ Ξέρξεω) Satis olim commodum Ὁ δὲ ναυτικὸς στρατὸς ὁ Ξέρξεω *Gronovius* immutavit, quem vide. WESS. — Ut saepe ὁ πεζὸς, sic et nude ὁ ναυτικὸς (scil. στρατὸς) dici potuisse monuit *Gronov.* quemadmodum c. 131, 4. et VI. 96, 16. Sic vero et VII. 203, 7. *S.*

4. ἔαρος δὲ ἐπιλάμψαντος) Codices etiam praebent I. cap. 190. ἔαρ ὑπέλαμπε: hic si darent ἔαρος δὲ ὑπολάμψαντος, praeferrem ut usitatius. Hoc ubi habet *Chariton* III. p. 51, 9. dedit Herodotea Clar. *D'Orvillius*, ex ἐπιλάμψαντος hoc in loco maius incrementum colligens; sed confutat illud vox adiecta πρώϊος: paulo etiam post memoratur τὸ ἔαρ γινόμενον, opposite ad ἔαρ ὑπολάμπον, vel ὑποφαῖνον. Nusquam apud *Xenophontem* invenietur, ut puto, ἔαρ ἐπέφαινε: sed ἔαρ ὑπέφαινε p. 292, 27. 300, 17. et alibi. Sic *Livius* orditur librum XXII. *Iam ver appetebat, et Hannibal ex hibernis movit*: ista Codicum lectio ceteris videtur anteponenda. [Vulgatum ἐπιλαμψ. constanter tenent libri omnes.] Hic *Herodoto* scribi quoque potuerat, ut alibi solet, ἅμα τι ἔαρ ὑπέλαμπε, καὶ ὁ ναυτικὸς συνελέγετο ἐς Σάμον: elegantер nunc ponitur, πρωΐος συνελέγετο, *maturus*, pro πρωΐ. Pro ὀψὲ, *sero*, ut Latinis *serus*, non usurpatur (quod sciam) ὄψιμος, sed ὀψίζων: pro σκότους ὄντος, σκοτιαῖος adhibetur, ut *vespertinus*. VALCK.

10. ὁ Ἀμίτρης) Fuerat Ἰθαμίτρης, sicuti lib. IX. 102. cuius priore obsolescente littera, mutataque altera, id prodiit, quod cernitur: nam eundem describi, dubio vacat. Fuerit-ne Ἀρτύντης Ἰθαμάτρεω lib. VII. 67. huius frater, et patris hinc corrigendum nomen, non adfirmavero. Verius προήϊσαν ex Codicum discorde scriptura, et τὸ πρὸς ἑσπέρης, quod c. 132. WESS.

CAP. CXXXI. 6 seqq. Λευτυχίδης ὁ Μενάϊος etc.) *Leotychidae pater et avus* memorantur etiam supra lib. VI. c. 65. Proavus, abavus, ceterique maiores, ad Theopompum usque, aliunde ferme sunt ignoti, quippe qui Spartae non regnaverint. Sed, si septem isti, qui post Leotychidem primi memorantur, non fuere Reges, scribi non potuit hoc capite [*lin.* 13.] οὗτοι πάντες πλὴν τῶν δυῶν: corrigendum videtur, οὗτοι πάντες, πλὴν τῶν ἑπτὰ τῶν μετὰ Λευτυχίδεα πρώτων καταλεχθέντων, οἱ ἄλλοι βασιλῆες ἐγένοντο Σπάρτης. Levissima correctio, quae *Iac. Palmerio* debetur, fit unius literae mutatione; reliqua *Palmerii* molimina probari nequeunt. Reges Proclidas enumerans *Herod.* forsan in generis auctore Procle substitit, aut in primo potius iuxta Lacedaemonios Rege Aristodemo; atque hunc etiam ultimum posuerat recensens Eurysthenidas lib. VII. c. 204.

Ab aliis dissentientes Lacedaemonii (lib. VI. cap. 52.) λέγουσι αὐτὸν Ἀριστόδημον τὸν Ἀριστομάχου, τοῦ Κλεοδαίου, τοῦ Ὕλλου, βασιλεύοντα ἀγαγεῖν σφέας. Quantillum iam fuit exemplaria Herodotea corrigentibus illinc repetitos Aristomachum, Cleodaeum, Herculem, ad utramque seriem adiicere, aut in margine memoratos in contextum recipere. Septem istis omissis, hic (si vera suspicor,) decem Reges memorarentur Leotychidae progenitores ex Hegesilidis sati, *Aristodemus*, *Procles*, *Sous* (hunc recte, opinor, *Io. Meurs.* interserit reliquis, Euryphontis patrem, de R. Lacon. cap. 15.) *Euryphon*, *Prytanis*, *Eunomus*, *Polydectes*, *Charillus*, *Nicander*, *Theopompus*: hic *Herodoto* decimus, aliàs Regum dicitur ex ista familia nonus, quia non *Aristodemus*, sed primus Rex statuitur *Procles*. In his nostris, Ionice scriptis, mirari licet [*lin.* 10.] formam nominis Εὐρυφῶντος, illam quidem instar aliorum ex ἀων contractorum legitimam, sed in hoc nomine inauditam; in quo scribendo nota non nostrorum tantum exemplarium sed et veterum est inconstantia; quam exposuit *F. Sylburg.* ad *Pausan.* [lib. III. c. 2.] pag. 208. Hinc incerti fluctuant recentiores *P. Faber* Agon. III. 18. *Iac. Palmer.* Exerc. pag. 381. *Nic. Cragius*, *Io. Meursius*, *Ez. Spanhem.* ad *Iulian.* pag. 129. Εὐρυφῶν, hoc loco positum, commendat, quam genuinam puto, scriptionem Εὐρυπῶν, *Pausaniae*, me iudice, tribuendam et *Plutarcho*, in cuius T. I. p. 662. E. pro Εὐρυτίωνι δὲ, scribendum Εὐρυπωντίδαι. Rarissimam formam patronymicam nobis servavit *Etymol.* p. 397, 12. Εὐρυπώδης, quae non sane censeri debet ex Εὐρυποντίδης κατὰ συγκοπὴν nata, sed potius ex οἰδὴς contracta, sicut Μιμώδης et similia. VALCK.

6 *seqq.* τοῦ Ἡγησίλεω *etc.*) Ex Eurysthenidarum familia Ἡγησίλεως lib. VII. 204. leniore est spiritu: idem lib. VI. 65. Ἄγις, non sine lite. [Vide ibi notata.] Reliqua Proclidarum series, ubi scriptores priscos in consilium miseris, multis premetur difficultatibus. *Omnes*, ait, *reges* fuisse, *exceptis duobus primis post Leutychiden depositis*. Ubi vero *Anaxandridae* regis, filii Theopompi, nepotisque eiusdem *Archidami*, pronepotis Anaxilai et abnepotis Leutychidae, inter Spartanos reges mentio? *Pausanias* III. 7. Proclidarum successionem multo digessit aliter;

habetque sibi suffragatores magnae in talibus auctoritatis. Ista ad inconmoda cum Nobil. *Palmerius* animum attenderet, nossetque, *Aristodemum*, *Aristomachum*, *Cleodaeum*, *Hyllum*, in Spartanorum regibus haud censeri; scriptum [*lin.* 13.] fuisse decrevit, πλὴν τῶν δ' ὑστάτων καὶ τῶν ζ' μετὰ Λευτυχίδεα πρώτων καταλεχθέντων, *exceptis quatuor ultimis, et iis septem, qui post Leutychiden recensiti sunt*, Exercit. in Gr. Auctor. pag. 39. Quae optimi viri medicina modum excedit, nec pravis sanitatem reddit. Prava reliquit [*lin.* 8 *seq.*] quae sic fingi debebant, Χαρίλλου, τοῦ Πολυδέκτεος, τοῦ Εὐνόμου: nam *Charillus Polydectis* fuit *filius*, *Eunomi nepos*, sicuti *Io. Meursius* Regn. Lacedaem. cap. 16. et *Ed. Simsonius* Chr. An. M. 3107. docuerunt. Perperam praeterea abest *Sous*, Euryphontis pater, Proclis filius, eodem *Meursio* c. 15. monstrante. Omnes hae turbae et errores iniuriae temporum et librariorum debentur; expeditu, silentibus Codicibus, inextricabiles. Amplexus Χαρίλλου sum nomen, obtemperans *Pausaniae* pluribusque aliis; inde Χειλάου apud *Plutarch.* in Lycurg. frequentatur titulus. WESS.

, *CAP. CXXXII.* 13 *seqq.* τὸ γὰρ πρόσωπον πᾶν etc.) Formido urgebat ex Persarum maximo potentatu, tum etiam, quod Graecorum multi accurata ulteriorum locorum notitia deficerentur. De multis loquor: nam Atheniensibus ora Asiae et Thraciae ad Hellespontum navigationibus in Sigeum, Ephesum, Chersonesumque exploratissima erat; neque Spartanis ignotus Sami viciniaeque situs lib. III. 46. Haud districte ergo haec sumenda, nec de omnibus omnino Graecis, sicuti accepisse videtur *Libanius* Or. XIX. p. 480. ubi ὑπερεπεχθῆναι Δήλου Φοβερὸν fuisse olim τοῖς Ἕλλησι adseverat. Quam quidem Sophistae aberrationem Cl. *D'Orvillius* Miscell. Obs. Vol. VII. p. 11. redarguit. WESS. — Est in his sane hyperbolica quaedam descriptio metus atque terroris, qui Graecos, quamvis Salaminiâ pugnâ victores, tamen deinde etiamnum percussos tenebat, aut denuo subinde (ut fere fieri solet) eisdem obrepebat, magnitudinem cogitantibus periculi e quo praeter spem opinionemque emerserant; quum praesertim etiam tunc et Mardonius cum immani exercitu in Graeciae visceribus haereret, et in Ioniae ora, si classem eo mitterent, Xerxes

et classis suae haud poenitendas reliquias et alias ex Asia conflaetas formidabiles copias opponere illis posset. *S.*

16. συνίστητε δὲ τοιοῦτῳ) Concinnius *Arch.* τοιοῦτον sive τοιοῦτο, quae et *Pavii* coniectura, belle observantis, planiorem futuram descriptionem, si [*lin.* 17. *et* 19 *seq.*] τὸ πρὸς ἑσπέρης κατωτέρω Σάμου et τὸ πρὸς τὴν ἠῶ ἀνωτέρω Δήλου Scriptor maluisset. Sic manifestior Persarum ex orientis plaga progressus infra Samum, et Graecorum ab occidente ultra Delum. Verum Noster maluit vulgatum, haec bita utriusque itineris diversa ratione et respectu. WESS. — Et ego olim in eam incideram cogitationem, temere fortasse inter se permutatas esse sedes vocum ἀνωτέρω et κατωτέρω: sed in vulgatam scripturam consentiunt libri, et haud multo ante (cap. 130, 10 seq.) de Persis similiter dixerat Noster, οὐ προϊσαν ἀνωτέρω τὸ πρὸς ἑσπέρης. Quod si hic item de Graecis diceret τὸ πρὸς τὴν ἠῶ ἀνωτέρω, posset hoc vocab. pro synonymo haberi τοῦ περίωτέρω, quemadmodum I. 190, 12. At hoc loco manifeste ἀνωτέρω et κατωτέρω invicem opponuntur. Quod ita intelligendum videtur, ut cogitemus, *Samum* insulam Ionicae orae fuisse vicinam, *Delum* vero in medio Aegaeo mari, pari fere intervallo a Graeciae continente et a Ioniae ora distantem. Igitur, quemadmodum in re nautica ἀνάγεσθαι dicitur qui ab ora *versus apertum mare navigat*, κατάγεσθαι vero qui *oram petit*; sic facile patet, quo pacto *Persae* dicantur *non* ἀνωτέρω Σάμου *occidentem versus ausos esse navigare*. Iam, quum *Delus* in medio mari Aegaeo sit sita, qui e Graecia Delum versus navigat, is quidem perinde ἀνάγεται: sed qui, postquam e Graecia Delum pervenit, deinde Delo proficiscens Ioniae oram petit, is κατάγεται: et hactenus dicit Herodotus, *Graecos* κατωτέρω Δήλου *non ausos esse orientem versus navigare*. *S.*

20. οὕτω δίος τὸ μέσον ἐφύλασσε) Haec scriptura ab ipsa re et schedarum auctoritate commendatur. Conf. lib. IX. 89. WESS.

CAP. CXXXIII. 3. ἄνδρα Εὐρωπίαν γένος) Ex Cariae *Europo* apud *Steph. Byz.* fuisse *Myn* istum, credibile fit. Habent in Syria, Euphrati proxima, aliam *Europum* plures, adscripti ad *Hieroclis* Synecdem. pag. 713; quae, Macedonicae post Alexandrum originis, nihil ad haec tempora.

Tzetzes Myn, Samium domo, offert ad *Lycophron.* p. 141., Atheniensibus regis Persae litteras interpretantem, haud scio unde acceptum. Mox χρησόμενον ἐλθεῖν qui voluerint, Codices meque adstipulatores nanciscentur. WESS.

3. ἄνδρα Εὐρωπίαν γένος) Carem hunc bis c. 135. vocat Εὐρωπίαν: iuxta *Palmerium*, *ab Europo Idriade dicta.* Notae sunt aliunde Macedoniae Syriaeque urbes dictae Εὐρωπός: huius nominis urbem fuisse Cariae unus scribit *Steph. Byz.* illinc tamen gentile deducens Εὐρώπιος: ab Εὔρωμος eidem flectitur Εὐρωμεύς: et solius Cariae fuit Εὔρωμος, variis memorata in Nota *Berkelii* ad *Steph.*; saepius etiam, ut *Polybio*, sic *Livio* XXXIII. c. 30. cui incolae sunt *Euromenses* XXXII. c. 33. *Myn* tamen *Europensem*, ἄνδρα Εὐρωπίαν Μῦν, ex his *Herodoti* habet in Phocicis *Pausan.* p. 755. Hominem e Caria, cur Persa miserit Mardonius ad oracula Graecorum, illi non erit obscurum, qui Cares fuisse noverit minimum διγλώσσους: Graece intelligentes non tantum, sed etiam Persis Graeca interpretantes. Apud *Thucydid.* VIII. 85. Spartano Mindaro Tissaphernes ξυνέπεμψε πρεσβευτὴν τῶν παρ' ἑαυτοῦ, Γαυλείτην ὄνομα, Κᾶρα δίγλωσσον. Cum Graecis ducibus agens Cyrus minor Caribus utitur interpretibus in *Xenophontis* Κύρου Ἀναβάσει: quumque ventitabant in aulam Persicam Graeci, tales et illic habuerunt interpretes. In *Aeliani* Var. I. 21. legendum arbitror, ἔλεγε δὲ ταῦτα, Φρύζων δ' ἑρμηνέως, pro παίζων: ubi Vir clar. aliena comminiscitur: illud aptum isthoc loco vel hoc declarat *Xenophontis* Ἀναβ. II. p. 168, 10. Φρύζουσιν ἃ λέγει. In proximis *Herodoti* [*lin.* 5.] minus accommodum σοὶ, scribique mallet *Koenius* τῶν εἴ τε ἦν οἱ ἀποπειρήσασθαι. VALCK.

CAP. CXXXIV. 3. *Trophonium* adgressus Europensis Car *Lebadiae* dicitur καταβῆναι παρὰ Τροφώνιον: quod rarius altero καταβαίνειν εἰς Τροφωνίου iudicat vir summus ad *Lucian.* p. 339. [Dial. Mort. III. 2.] VALCK.

7. κατάπερ ἐν Ὀλυμπίῃ, ἱροῖσι αὐτόθι χρηστηριάζεσθαι) Corrigens errorem *Vallae Portus* in hunc ista sensum reddidit: *ut enim Olympiae, sic etiam illic sacris* (ante factis, et immolatis victimis) *oraculum consulere licet.* Ad huius mentem ἱρηΐοισι scribit vir doctus. [*Reisk.* in Miscell. Lips.] Isthoc modo si essent capienda, hic forte locus fuisset χρη-

στηρίοις, quae velut ex *Herodoto* memorantur *Ammonio* in Ἱερεῖον. Sed, quae leguntur illic, alterius esse suspicor; hoc autem *Herodoti* loco quid requiri peculiare, quod locum habuerit in *oraculo Iovis Olympiae, et Apollinis Ismenii Thebis*; nam neque Delphis Deum adhibere licebat, nisi ante victimis immolatis, quibus esurientium fames sublevabatur: Διλφὸς ἀνὴρ στίφανον μὲν ἔχει, δίψει δ' ἀπόλωλε, *Diogenian.* Cent. IV. Pr. 26. vid. *Lucian.* T. II. p. 204. [*Phalar.* II. c. 8.] Literas aliquot a vicinis absorptas suspicor, et πρό κατάπερ ἐν Ὀλυμπίῃ, ἱροῖσι *etc.* restitui commode posse, κατάπερ ἐν Ὀλυμπίῃ, ἐμπύροισι αὐτόθι χρηστηριάζεσθαι, *ignem victimarum vaticinum illic* (in Ismenii Apollinis Thebis) *consulere licet, ut Olympiae.* De multis pauca sufficient: *Pindar.* Ol. VIII. 3., Ὀλυμπία Δίσποιν' ἀλαθείας, ἵνα μάντιες ἄνδρες Ἐμπύροις τεκμαιρόμενοι παρκπει - Ῥῶται Διὸς ἀργικεραύνου. *Schol.* in Ol. VI. 112. Μαντεῖον ἦν ἐν Ὀλυμπίᾳ, οὗ ἀρχηγὸς γέγονεν Ἴαμος τῇ διὰ τῶν ἐμπύρων μαντείᾳ, ἧ καὶ μέχρι τοῦ νῦν οἱ Ἰαμίδαι χρῶνται. De *oraculo Apollinis Ismenii* Thebis, *Schol.* ad *Soph.* Oed. Tyr. vs. 21. Ἐπ' Ἰσμηνοῦ τε μαντείᾳ σποδῷ) Ἀντὶ τοῦ βωμῷ, ὅτι διὰ τῶν ἐμπύρων ἐμαντεύοντο οἱ ἱερεῖς, ὡς Φησὶ Φιλόχορος. VALCK. — *Vallae* Latina *in templis* dudum *Portus* proscripsit. Χρηστηριάζονται αἰεὶ μάλιστα, *capris maetatis responsa petunt* Delphis, in *Diodor.* lib. XVI. 26., ὑσὶ μαντεύεσθαι apud *Pausan.* VI. 2, de quibus aliàs, dicendi genus patefaciunt. Quid *Olympiae* fieret, est in *Pausan.* lib. VI. c. 15. [P] et Criticis ad *Pindari* Olymp. VI. 112. WESS. — Ἐμπύροισι utique cum *Valck.* malles: at, quum in vulgatum consentiant libri, non obtrudendum istud *Herodoto* erat. ἱροῖσι χρηστηριάζεσθαι est *oracula ex victimis petere.* conf. ad II. 57, 11. notata. Aliorum Oraculorum responsa alio modo edebantur: *Thebis*, ait *Herodotus*, *quemadmodum Olympiae, per victimas.* Nec vero hic *extispicium* solum aut maxime intelligi par est, quippe quo quilibet vates ubique utebantur. Sed *Olympiae ex flamma ardentium victimarum* (ἐμπύροις, id est, *Hesychio* interprete, καιομένοις ἱεροῖς) capta fuisse dei responsa, docent Veterum testimonia a viris doctis citata: quod quoniam *Herodoti* aetate in vulgus notum esse debuit, consentaneum videtur, ut, quae is h. l. ἱρὰ dicit, illa καιόμενα ἱερὰ vel ἔμπυρα intelligantur. *S.*

8. ξεῖνόν τινα καὶ οὐ Θηβαῖον) Ille ξεῖνος, qui pecuniâ victus in Amphiarai templo indormiit, genere Lydus, *Plutarcho* Arist. p. 330. c. teste, erat. Ergo vitiose in eiusdem T. II. pag. 412. A. ὁ δὲ πιμφθεὶς εἰς Ἀμφιάρεω δοῦλος ἔδοξε κατὰ τοὺς ὕπνους. Quale peccatum frequens, neque abs doctis hominibus, *Rutgersio*, *Pavio*, *Bergleroque*, sine virgula praeteritum. WESS.

8 *seq.* κατεκοίμισε εἰς Ἀμφιαρ.) Scribi malim κατεκοίμησε εἰς Ἀμφιάρεω, sive casus censeatur secundus atque usitatior in talibus, seu potius quartus et rarior, quia legebatur ante εἰς Ἀμφιάραον: *cubitum ivit in aedem Amphiarai.* [Teneamus, puto, genitivum casum.] *Triclin.* ad *Soph.* Oed. Tyr. 114. ἀπῆλθεν -- εἰς Ἀπόλλω. *Apollod.* III. p. 203. εἰς Πυθίαν ἦλθε. *Lucaneum* in Act. Ap. XVI, 40., εἰσῆλθον εἰς τὴν Λυδίαν, est et illud ad Atticam normam, *Aristoph.* Plut. 237. *Demosth.* p. 733, 79. *Lysiae* p. 339, 7. In fine capitis [*lin.* 15.] non reiicerem si plures darent Codd. lectionem marg. *Steph.* ἐγκατακοιμηθῆναι. In Amphiarai templo ἐγκοιμησόμενοι qua solerent abstinentia praeparari ad somnium fatidicum accipiendum, tradit *Philostr.* de Vit. Apoll. II. 37. Propria erant de his verba ἐγκοιμᾶσθαι, ἐγκαθεύδειν, *incubare*: vid. Clar. *Wess.* ad *Diodor.* I. [cap. 53.] p. 63. et *Davis.* ad *Ciceron.* de Div. I. c. 43. ubi vulgatum *excubabant* forte tuebitur *Xenophontis* ἐξεκάθευδεν, p. 278, 37. In Aesculapii fanis, suo quisque ordine ἐγκοιμησόμενοι, interim circa templa excubabant aegroti: tales intelligendi sunt περὶ τὸν θεὸν διατρίβοντες apud *Aristiden* T. I. p. 531. vid. T. *Hemsterh.* ad *Schol.* in *Arist.* Plut. p. 450. tales etiam latent in voce perverse scripta apud *Pausan.* II. pag. 136. περιοικοῦσι μὲν δὴ καὶ ἄλλοι, καὶ τὸ πολὺ οἰκεῖται (lege ἱκέται) τοῦ θεοῦ. Caeterum a Mardonio missus εἰς Ἀμφιάρεω δοῦλος [conf. *Wess.* ad *l.* 8.] quid in somnio videretur expertus, *Plutarchus* nobis narrat de Orac. Def. p. 412. A. VALCK. — Quod *lin.* 8. praeeunte nostro cod. *F.* κατεκοίμησε dedi, ut *Valck.* maluerat, id in suo quoque codice *Valla* reperisse videtur, cuius haec sunt latina: *tum, quodam -- pecuniâ corrupto, in delubro Amphiarai (constat) obdormisse.* Si κατεκοίμισε probes, transitive fuerit accipiendum, *curavit ut ille homo sui caussa in Amphiarai delubro pernoctaret.* Sed probabilior prior ratio. S.

15. αὐτόθι ἐγκαταικοιμηθῆναι) *Amphiaraus* τῆς δι' ὀνειράτων μαντικῆς censebatur auctor, *Pausan.* l. 34. Cuius in fano propterea sciscitaturi pellibus incumbebant stratis, somnosque petebant. Illud autem ἐγκοιμᾶσθαι dicere quum soleant, remque ipsam ἐγκοίμησιν ἐν τοῖς ἱεροῖς *Diodor.* I. 53., cur pro reiiculo ἐγκαταικοιμηθῆναι praestantium schedarum censebimus? Superius μαντεύεσθαι [*lin.* 9.] recte *P. Leopardus* Emend. VIII. 1. explicuit. WESS.

CAP. CXXXV. 4. ἐς τοῦ Πτώου Ἀπόλλ.) Hunc etiam *Apollinem* Πτῶον (sive Πτῷον, *Etymol.* p. 413, 28.) ante pugnam Leuctricam adhibuisse dicuntur *Pausaniae* Thebani IV. [cap. 32.] p. 360., in Asii veterrimi poëtae carminibus iam laudatum, secundum eumdem IX. [c. 23.] pag. 755. ubi ex *Herod.* nobis enarrat quid evenerit *Myi*; hunc interrogasse Deum τῇ φωνῇ τῇ σφετέρᾳ· καὶ οἱ χρῆσαι τὸν θεὸν, οὐχ ἑλληνίσαντα οὐδὲ αὐτὸν, διαλέκτῳ τῇ βαρβαρικῇ. luxta *Herod.* aderant Cari ἀπεγραψόμενοι τὰ θεσπιῶν ἕμελλε Deus: tales ταχυγραφοῦντες καὶ τὰ μαντικὰ ἔπη μεταλαμβάνοντες *Eustathio* memorantur ad Od. β'. p. 323, 35. Hi boni Thebani, solam intelligentes, ut istis temporibus plerique omnes, linguam patriam, mirabantur procul dubio linguâ Caricâ respondentem: neque enim verisimile, Deorum in oraculis administros diversis linguis respondisse, prout quaeque consulentibus esset patria; et figmentum arbitror Grammaticorum, quod nobis narratur in *Schol.* ad *Soph.* Trach. 1184. Hic narrata respexisse *Plutarchus* videtur, de Orac. Def. p. 412. A. loco lacunoso; in Gryllo p. 990. E. narrans quid ἐν τῇ θόλῳ τοῦ Πτῴου Ἀπόλλωνος suo etiam aevo inscriptum manserit. VALCK.

5. καλέεται μὲν Πτῶον) Reponunt Πτῴου, scriptis non addicentibus. Fabulabantur veteres, Latonam conspecto apro ἀναπτοηθῆναι, *perterritam*; inde filio Πτῴου cognomen, monti quoque, ad quem hoc fanum, Πτῴου venisse titulum, in *Plut.* Pelopid. pag. 286. C., cuius in Commentario de Orac. Defect. pag. 414. A. περὶ τὸ Πτῶον tam templum quam montem signare potest. Excidit autem ibid. p. 412. A. oraculi Πτῴου mentio: quae enim isthic, Amphiarai et Ptoi responsa, huc unice pertinentia, manifesto requirunt. Ulcus loci *Aug. Bryanus* ad *Plut.* Pelopid. pag. 2161 prudenter tractavit; neque medicam illi manum, operae

Bryani ignarus, *Io. Iac. Reiskius* negavit; sed vel sic metuo, ut sanata sint cuncta. Ceterum in aedis collisque situ *Strabo* lib. IX. p. 633. [pag. 413. ed. Cas.] cum *Casauboni* observatione consentit. WESS.

10. τὴν προμαντιν) Proba haec si sunt, habuit Ptous Apollo aeque ac Delphicus suam προμαντιν, suum προφήτην, nullaque necessitas ὑπὸ τῆς προφήτιδος in vicinis [*lin.* 16.] ex *Reiskii* voluntate fingendi; quae quidem, inproba ista si fuerint, nulla tamen aderit. Ostentant scripta exemplaria τὸν προμαντιν. *Strabo* solum προφήτην τοῦ μαντείου Ptoi lib. IX. pag. 633. novit, itidem *Plutarch.* T. II. p. 412. A., atque erronee aut corrupte φωνῇ Αἰολίδι respondentem, loco Καρικῇ, quam in Vit. Aristid., lapsus nonnihil, illi tribuit, h. e. βαρβαρικῇ διαλέκτῳ, qualis *Carum*, non Aeolensium, lib. I. 171., *Pausaniae*, haec excerpentis IX. 23., iusto iudicio. Hinc manare videtur, τὸν προμαντιν Ptoi Apollinis et προφήτην, quorsum insequentia vergunt, unum eumdemque fuisse. Talis Amphicaeae προμαντις δὲ ὁ ἱερεύς ἐστι· χρᾷ δὲ ἐκ τοῦ θείου κάτοχος, *Pausan.* X. [c. 33.] p. 884. WESS.

CAP. CXXXVI. 4. ὅτι αἱ προσκηδεῖς οἱ Πέρσαι) Spretum male *Pollucis* interpretamentum est, cui προσκηδεῖς huius loci *adfinitate coniuncti*: quales ob nuptias *Gygaeae* et *Bubaris* Persae [coll. V. 21.] Macedonum regum familiae atque Alexandro fuerunt, optimo monitore *P. Leopardo*, Emend. VIII. 1. Ipse Alexander πρόξενος καὶ εὐεργέτης Atheniensium; adeoque utraque de caussa aptissimus ad legationis officium Mardonio ad Athenienses obeundum. Regi certe Athenienses c. 143. *Nolumus*, aiunt, *te quidpiam ingrati* παθεῖν, ἐόντα πρόξενόν τε καὶ φίλον. De *Alabandis*, Amyntae a Persiae rege donatis, [*lin.* 8.] lis perseverabit. *Stephanum Byz.* Ἀλάβαστρα hic invenisse, negari non potest. Cariae *Alabanda* nemo ignorat, Phrygiae vero, quis tandem novit? At ubi *Alabastra* eiusdem Phrygiae? Quis praeter *Stephanum Alabastra* πόλιν μεγάλην Phrygiae attigit? Bene memini virorum egregiorum *L. Holstenii*, *Salmasii*, *Gronovii*, *Pavii*, coniectationes; incertos, nisi *Stephano* schedae sese fideliores, quod optem, iunxerint, relinquentes. WESS. — In vulgatam scripturam consentiunt libri. *S.*

CAP. CXXXVII. 1. τούτῳ ἕβδομος γενέτω Περδίκκης)

Seriem successionis, generisque priscam nobilitatem, haec et cap. 139. ac *Thucydides* lib. II. 99. egregie illuminant. Sumserunt sua hinc *Marshamus*, Canon. Chronol. p. 447., et *Spanhemius* de Usu et Pr. Numism. Diss. VII. p. 372. Urbs Λεβαίη, [*lin.* 6.] in quam Perdiccas cum fratribus devenit, non alia fortasse ac *Hesychii* Λίβα, πόλις ὑπὸ Θρακῶν. Equidem aliam non novi. WESS. — Generis successionem si spectes, quae mox cap. 139. inde a *primo* **Perdicca** usque ad *Alexandrum* hunc singulatim exponitur; ex nostro loquendi more non *septimum*, sed *sextum* diceres *Alexandri progenitorem Perdiccam fuisse*. Sed de ratione, qua in computando progenitorum numero et in similibus aliis computis uti consuevere Graeci, vide ad lib. I. c. 91, 5. notata. *S.*

9. τὰ λεπτὰ τῶν προβάτων) *Oves, caprasque; Pausaniae* τὰ λεπτότερα τῶν προβάτων, lib. IX. 3. p. 714. Connexa [*lin.* 9-12.] *de antiquissimorum regum ac tyrannorum tenui conditione* observatio veritate nititur. *Intra suam cuique patriam regna finiebantur*, scribit *Iustinus*. Reges regumque filii armenta pascere haud dedignabantur. Hectoris Andromaches querela super fratribus, dum armentis ovibusque pascentibus attenderent, trucidatis, ex *Iliad.* Z'. 422. in luce versatur; notissima quoque regum Palaestinae vetustissimorum in sacris Pandectis tenuitas. WESS.

9 *seq.* ἦσαν γὰρ καὶ αἱ τυραννίδες) Moris Herodotei non recordabatur *H. Steph.* ista scribens; [in ora suae Edit.] *Hoc Herodotus subiungit, ne cui mirum videatur, quod rex ipse illos pascendis suis armentis et gregibus praefecerit.* Imo contra sequentium praebent rationem: *ipsa Regis uxor mercenariis panes coquebat*, pro veteris aevi simplicitate; sive, ut Herod. *quod ipsi olim Reges* (οἱ τύραννοι hic dicuntur τυραννίδες, ut legati, *legationes* etc.) ἦσαν ἀσθενίης χρήμασι. Ne narrationis simplicitate langueret oratio, structuris verborum elegantissimis lectorem excitat *Herodotus*, quaeque in sermone quotidiano subiicienda erat, causam ceteris praeponit: exempla dabit Ed. *Gron.* p. 109, 33. p. 35, 7. 47, 47. 63, 21. etc. [II. 53, 1. I. 85, 11. I. 114, 11. 155, 17 seq.] p. 328, 29. 349, 30. [V. 111, 3. VI. 58, 12.] Paulo hinc diversa sunt et velut per parenthesin interiecta, cum vocula καὶ vel ἀλλὰ praemittitur, ut p. 360, 24. p. 246, 2.

p. 249, 15. [VI. 57, 5. IV. 96, 7. 83, 7.] Hyperbata vocat *Longinus*, qualis ipse praebet exemplum [sect. 22.] in ed. *Toll.* p. 172. Vid. *Dounaeus* in *Demosth.* p. 91. et seqq. Saepius in talibus fuit erratum. VALCK. — Conf. quae ad I. 24, 17. notavimus. *S.*

11 *seq.* αὐτὴ τὰ σιτία σφι ἔπεσσε) *Ipsa cibos illis coquebat*, sive *panem*; nam sequitur, ὅκως δὲ ὀπτῷτο ὁ ἄρτος τοῦ παιδὸς τοῦ θητὸς τοῦ Περδίκκεω: in quibus primum miror tot superflua cur accumulet: satis erat dixisse ὁ ἄρτος τοῦ Περδίκκεω: hic fratrum natu maiorum respectu παῖς etiam dicitur infra: sed magis etiam miror cur ὀπτῴη posuerit *Gronov.* pro ὀπτῷτο, sincero instar ἀνιῷτο, χοιμῷτο, similiumque apud *Herodot.* Ὅκως δὲ ὀπτῷτο ὁ ἄρτος, *dum coqueretur* [immo, *quando* (vel *quoties*) *coquebatur*] *panis.* ἄρτους ὀπτωμένους dixit *Alexis Athenaei* III. p. 114. D. In *M. Antonin.* III. 2. ἄρτου ὀπτωμένου, Latine dicendum *panis cum coquitur* docuit erudite *Thom. Gataker.* Est autem ὀπτᾶν eximie *torrere; coquere*, vulgo πέπτειν, Aeolico more dicitur et Ionibus πέσσειν: hoc saepius attigerunt ut Aeolicum Grammatici: ἡμιάρτια πέσσει *Sophronis* est apud *Athen.* III. p. 110. C. πέπτειν ἄρτους frequentius occurrit. VALCK.

13. διπλήσιος ἐγίνετο) *Panis in furno duplo maior factus Perdiccae regnum Macedoniae attulit: I. F. Gronovius* ad *Livii* XXI. c. 62. In proximis [*lin.* 15.] vulgata, ὡς δὲ ἤκουσε, ἐπῆλθέ οἱ αὐτίκα, non est sane deterior lectio *Arch.* et marg. *Steph.* τὸν δὲ ἀκούσαντα ἐσῆλθε αὐτίκα, vid. not. in p. 531, 64. [ad VII. 46, 8.] Hic adeo quid praeferendum sit, Codices decernent: sed servandum quod vulgatur [*lin.* 16.] ὡς εἶπε τίρας καὶ Φέροι ἐς μέγα τι. Quam paulo post [*lin.* 26.] memorat ex *Med. Gronov.* vocula ὦδε, si legeretur his praefixa, ὦδε περιγεάφει τῇ μαχαίρῃ, significaret *tum*; sed iungi, me iudice, nequit istis, Δεκόμβα, ὦ βασιλεῦ, τὰ δίδοῖς. VALCK. — Vide *Var. Lect. S.*

15. τὸν δὲ ἀκούσαντα ἐσῆλθε) Quo moti vim his librarii fecerint, non assequor. Corruptelam sustuli, [illegible] excellentium codicum, eoque cupidius, ut suo [illegible] venustas rediret. De loquendi genere, abunde [illegible] stabilito, taceo. WESS.

29. καὶ δι' μετ' ἐκείνου) Summae in his Mastorum consensioni non derogo. WESS.

CAP. CXXXVIII. 2. ἀπήϊσαν Ioniae mos, quo ἤϊε, ἀπήϊς, ἐπήϊσαν, et similia, tuebitur. WESS.

3. καὶ ὡς σὺν νόῳ κείνων ὁ νεώτατος λάβοι τὰ διδόμενα) Isti, ὡς σὺν νόῳ ἐκείνων, vir doctus ad marginem *Aldinae* [cuius exemplo usus est *Wess.*] τοῦτ' ἔστι κατὰ τὴν γνώμην ἐκείνων explicandi causa alleverat; nec praeter rem. Commodum foret, ab *H. Stephano* desideratum, *Arriani* Exp. Alex. III. 18. οὐδ' ἐμοὶ δοκεῖ σὺν νῷ δρᾶσαι τοῦτό γε Ἀλέξανδρον, modo eadem utrobique sententia dicti, neque loco lis moveretur. Vide Cel. *Iac. Gronov.* ibi, et superius c. 86. WESS. — Scribi malim ὡς ἐν νόῳ (vel ὡς νόῳ) ἐκείνων ὁ νεώτατος λάβοι τὰ δεδομένα: id esset, ni fallor, ὡς αὐτῶν ὁ νεώτατος ἐνθύμιον ποιεῖτο τὸ ῥηθέν, sive τὸν δεδομένον ἦλιον, *eorum natu minimum quae Rex dederat in animum demisisse*, velut vocem divinitus missam, quae laetum omen portenderet. Rem *animo diligenter considerare*, *Herodoto* dicitur ἐν φρενὶ et ἐν νόῳ λαβεῖν, aut omissa praepositione νόῳ λαβεῖν: IX. 10. III. 41. et 51. Nostro loco νόῳ λαβεῖν significat quod saepius dicitur ἐνθύμιον ποιεῖσθαι, nonnunquam ἐνθυμεῖσθαι, et θεῖον ἡγεῖσθαι: hoc dabit *Xenoph.* p. 287, 38. Εἰσῆλθέ μοί τι θεῖον, *Eurip.* Cycl. vs. 410. quod ille dixit ἐντεθύμημαι δ' ἔγωγε καὶ τοῦτο, in Κυρ. Παιδ. III. p. 177, 14. Conf. *Soph.* Oed. Tyr. vs. 748. et *Thucyd.* p. 478, 4. VALCK. — Mireris vero Duumviros longe doctissimos in loco plano atque facili adhaerentes, nodumque in scirpo quaerentes. Verba ista quum *Valla* (iuncta intelligens σὺν νόῳ ἐκείνων) sic esset interpretatus, *et quod data cum illorum assensu accipiebat minimus natu*; dein *H. Stephanus* in ora suae Editionis ista sic refingenda monuerat: „*et, quod ille, quum omnium natu minimus esset, „quae sibi data erant accepisset, id certo consilio factum „esse.*" *Nam* (haec ibidem adiecerat *Stephanus*) σὺν νόῳ, (*rarissimum alioqui loquendi genus*) *hoc videtur significare: quasi dicas Gallice „Et qu'il ne faisoit cela sans y avoir bien „pensé.*" Perspecte ille quidem; nisi quod *rarissimum loquendi genus*, ait, σὺν νόῳ: quod tamen non solum apud *Arrianum* loco a *Wess.* citato occurrit, sed et apud eumdem Nostrum, cap. 86, 5. huius libri, quem locum *Schulzius* etiam adnotavit; ubi de Persis, οὐδὲ σὺν νόῳ ποιούντων οὐδέν, cui opponitur σὺν κόσμῳ. Puto vero et alibi iri repertum, et in *Platonis* Crit. c. 9. legere memini οὐδενὶ ξὺν νόῳ, te-

mere, imprudenter, nullà recta ratione; cui apud eumdem alibi ἄνευ νοῦ opponitur. Omninoque consentaneum est, ut σὺν νόῳ idem valere intelligamus, ac νουνεχῶς, *prudenter;* quae notio perapta huic loco erat. Quo minus caussae fuit, cur ὡς ἐν νόῳ vel ὡς νόῳ scriptum *Valckenarius* maluerit: multoque minus *Wesselingius*, adsentiens *Vallae*, iungere σὺν νόῳ κἀνων, eiusdemque *Laurentii* Latina debuerat repetere; nam, ut *Gronovius*, sic etiam *Wesseling.* in *Vallae* versione h. l. nihil mutavit, nisi quod uterque *acceperit*, pro illius *accipiebat* scripsit, et vocem *data*, quae Graecum δεδομένα vel δεδόμενα reddebat, temere praetermisit. Caeterum de scriptura δεδόμενα, quam ex librorum praescripto praetulimus alteri, et de κἀνων, loco olim vulgati ἐκείνων, vide *Var. Lect. S.*

6 *seq.* τῷ θύσαντι οἱ τοιτέων - - - ἀπέγονοι Σωτῆρι) Certum vocabulorum delectum habere saepe difficile: τῷ θύσαντι - - σωτήρια videtur adpositum. Alexander M. ubi a vulnere convaluerat, θύσας θεοῖς σωτήρια, μεγάλας ἑστιάσεις τῶν φίλων ἐποιεῖτο, *Diodor.* XVII. 100. Crebro alii, beneficiorum et salutis inpetratae memores; convocati a *Des. Heraldo* Advers. I. 5. Peius-ne vero τῷ θύσαντι - - Σωτῆρι, *tanquam deo Sospitatori?* Negabunt, quibus notus vocabuli est usus, ab ill. *Spanhemio* Diss. VII. de Praest. Num. p. 416. clara in luce positus; eoque magis quod ΣΩΤΗΡΟΣ titulus latissime porrigitur, et fluvii deorum olim in numero, sua sibi templa, aras atque imagines habentes, *Pausan.* VIII. 24. p. 647. Offert praeterea τῷ θύσαντι - - Σωτῆρι, de Temenidarum posteris, amplius quid et signatius. Huc itaque inclino. WESS. — Accedit codicum tantum non omnium auctoritas. *S.*

11. Μίδεω, τοῦ Γορδίεω) *Midae* huius, inter superstitionis auctores cum Orpheo et Eumolpo principis, fata, mores artesque in *G. Io. Vossii* lib. I. de Idolol. c. 24. et *Bouherii* Diss. Herodot. c. 8. Fixerat sedes, ante Brigum coloniam in Asiam deductam, ad Thraciae Macedoniaeque *montem Bermium*, *Conone* Narrat. I. consentiente. Propter eum montem horti, notabiles *sexagenum foliorum rosis*, quae *Tertulliano* de Coron. c. 14. *centenariae rosae de horto Midae lectae*, sed confundenti, si tamen primum vocem *Beat. Rhenanus* et *Rigaltius* recte formarint, *centifolias*, *ἑόδα ἑκα-*

τοῦ Παγγαίου Pangaei Thraciae montis in *Theophrasti* Hist. Plant. VI. 6. Illis autem in hortis ἥλω, [*lin.* 14.] *captus*, non *exceptus*, uti *Valla*, Silenus, et coactus ad ea fuit explicanda, quae *Theopompi* fide, ista in fabula, indicibus *Dionysio* Halic. T. II. p. 132. et *Theone* Progymn. c. 2., cui suum reddidit *Valckenarius* supra lib. IV. 168., mire luxuriantis, *Virgilius*, *Ovidius*, *Aelianus*, nobis prodidere. WESS.

12. ῥόδα, ἓν ἕκαστον ἔχον ἑξήκοντα φύλλα) *Sexagenum foliorum rosas* in campis Emathiis nasci canit *Nicander* in Georgicis apud *Athen.* XV. p. 683. B. (ῥόδα vocans ἀ) κλήρους ἀνατρέφειν Ἠμαθίοισιν, Αἷς ἐν ἑξήκοντα πέριξ κομάουσι πέταλας: vicinis abstineo, quibus non sum corrigendis. Adde notata in Diss. *Herod.* Clar. *Wess.* p. 130. De *Sileno in his Midae hortis capto* vid. *Davis.* in *Max. Tyr.* XI. 1. et Ampl. *Bouhier Diss. sur l'Histoire d'Herod.* c. 8., de hoc *Mida* aliisque agens cognominibus. Hortis istis Midae mons imminebat, οὔρεος, Βέρμιον οὔνομα, ἄβατον ὑπὸ χειμῶνος: [*lin.* 16.] ubi ὑπὸ χιόνος legendum suspicabatur Doctiss. *Koenius.* VALCK.

CAP. CXXXIX. 2. Ἀμύντεω παῖς ἦν Ἀλέξανδρος) Recte *Harpocr.* Ἀλέξανδρος - - ὁ ἐπικαλούμενος Φιλέλλην, υἱὸς μὲν Ἀμύντου, πατρὸς δὲ Περδίκκου, ἐτετραρχήκει ὑπὸ Μαρδονίῳ. In *Herod.* πατρὸς, quod est in marg. *Steph.* pro παῖς, sine ulla controversia reiiciendum; dubium forsan esse poterit, sit-ne natum ex errore librarii ad vicina aberrantis; an ex eruditi nota, qui in ora libri ad παῖς posuerit καὶ πατρὸς, memor Alexandro filium quoque dari, praeter Perdiccam successorem, Amyntam, qui privata sorte contentus filium reliquerit Aridaeum: vid. quae tanquam ex *Eusebii* Chron. vulgavit *Scaliger.* p. 57, 26. [Cognato codici *Ask.* qui πατρὸς hic habet, non adsentitur noster *F.* in παῖς cum aliis consentiens.] Sed Amyntas Alexandri fuit nepos ex filio Philippo: docente Clar. *Wess.* ad *Diod.* XII. c. 50. n. 9. quem Philippum velut fratrem Perdiccae, τοῦ Ἀλεξάνδρου, aliquoties *Thucyd.* commemorat I. 57. 59. II. c. 95. etc. conf. *Scholia* quae *Duker.* edidit ex Cod. *Cass.* p. 637. quaeque praefationi subiecit ex ed. *Bas.* p. 161, 76. Unus autem inter veteres *Thucydides* in hac Macedoniae Regum serie *Herodoto* consentit; nam Perdiccae filio Ar-

chelao octo Reges priores statuit lib. II. c. 100. Perdiccae [secundi] patri *Alexandro primus Perdiccas*, et primus itidem Regum Macedoniae ex Heraclidis genitorum, iuxta *Herodoti* seriem hoc c. 139. et cap. 137., fuit ἕβδομος γενεῇ. Hunc in re controversa consensum historiae principum agnoverunt *Marsham.* Can. Chron. p. 447., quique pro doctrinae copia hanc materiem pertractavit illustr. *Ez. Spanhem.* de Usu et Praest. Num. T. I. p. 371. et seqq. Ex *Iustino* Macedoniae Reges enumeranti septimus etiam occurret hic *Herodoti* Alexander; sed primus tamen, qui toti Macedoniae imperaverit, ut aliis, illi statuitur Caranus; omittitur illic in *Herodoti* serie quintus, Alcetas, et aliis memoratus et *Satyro* apud *Theophil. Antioch.* II. p. 98. apud quem non fit mentio *Argaei*, cui nomen legitimum hic ex *Herodoti* Codd. restituit Clar. *Wess. Caranum* prorsus ignorat *Herodot.* ceterosque qui huic subiungi solent; Caranum tamen etiam apud Nostrum quaesivit ill. *Spanhem.* p. 374. coniecturam proponens, quae nemini facile probabitur. VALCK.

4. Ἀργαῖος) Damnatur in Temenidarum successione Ἀραῖος. *Argaeus*, Ἀργαῖος, *Iustino* VII. 2. atque *Eusebio* in Chron. est. Alius eadem ex gente Ἀργαῖος *Diodori* XVI. 2. Si *Goltzii* tamen numus ΑΡΓΕΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ingenuus, qualis magno visus *Scaligero* ad *Euseb.* An. MDCXXIV. p. 122., Ἀργεῖος, *Argeus*, scribendus et adpellandus erit. WESS.

CAP. CXL. [1. Ὡς δὲ ἀπίκοντο ἐς τὰς Ἀθήνας) Igitur tunc quidem in urbem se rursus contulerant Athenienses: sed paulo post, quum versus urbem duceret Mardonius, denuo eam deseruere. conf. lib. IX. cap. 5. et 6. *S.*]

6. τὴν γῆν σφι ἀπόδος) Regem scribit in Aristide *Plutarch.* p. 324. c. τὴν τε πόλιν αὐτοῖς ἀναστήσειν ἐπαγγελλόμενον, καὶ χρήματα πολλὰ δώσειν, καὶ τῶν Ἑλλήνων κύριους καταστήσειν. Quae Noster, eadem pollicitum narrat *Diodor.* XI. c. 28. Atheniensium constantiam merito laudant Oratores et sophistae, repellentium Ἐχθρῶν δῶρα δῶρα: prae ceteris *Demosth.* Phil. II. p. 45. VALCK.

11. ἢν μὴ τὸ ὑμέτερον) Hic lector attentus exspectabat κωλύσῃ, *impedimento fuerit*; vel simile quid: neque enim bene cohaerent, *mihi necessitas incumbit istis vos beneficiis ornare, ἢν μὴ τὸ ὑμέτερον αἴτιον γένηται*: urna Aineola adiecta

scribamus ἀντίον γένηται, id est ἀντιωθῇ. Herodotea sunt ἀντίος et ἀντιοῦσθαι. Eleganter τὸ ὑμέτερον, *vestrum*, dixit, pro ὑμῖς. Sic τὸ ἐμὸν, τὸ σὸν, [scil. μέρος,] et similia frequentantur *Platoni* praesertim; cuius sunt ista, τό γ' ἐμὸν ἕτοιμον, ἐὰν οὕτος ἐθέλῃ, T. I. p. 128. B. τό γ' ἐμὸν οὐδὲν κωλύει ἐκφεύγεσθαι ὑπὸ σοῦ ὅσαι ἡμέραι, *me quidem quod attinet nihil impedit quominus* etc. p. 176. B. τὰ μὲν ὑμέτερα ἀκούειν, ὡς ἔοικεν, ἕτοιμ' ἂν εἴη T. II. p. 633. A. etc. Plura dabit *H. Steph.* App. de Dial. Att. p. 115 seq. VALCK. — Monere in *Var. Lect.* debueram, ἀντίον ex *Valck.* emendatione merito a *Schaef.* receptum esse, pro αἴτιον quod erat in Edd. et Msstis. *S.*

16. τὴν νῦν παρ' ἐμὲ ἰοῦσαν δύναμιν) Hoc, fide Codicum egregie munitum, cur ierint mutatum, caussam non adsequor, nisi rariore fuerit in structura. Solet plerumque παρά casui tertio adiungi ἐπὶ ἐμοὶ γλίχου, h. e. quoties de re animata sermo. [Itaque παρ' ἐμοὶ ἰοῦσαν h. l. cod. *Pa.* ex scholio.] *Homerus*, *Thucydides*, *Plato*, *Lucianus*, quartum, et Poëtae exemplo Noster, adstruxerunt. Vide *Thom. M.* in Παρά. Mox εἴπερ εὖ φρονέετε repudiare non debui. Supra c. 60, 2. εἴπερ εὖ φρονέεις, alibique. WESS.

Ibid. τὴν νῦν παρεοῦσαν μοι) Duo tresve Codices dudum innotuerant, in quibus haec Herodoteo more distracta leguntur, τὴν νῦν παρ' ἐμὲ ἰοῦσαν δύναμιν. Paulo quoque rarius illud παρ' ἐμί: supra VI. c. 86. ex Codd. recte receptum θίεσθαι παρά σε, quae lectio altera παρὰ σοὶ non debuerat dici deterior. Lexicon *Coislin.* p. 485., Παρ' ἡμᾶς εἰσί, ἀντὶ τοῦ παρ' ἡμῖν· Ἄλεξις Φιλαθηναίῳ. *Soph.* Elect. vs. 184. ὁ παρὰ τὸν Ἀχίρωνα θεὸς ἀκάσων: ubi vere *Schol.* καὶ ἐν τῷ πεζῷ λόγῳ ἐν χρήσει αὕτη ἡ σύνταξις τῆς παρὰ προθέσεως. *Isaeus* p. 70, 25. καθήμενοι παρ' αὐτόν. *Thucyd.* III. c. 3. τριήρεις - - βοηθοὶ παρὰ σφᾶς παρεῦσαι: ubi vid. Clar. *Abresch.* Quo apud *Thucyd.* significatu, *Herodoto* paulo post [*lin.* 21.] usurpatur καταλύσασθαι: ubi mihi quoque placet ἀλλὰ καταλύσεσθε, ut ἀλλὰ πείθεσθε: in quibus suam habet ἀλλὰ vim obsecrandi, qua saepius usurpatur in talibus δὴ et ἄξιον. VALCK. — Pro καταλλάσσεσθε, quod olim vulgatum erat, *Gronovius* καταλύεσθε tamquam e cod. *Med.* edidit; sed in Notis monuit, καταλύσασθε in codice scribi. Et in hoc haud dubie nobis cum *Wess.* fuit adquiescendum. *S.*

19. παρισεύμενοι βασιλεῖ) *Herodoti* haec manus. Supra lib. IV. 166. παρισεύμενος Δαρείῳ διεφθάρη. Mox [*lin.* 21.] pessime *Medic.* ἀλλὰ καταλύσεσθε. Melius *Hutchinsonius* ad *Xenophont.* Ἀναβ. Κύρ. lib. I. p. 6. WESS. — Vide proxime ante notata. *S.*

30. ἐνόμιζον ταῦτο ἐν ὑμῖν) Potuisset τοῦτο ἐνὸν ἐν ὑμῖν, uti c. 60, 2. καὶ τόδε ἐν αὐτοῖσι ἔνεστι. Noluisse membranae docent. Χαὶρ ὑπερμάχως regis [*lin.* 32.] ab *Ovidio* expressa est, *An nescis longas regibus esse manus?* Heroid. XVII. 166. ubi *Ciofanus.* WESS.

35. ἐν τρίβῳ τι μάλιστα εἰκημένων) Tales, quod *Porto* observatum, *Dionysio Halic.* Ant. lib. VI. p. 368. et XI. p. 730. ἐν τρίβῳ τοῦ πολέμου κείμενοι. Qualium quidem *in belli via*, mediorumque inter inimicas gentes, regio ancipiti plerumque periculo premitur, uti tunc Attica. Sequens ἐξαίρετον μεταίχμιόν τε Codices egregii scriptum desiderant, fortasse haud improbe. Certe si ἐξαίρετόν τε μεταίχμιον praebuissent, quis sperneret? Quid autem proprie μεταίχμιον, indicavit lib. VII. 77. et *Euripid.* Phoeniss. vs. 1370. et Heraclid. vs. 802. WESS. — Ferri certe Codicum ἐξαίρετα μεταίχμιόν τε nullo pacto potest: et lubens equidem cum *Arch.* et *Brit.* τι perinde atque τε omitterem. Sed, undecumque posteriorem hanc voculam *Aldinus* editor acceperit, commodissima profecto ista scriptura est ἐξαίρετόν τε μεταίχμιον, in quam vellem Codex saltem *Med.* consentiret; quod ex *Gronovii* silentio colligi posset, nisi frequentibus documentis intellexissemus, in postremis praesertim Musia multas ab illo lectiones, quas idem codex haud dubie offerebat, neglectas fuisse, quum ad finem properaret. *S.*

CAP. CXLII. 10. περὶ τῆς ὑμετέρης ἀρχῆς ὁ ἀγὼν ἐγένετο) Haec Spartani, qui Graeciae ἡγεμονίην et principatum sibi vindicabant, ad Athenienses? Arbitror reliquisse Scriptorem, περὶ τῆς ὑμετέρης ἀρχῆθεν ὁ ἀγὼν ἐγένετο, *de vestra regione primum decertatum fuit*; tum sequetur opportune νῦν δὲ φέρει κ. τ. λ. Simile Themistoclis c. 22. ὅτι ἀρχῆθεν ὁ ἔχθρη πρὸς τὸν βάρβαρον ἀπ' ὑμέων ἡμῖν γέγονε: et cap. 2. περὶ τῆς ἐκείνου ἤδη τὸν ἀγῶνα ἐποιεῦντο. Sed esto coniectura. [Vide *Var. Lect.* Vocabulo ἀρχὴν, ea notione quae huius erat loci, frequenter utitur Noster.] In vicinis ἄλλως τε,

τουτέων ἁπάντων, [*lin.* 12.] labat sententia, ad quam instaurandam variantur suspicionum tumultus. *D'Orvillius*, ut schedae eius testantur, ἐκτός τι τουτέων ἁπάντων, *praeter ea omnia Athenienses* etc. *Reiskius* consimiliter, ἄλλως τι, ἄνευ τουτέων ἁπάντων. Ambo ad dictionis principium, cui molestiam non crearem, adhaeserunt. *H. Stephanus* [in ora suae Editionis secundae] eiusdem dictionis medio manum inplicuit, ἠγεῖσθαι δουλοσύνης, *primos ex Graecis iugum servitutis subire*, reparans; quod vereor, ut Graece doctis doctissimus ipse probaverit; ἡγεῖται ἡδονῶν, *illis imperans*, non earum auctor: pariliter ἠγεῖται δουλοσύνης, illi imperium inhibens. Vide IX. 1. Idem animadvertit *Io. Corn. de Pauw*; cuius de opinione τουτέων ἁπάντων αἰτίους, αἰτίους γενέσθαι δούλους, aut additâ copulâ γενέσθαι καὶ δουλοσύνης, oratio melius procedet. Et procederet profecto, si priori ex Msatis auxilium naseeretur. Simillimam certe iteratae vocis omissionem lib. IX. 54. dabit. Sed desino, ne aestus augeamus. WESS.

12. τουτέων ἁπάντων) In his vocula videtur deesse. *Koenius* legebat τουτέων ἁπάντων ἐκτὸς, αἰτίους γενέσθαι. *Reiskio* καὶ post γενέσθαι videbatur inserendum: dare quoque potuissent, duabus tantum literis repetitis, ἄλλως τι τουτέων ἁπάντων, αἰτίους τι γενέσθαι δουλοσύνης τοῖσι Ἕλλησι Ἀθηναίους ἐόντας οὐδαμῶς ἀναισχυντέον. VALCK. — Vide in *Var. Lect.* notata. *S.*

14 *seq.* Quod mox Lacedaemonium Noster facit dicentem, erat Atheniensibus, quibus semper favet, πρέσσον, ut arbitror, ἀκούσασι· οἵτινες καὶ καὶ τὸ πάλαι φαίνεσθε (vel ἐφαίνεσθε supra VIII. c. 75., νῦν τε καὶ τὸ πάλαι εἶκτον·) πολλοῖσι ἐλευθερώσαντες ἀνθρώπων. Eam in rem exempla quoque vetera, *Herodoto* nota, atque illo recentiora collegerunt in Panathenaicis suis *Isocrates* et *Aristides*; quorum ille mores suorum popularium moribus opponens Lacedaemoniorum a p. 240., tandem concludit p. 283. B. *Athenienses veteres fuisse* εἰρηνικούς, καὶ φιλέλληνας, καὶ τῆς ἰσότητος τῆς ἐν ταῖς πολιτείαις ἡγεμόνας· Σπαρτιάτας δὲ ὑπερφυεῖς, καὶ πολεμικούς, καὶ πλεονεκτικούς. Paulo post, [*lin.* 16.] καφῶν ἐστερήθητε ex *Med.* nescio cur melius censeri debeat quam ἐστέρησθε, cui respondet vicinum οἰκοφθόρησθε. VALCK.

15. παζυμένοισι) Formae est Ionicae. Παζύμενοι δὲ οἱ ἐπίκουροι lib. III. 146., παζυμένου ὑπὸ Θηβαίων VI. 108. Porro

οἰκοφθόρηθε, *domos dirutas*, ipsum in primis *rei familiaris interitum*, (οἰκοφθορίαν *Platonis* Phaedon. p. 82. c.) latiore ambitu conprehendit. Adi ad lib. V. 29. et Uraniae finem. WESS.

19. τὰ ἐς πόλεμον ἄχρηστα οἰκετῶν ἐχόμενα) *Vallae* emendata Latina obscuritate fuscantur. *Bello inutiles*, impuberes, puellae, senes servique describuntur; ἄχρηστα οἰκετίων ἐχόμενα Nostri more οἱ ἄχρηστοι οἰκέται, *domestici*. Explicat *Aristides* T. II. p. 217. ὑπισχνουμένων *Spartanorum*, παῖδας καὶ γυναῖκας αὐτοῖς, καὶ τοὺς ἔξω τῆς ἡλικίας ὀφείλειν, ἕως ἂν ὁ πόλεμος ᾖ. Vide lib. I. 120. adposita. WESS.

CAP. CXLIII. 1. πρὸς μὲν Ἀλέξανδρον ὑπεκρίνατο) Hoc Aristide iusto dignum auctore huiusque aetatis Atheniensibus responsum merito miratur *Aristides Soph.* in Panathen. p. 251. Ταύτην, inquit, ἐγὼ τὴν ἀπόκρισιν τῆς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίας καὶ τῶν τροπαίων οὐχ ἧττον ἀξίαν ἡγοῦμαι θαυμάσαι. Responsi dignitatem oratione nimis protracta nonnihil imminuit *Plutarch.* Aristid. p. 324. D. In his ἐλευθερίην σκεπτόμενοι, [*lin.* 5.] *libertatis considerantes commoda*, vel *praerogativas*, sincerum videtur. Quod praebent duo minimum Codices, ἐλευθερίης (sive τῆς ἐλευθερίης) γλιχόμενοι, non interpretamentum adeo, sed nota videtur marginalis a studioso lectore repetita ex lib. II. 102., ubi sic ille scriptum invenit in suo Cod. δικαίως γλιχομένοισι τῆς ἐλευθερίης, quod mihi nunc ob hanc lectionem Mastorum illic probandum videtur. VALCK.

5. ἐλευθερίην σκεπτόμενοι) Si morbus his absit, quid aliud, quam *libertatis considerationem*, ostendent? Interpretis Latina ex σκεπτόμενοι fluxerunt. Fallor autem, aut γλιχόμενοι ἐλευθερίης, *desiderio libertatis accensi*, praestant. Fundus est in bonae notae exemplaribus et *Herodoto* lib. II. 102. Mox *Aldus*, [*lin.* 7.] uti oportebat, πειρῶ: inconsulte πειρῷ deinceps per editiones vulgatum. Bene πεισόμεθα *persuadebimur* Laurentius; cui *tolerabimus* substitui non fuerat necesse. WESS.

8 *seq.* ἔστ' ἂν ὁ ἥλιος *etc.*) In concionem introductis, quos Mardonius miserat, Aristides ex plebiscito τὸν ἥλιον δείξας, ἄχρις ἂν οὗτος, ἔφη, ταύτην πορεύηται τὴν πορείαν, Ἀθηναίοις πολεμήσουσι Πέρσαις ὑπὲρ τῆς διαρρωμένης χώρας καὶ τῶν ἠσεβημένων καὶ κατακεκαυμένων ἱερῶν, apud *Plutarch.* I. p. 324. E. quorum

priora vim habent maiorem Herodoteis; sed rectius Noster dixisse scribit μήκοτε ὁμολογήσειν Ξέρξῃ, quam *semper* πολεμήσειν. Interpositâ mox [*lin.* 11.] literâ scribi poterit in his: *Diis adiutoribus* πίσυνοί μιν ἐπέξιμεν ἀμυνεόμενοι, καὶ τοῖσι ἥρωσι, τῶν ἱκεῖνος εὐδεμίην ὅπιν ἔχων ἐνέπρησε τούς τε οἴκους etc. Hinc οἴκους et ex proximis Deorum οἰκήματα *D. Herald.* attigit Advers. II. c. 9. VALCK. — Teneri debuit ἀμυνόμενοι, constans librorum scriptura: praesens notione futuri. *S.*

9. τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἴῃ τῇπερ etc.) Animosae responsionis auctor Aristides, τὸν ἥλιον δείξας, Ἄχρις ἂν οὗτος, ἔφη, ταύτην τροχεύηται τὴν τροχιάν, Ἀθηναῖοι πολεμήσουσι Πέρσαις, sic *Plutarchus* p. 324. E. Similes in foederum sanctionibus formulae frequentantur; cuiusmodi Romanos inter et Latinos, μέχρις ἂν οὐρανός τε καὶ γῆ τὴν αὐτὴν στάσιν ἔχωσι, in *Dionysii Halic.* lib. VI. p. 415. Negligo plures. WESS.

15. ἀθέμιστα ἔρδειν) *Th. Galei* ἀθέμιστα membranae *Arch.* non agnoscunt. Supra lib. VII. 33. ἀθέμιστα ἔρδουσι, ubi plura. Alexandrum διὰ τὸ σχῆμα τῆς προξενίας sine noxa dimissum Sophista *Aristides* T. II. p. 217. fatetur; *Lycurgus* vero in Leocrat. p. 156., parum afuisse, quin lapidibus cooperiretur, μικροῦ δεῖν κατέλευσαν, nimis oratorie. WESS.

CAP. CXLIV. 5. ἀτὰρ αἰσχρῶς γε οἴκατε etc.) Haesitationem *H. Stephani*, αἰσχρῶς et ἐξεπιστάμενοι nectere cupientis, emendatior versio removebit. Dicta legatis sunt, quos timere, cognito Atheniensium animo, dedecebat. Poterant more humani ingenii absentes Lacedaemonii vereri, legatione vero fungentibus et praesentibus indecorum illud. Hinc et εἰ μὴ πρότερον ἐτυγχάνετε ἐπιστάμενοι, observante docto viro, eosdem tangit. WESS.

6. οὔτε χρυσός ἐστι) Pauca satis superbe Lacedaemoniis, tanquam memores iniuriae, sed ista Persis respondisse feruntur apud *Diodorum* XI. 28., ὡς οὔτε χώρα τοῖς Πέρσαις ἐστὶ τοιαύτη, οὔτε χρυσὸς τοσοῦτος, ὃν Ἀθηναῖοι δεξάμενοι τοὺς Ἕλληνας ἐγωστυλίψουσι. Iratos Lacedaemoniis, tanquam qui Atheniensibus indigna metuerent, faciunt *Plutarch.* in Arist. p. 324. D. et *Aristid.* T. III. p. 357. Eleganter *Herod.* αἰσχρῶς γε οἴκατε, ἐξεπιστάμενοι τὸ Ἀθηναίων φρόνημα, ἀΐδιόν τινα τῶν Atheniensium animi magnitudinem habentis exploratam, turpiter sane vereri videmini. VALCK.

22. τὴν ἐς ἡμέας ἔχουσαν) Nolui, quod suum Scriptor agnoscit, adspernari: agnoscere autem, adnotata lib. V. 81. conmonstrabunt. Proximi καὶ ὑμῖν μὲν ἡ χάρις ἐκπεπλήρωται [*lin.* 24.] venustas deminuetur, si ἡμῖν ex ora *Arch.* valeat: cessaret enim solita Atheniensium et Spartanorum contra sese positio. Aiunt, *quantum ad Lacedaemonios attinet, plenissime illos benivolentiae officio defunctos.* WESS.

22. τὴν πρὸς ἡμέας ἐοῦσαν) Reiectis interpretamentis restituetur ex Codicibus Herodotea phrasis, τὴν ἐς ἡμέας ἔχουσαν: vid. notata p. 412, 72. [ad V. 81.] Illud paulo inferius [*lin.* 26 *seq.*] scriptum, ὡς οὕτω ἰχόντων, *Sophoeli* fuit inprimis frequentatum. Sophoclea colligentes viri docti abstinuerunt Ai. vs. 915., Ὡς ὧδε τοῦτ' ἔχοντος, αἰάζων πάρα: turpis inde menda tolletur una litera mutata: Ὡς ὧδε τοῦδ' ἔχοντος: nihil interest, utrum ὡς ὧδ' ἰχόντων τοῦδ', an dicatur ὡς ὧδ' ἰχόντων: sed τοῦτο ferri nequit in talibus. Satis exemplorum dederunt *H. Steph.* in App. de Dial. Att. p. 166. *B. Stolberg.* in Ai. *Soph.* p. 151, 205. et Clar. *F. L. Abresch.* Anim. in *Aesch.* lib. I. c. 25. VALCK.

32. προσξωθῆσαι) Hoc, aut προβωθῆναι, Ionum sermo, de quo VIII. 1., desiderat. Athenienses lib. IX. 6. ἀντιστῆσθαι ἐς τὴν Βοιωτίην explicant ipsi, ratumque habent ex Mastis derivatum, et veterum conprobatum usu. Vide *Diodori* T. I. p. 242., deque *Pass.* et *Med.* clausula Melpomenes finem. WESS. — Pro ἡμέας *Wesselingius*, ὑμέας se malle, in *Var. Lect.* professus est; quod et sibi placere *Valckenarius* in Adnot. ad IX. 7, 26. significavit, qui et προβοηθ. alteri praetulit scripturae. Haud dubie vero praestare videtur constans librorum omnium scriptura ἡμέας, nos, nempe *Athenienses cum Lacedaemoniis.* Conf. IX. 6, 2-4. et cap. 7, 30 seqq. *S.*

ADNOTATIONES

AD

HERODOTI LIBRUM NONUM.

CAP. I. 7. Θώρηξ ὁ Λαρισσαῖος.) Gentis Aleuadarum fuit quae Larissae dominatum exercuit. *Larissaeus Aleuas* propterea *Ovidio* in Ibin vs. 325. Bene *Aristoteles* Polit. V. 6. ὥσπερ συνέβη ἐν Λαρίσῃ ἐπὶ τῆς τῶν Ἀλευαδῶν ἀρχῆς καὶ τῶν περὶ Σκόπαν. Sic enim reliquisse videtur. Non nescio Conrigianum, *quid vetat eosdem* Aleuadas *et alibi eminuisse?* Vetant profecto vetusti Scriptores, de Aleuadarum in Samios imperio tacentes: vetat Philosophus, tyrannidem Polycratis, Maeandrii, Sylosontis signans. Ceterum *Thorax* una cum fratribus Eurypylo et Thrasydaeo Xerxi et Mardonio vehementer studuit, c. 57. huius libri. Illud autem παρεῖχε Μαρδόνιον [*lin.* 8.] pro Herodoteo more rectius παρῆκε. Ita lib. III. 77. ἀπείλιον, ὅτι σφέας παρῆκαν: *quod illis transitum concessissent;* et IV. 146. etc. WESS.

CAP. II. 2. οἱ Θηβαῖοι κατελάμβανον) Mallem in Latinis *cohibuerunt*, pergendique in Atticam *impetum represserunt;* uti III. 36. ἀλλ' ἴσχε καὶ κατάλαμβανε σεωυτόν: et ibid. c. 52. Περίανδρος μὲν τούτοισι αὐτὸν κατελάμβανε. Porro, οὐκ ἐῶν λίην ἑκαστέρω [*lin.* 5] idem saepius esse, ac *dissuadebant ulterius progredi*, recte *Abreschius* admonuit, et ad lib. II. c. 30. *Valckenarius.* In proximis [*lin.* 7 *seq.*] κατὰ μὲν γὰρ τὸ ἰσχυρὸν Ἕλληνας ὁμοφρονέοντας - - - χαλεπὰ εἶναι περιγίνεσθαι, ordo verborum insolentior. Succurrebat *Reiskii* sollertia Ἑλλήνων ὁμοφρονεόντων - - - περιγίνεσθαι, cui scripta exemplaria puguant valide. Potius erit, Ἕλληνας ὁμοφρονέοντας, (siquidem vis abesse debet) accusativos arbitrari consequentiae, quales *Gronov.* tuetur lib. II. 66.; videlicet, quantum ad Graecos attinet, concordes si maneant, qua illi et ante sententia fuerant, subigi vix posse. Par

opinio *Abreschii*. WESS. — Libro II. c. 66. aliisque locis ibi a *Gronov.* citatis nominativi sunt absoluti. Hoc loco est accusativus absolute positus, qualis infra cap. 42, 18. quem ad locum *Schulzius* provocavit, tum III. 99, 6. V. 103, 11. et II. 141, 20. ubi vide notata. Similes cum ex Nostro, tum ex aliis auctoribus, locos collegit eidem *Schulzio* laudatus *Fischer*, Animadv. ad *Welleri* Gramm. Specim. III. Part. 1. pag. 387 seq. qui quidem quod in eumdem censum *Herod.* V. 86, 12. retulerit, non video quid spectarit. *S.*

5. οὐδὲ ἔ ων ἴίνα ι) Si vel Codices praeberent ὤν, quod hic ponendum censebat *Reiskius*, ego tamen vulgatum, οὐδὲ ἐων, omnino retinuerim. In proximis ἀλλ' αὐτεῦ etc. more satis usitato ἐκέλευον, vel simile quid, relinquitur lectori supplendum: plene *Sosicrates* in *Schol.* ad *Aristoph.* Av. vs. 521., λέγεται αὐτὸν πρῶτον οὐδένα ἐᾶν ὄρκους ποιεῖσθαι κατὰ τῶν θεῶν, ἀλλ' ὀμνύναι κελεῦσαι χῆνα, καὶ κύνα etc. Sicut hoc in loco, supra *Herodot.* VII. cap. 104., οὐκ ἐῶν φεύγειν, - - - ἀλλὰ μένοντας ἐν τῇ τάξι ἐπιχειρεῖν, ἢ ἀπόλλυσθαι: ubi huius generis alia quaedam leguntur adscripta. Paulo post [*lin.* 9.] non displicet lectio marg. *Steph.* εἰ δὲ ποιήσεις τὰ ἡμῖς παραινέομεν. VALCK.

CAP. III. 1. ὁ δὲ οὐκ ἐπείθετο) A Mardonio missus itaque non est famosissimus apud Oratores Atticos, *Demosthenem*, *Aeschinem*, *Dinarchum*, Arthmius Zelites ad pecuniam Peloponnesiis, quo a popularium societate avellerentur, dividundam. Vide *Demosth.* Philipp. III. p. 70. Quae sequentibus vocula [τις] in Codicibus, *Vallae* lecta, adest, haud ea inconcinna. *Oppianus* Cyneget. III. 314. καὶ βαλίων δὲ πόνος τις ἐνέστακται φρεσὶ θηρῶν. Omittitur a *Sophocle* Trachin. vs. 480. WESS.

CAP. IV. 5. προέχων μὲν τῶν Ἀθηναίων οὐ φίλας γνώμας) Horum sententiam *Valla* liberius expressit. Προέχων, usu rariore, non aliud, ac πρότερον ἔχων, *cum iam antea haberet*, nossetque adeo, *Atheniensium consulta. haud sane amica.* Φιλίους λόγους ad eum modum VII. 163. et VIII. 106. Confer *Abreschii* Animadv. in *Aesch.* lib. II. c. 32. WESS.

CAP. V. 9. Λυκίδεα κατέλευσαν) Idem si fatum ante decem menses subierat Cyrsilus, mirum est huius exemplo non fuisse *Lycidam* deterritum. Ignotum *Herodoto*,

plures Cyrsilum commemorant; cum Themistoclis suasu statuerent Athenienses, *ut urbe relicta - - naves conscenderent, - - - Cyrsilum quemdam, suadentem ut in urbe manerent, Xerxenque reciperent, lapidibus obruerunt*: sic scribit *Cicero* de Off. III. c. XI. secutus *Demosthenem* de Cor. p. 174.; ex quo Cyrsilus innotuit *Harpocrationi*, *Hermogeni* pag. 448., aliis. Caute *Aristides* neque Cyrsilum nominat neque Lycidam, duo tamen diversos, ut puto, designans, qui simillimo mortis genere perierint: de illo, qui *Themistheni* dicitur Cyrsilus, in Panathen. T. I. pag. 243., ἐπειδή τις εἰσηγήσατο εἴκειν, ὡς χρὴ συγχωρεῖν, αὐτοὶ μὲν αὐτόν, αἱ δὲ γυναῖκες τὴν γυναῖκα ἐπελθοῦσαι διέφθειραν ἐκ χειρός: illic in *Schol.* Msto Cyrsilus vocatur. De Athenis agens *Aristides* secunda vice captis, missoque ad Athenienses in Salamina nuncio T. III. p. 356. ἐπειδή τις εἶπεν ἐν τῇ βουλῇ δέχεσθαι, συλλεγέντες πάντες, κατέλευσαν αὐτόν, αἱ δὲ γυναῖκες τὴν γυναῖκα αὐτοῦ. Hoc ibi *Scholion* praebet Cod. *MS.* ad Ἐπειδή τις εἶπε) Κυψῖλος κατὰ Δημοσθένην· ὁ γὰρ Ἡρόδοτος Λυκίδην αὐτὸν καλεῖ. *Demosthenes* quidem et *Herod.* de diversis loquuntur temporum articulis; non tanta tamen apud me auctoritas est *Aristidae*, ut *Demosthenem* in re tum notissima erroris ausim arguere, quod fecit *G. Canter.* Nov. Lect. VII. 4. VALCK.

15. ἦσαν αὐτοκελεῖς) Exscriptum ex *Ask.* ἦσαν ad ἦεσαν sive ἤεσαν lenum ducit, quomodo ex membranis semel iterumque lib. III. 77. Αὐτοκελεῖς. *Sophocli* Trachin. vs. 395. αὐτόκλητοι. Adprime autem αὐτομολεῖς Fragm. *Paris.* notabiles. Nostro αὐτόμολοι, *transfugae*, aliis subinde omnes, *qui sua sponte adveniunt; Oppianus* κλητοί τ', αὐτόμολοί τε, Halieut. III. 360. At schedis istis, contentus novae in Graecia vocis indicio, non obtempero. *Aristides* atrox hoc maxium et matronarum Atticarum facinus neglectui non habuit T. II. p. 217. WESS.

CAP. VI. 5. ἐν τῇ Βοιωτίᾳ) Vetus ἐς τὴν Βοιωτίην concedere-ne recepto ex *Florent.* debeat, in dubio haeret. Exstat acervus, ex Musis a *Porto* congestus, exemplorum in hanc partem. Verum valeat. [conf. Adnot. ad I. 21, 4.] Mox [*lin.* 8.] μιμψομένους, quae *Reiskii* suspicio, volentibus exemplaribus scriptis, suum in locum collocavi. WESS.

12. προεῖπαί τι) *Aldus* et *Camerarius* optime; post quorum curas operae, inscite προεῖπε corrigentes, aberrarunt turpiter. Geminum germanum earundem delictum in εἶπε ex legitimo εἶπαι lib. VIII. 68. Utique Aldinum exemplar, ut hinc et aliàs frequenter adparuit, ab insecutis contemtius habitum fuit. WESS. — Lectionem Mediceam in προεῖπαν mutandam suspicabatur *Koenius*: *praeterea denuntiarunt, ni venirent Atheniensibus auxilio, hos sibi ipsos tutamen quoddam paraturos*: sic redderem Herodotea, ὡς καὶ αὐτοί τινα ἀλεωρὴν εὑρήσονται, id est ἀποστροφὴν ἐρεμάσοντας, vel ἐπορίσοντας. Hoc significatu *sibi parandi*, vel *adipiscendi*, veteribus frequentatum εὑρίσθαι adhibuit aliquoties *Herod.* infra bis c. 26. et c. 28. Ἄδειαν εὑρίσθαι, vel εἰρήνην, vel ἀγαθόν τι, locutiones sunt usitatissimae: εὑρίσθαι παρὰ τῶν θεῶν τῶν παρόντων κακῶν ἀπαλλαγήν, dixit *Isocrat.* in Evag. p. 191. E. vid. *R. Dawes* in Misc. Crit. pag. 258. VALCK.

CAP. VII. 2. καὶ σφι ἦν Ὑακίνθια) *Hyacinthiorum* apud Spartanos festivum tempus operose, oblitus tamen *Euripidis* Helen. vs. 1485., *Io. Meursius* ultimo Feriatae Graec. libro exposuit. WESS.

2 *seq.* περὶ πλείστου δ' ἦγον) Laudabiliter supra Lacedaemonii V. 63. τὰ τοῦ θεοῦ πρεσβύτερα ἐποιεῦντο ἢ τὰ τῶν ἀνδρῶν: sed hac tempestate *Hyacinthia* domi *celebrantes* iure displicebant Atheniensibus. Sic VII. 206. Καίρια σφι ἦν ἐμπεσόν. Attigit *Plut.* T. II. p. 873. E. VALCK.

13. Δία τε Ἑλλάνιον) Iovis Πανελληνίου apud Aeginetas et Athenienses cultus in *Pausania* fin. libri primi: Ἑλλάνιον novit *Pindarus* et Syracusanorum numi, de quibus Cl. *Havercampus* ad *Parutae* Sicil. Numism. p. 345. In vicinis [*lin.* 15.] ἀλλὰ ἀκιπάμυτα gravius et elegantius legenti accidit, suadentque membranae. Hoc amplius, καὶ τὸ μὲν ἀπ' ἡμίων οὕτω [*lin.* 19.] a *Gronovio* ac *Pario* summo iure laudatur, idem quidem ac τὸ μὲν ἡμίτεφον, sed suavius atque ex interiore sermonis usu. Quod autem post ἀπιβάλλον aderat participium ἐὸν, saepe Scriptori in deliciis, abesse Codicum iussu potest; neque hic criminationem, in *Th. Galeum* [a *Gronov.*] intentatam, metuo, quippe temerariam valde. Ceterum νέμεται ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας [*lin.* 20.] *in Graecos inpenditur* sive *distribuitur*, bene *Portus*. WESS.

13. Δία τε Ἑλλήνιον) *Iovem Graecis communem reveriti.* Ἑλλάνιος Ζεὺς ubi memoratur *Aristophani* in Eq. vs. 1250., et *Pindaro* Nem. V. 19., adpellationis originem ab Aeaco recte repetunt *Scholiastae.* Aeaci precibus malorum levamen adepti, quibus tota Graecia premebatur, ἱρὸν ἐν Αἰγίνῃ κατεστήσαντο κοινὸν τῶν Ἑλλήνων, σύμπερ ἐκεῖνος ἐποιήσατο τὴν εὐχήν, *Isocrat.* p. 191. E., Iovis scilicit Ἑλλανίου, vel Πανελλανίου. Huic Aeacus sacra fecisse dicitur *Pausaniae* I. p. 108. et II. p. 179., τῷ Πανελληνίῳ Διὶ θύσας καὶ εὐξάμενος, τὴν Ἑλλάδα γῆν ἐποίησεν ὕεσθαι. A templo Iovis Πανελληνίου mons, in quo statutum erat, Πανελλήνιον ὄρος dicebatur, eodem teste pag. 181. Fortasse scripserat *Clemens Alex.* VI. p. 753, 14. Αἰακὸς, ἀνελθὼν ἐπ' ὄρος, - - - τὸν τοῦ Ἑλληνικοῦ κοινὸν ἐπικαλέσας θεὸν ηὔξατο. VALCK.

15. ἀλλὰ πάντα τε ἀπειπάμεθα) Latina *Vallae*, *nos tamen - - annuere nolle, sed recusare*, monstrant lectionem in marg. *Steph.* notatam. [ubi, omissis duabus vocibus πάντα τε] οὐ καταινίσαμεν, ἀλλ' ἀπειπάμεθα: *non adprobavimus, sed repudiavimus;* illa nimirum *omnia*, quae paulo ante sibi dixerant a Rege Persarum oblata. Placet et mihi *Med.* lectio ab *Arch.* firmata, [*lin.* 19.] καὶ τὸ μὲν ἀπ' ἡμέων οὕτω ἀκίνδηλον ἐὸν νέμεται ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας: editum ἡμέτερον videtur interpretamentum. VALCK.

24. τεῖχος - - - ἐν τέλεϊ ἐστι) Litem non moveo membranis, quarum ἐν τέλει ἐστὶ haud aliud ac πρὸς τέλει c. 8. et *Dionis Chryst.* Or. LXI. p. 583. D., *Platonis* ἐπὶ τέλει *Menexi* pr., aequatque adeo vulgatum. [De munitione illa vide VIII. 71.] Mox [*lin.* 26.] τῷ Πέρσῃ ἀντιώσεσθαι tritius, aut πρὸς τὸν Πέρσην, uti non male *Reiskius* voluit. Habet tamen illud, [τὸν Πέρσην ἀντιωσ.], quod aliàs significatum, suum in Musis locum. WESS. — Verbum ἀντιοῦσθαι nusquam quidem alibi in *Musis*, quod meminerim aut adnotaverim, cum quarto casu, sed constanter cum tertio construitur: sed, sicut illud h. l. communi consensu veteres libri omnes cum quarto iungunt, sic cognatum verbum ἀντιάζειν, non solum cum dativo casu, sed saepius etiam cum accusativo iunctum reperitur, ut II. 141, 14. IV. 80, 8. 118, 10. 121, 2. Et hoc loco ratio suberat, cur ἀντιοῦσθαι eodem modo construeretur, scil. ne duo diversi dativi, ἡμῖν, et τῷ Πέρσῃ, in eadem phrasi concurrerent. *S.*

24. ἐντελής ἐστι) Herodoteum videtur ἐν τέλει ἐστί, quod est in marg. *Steph.* ut paulo legitur inferius ἦν πρὸς τέλει, *prope finem.* Tum vicina [*lin.* 26.] scripserim partim cum *Reiskio*: συνθέμενοί τε ἡμῖν τῷ Πέρσῃ ἀντιώτισθαι ἐς τὴν Βοιωτίην. Saepius in Musis obvium ἀντιοῦσθαι sollicitari non debet. In fine lib. VIII. pro ἡμέας legerem, ὑμέας καιρός ἐστι προβοηθῆσαι ἐς τὴν Βοιωτίην. VALCK.

33. ἐπιτηδειώτατόν ἐστι μαχίσασθαι) In fine huius capitis Dissertatio *Herodotea* p. 131. novas nobis obtulit ex Codicibus lectiones: τῆς γε ἡμετέρης ἐπιτηδέστατόν ἐστι ἐμμαχίσασθαι τὸ Θριάσιον πεδίον: quarum lectionum altera procul dubio est genuina. Proximum accedit apud *Suidam* in Εὐήλατον: πεδίον - - ἐπιτήδειον ἵππῳ ἐμμάχεσθαι. *Thucydid.* II. 20. χῶρος ἐπιτήδειος ἐφαίνετο ἐντειχοπεδεῦσαι: *Herod.* IX. 25., χῶρος ἐπιτηδειώτερος ἐντειχοπεδεύεσθαι. VALCK.

Ibid. ἐπιτηδειώτατόν ἐστι) Etsi ἐπιτηδέστατον *Arcli.* et *Vind.* optime ex ἐπιτηδὴς manet, et ἐπιτηδειέστατον *Democriti* apud *Homeri* Interpretem p. 1441, 16. [*Eustath.* in Od. p. 89, 46.] fere sit geminum, eo non utar. Mire vero adblanditur ἐμμαχίσασθαι, rarioris quidem formae, sed legitimae, qua ἐντειχοπεδεύεσθαι, *castra in loco metari*, supra c. 2. et χῶρος ἐπιτήδειος ἐνδιατάξαι τε καὶ ἐναριθμῆσαι, *ubi Missi*, τὸν στρατὸν, *aptus locus ad exercitum in eo ordinandum et numerandum*, lib. VII. 59. Tale πεδίον ἐναγωνίσασθαι καλὸν *Appiani* Bell. Civil. IV. [c. 106.] p. 1041., rariusque *Philonis Iud.* lib. II. Vit. Mosis p. 659. B. ἐπιτηδειότατον εἶναι τὸν τόπον ἐννυχάσαι καὶ ἐνημερῆσαι: et de Numer. Septen. p. 1187. A. πεδία ἐπιτηδειότατα ἐμβοήσασθαι. Negligo alia. Constat verbo iusta compositio, et probanti ratio. WESS.

CAP. IX. 3. Χίλεος, ἀνὴρ Τεγεήτης) Hoc satis. *Plutarcho* Χείλεως, Malign. p. 871. fin. et Themist. p. 114. A., fide Codicis *Bodleiani*: *Polyaeno* Χίλιος lib. V. 30. Parvis discordia in nominibus Χίλων et Χείλων atque aliis. Post pauca [*lin.* 4 *seq.*] τῶν ἐφόρων ἐπύθετο postulant schedae. WESS.

3. Χίλεος οὐνόματι, ἀνὴρ Τεγεήτης) In *Plutarchi* Them. p. 114. F. legere etiam licet Χίλεον τὸν Ἀρκάδα: sed rectius nomen apud eumdem scribitur T. II. pag. 871. F. Χείλεως, et pag. 872. A. ubi acerbe, εἰ δέ τι, ait, κατίσχυε οἰκείων ἐν Τεγέᾳ πρᾶγμα τὸν Χείλεων ἐκεῖνον, οὐκ ἂν ἡ Ἑλλὰς περιεγένετο. Χίλιος est

in *Polyaen.* V. 30. Herodoti Tegeata τῶν ἐφόρων ἐπύθετο πάντα λόγον: [*lin.* ὁ.] sic mihi quoque scripsisse videtur omissâ voce ἵνα, quae ut a *Med.* sic aliis etiam aberit Codicibus. Arcadis sententiam paucis expressit *Plutarch.* τοῦ διαμαχίσματος οὐδὲν ὄφελός ἐστι Πελοποννήσῳ, ἂν Ἀθηναῖοι Μαρδονίῳ προσγίγνωνται. Illud *Polyaeni*, πολλὰς διαβάσεις ἔξουσιν εἰς τὴν Πελοπόννησον οἱ βάρβαροι, propius accedit Herodotea, μεγάλαι κλισιάδες ἀναπεπτάσαι εἰς τὴν Πελοπόννησον τῷ Πέρσῃ. VALCK.

10. μεγάλαι κλισιάδες) *Polyaeni* πολλαὶ διαβάσεις εἰς τὴν Πελοπόννησον cultu et elegantia multo sunt inferiores. Nostri ad praescriptum *Plutarch.* T. II. p. 360. A. μεγάλας μὲν τῷ ἀέρι λεῷ κλισιάδας ἀνοίγοντες: quae Philosophi et conplura alia *Io. Iac. Wetstenium* in Epist. *S. Pauli* prior. ad Cor. cap. XVI, 9. occupasse conperio. WESS.

CAP. X. 5. καὶ ἑπτὰ περὶ ἕκαστον τάξαντες τῶν εἱλώτων) Vereor una cum Cl. *de Pauw*, ut haec *Herodotus* scripserit. *Valla* tresque scripti libri omittunt, habentque cap. 28. sedem magis opportunam. Et cui bono τάξαντες post ἐκπέμπουσι? Non nego, quod *Galeus* ursit, esse in *Plutarchi* ea, Malign. pag. 871.; sed, hinc derivata, unde confit? Tolle omnia, et orationi ad culturam nihil deerit, modo ἐπιτρέψαντες probetur. Id sane cum exercitus imperium traditur, multo conmodius et lenius. Vide III. 155. VII. 52. etc. WESS. — Vide *Var. Lect.* et in Exemplo nostro, pro εἱλώτων, corrige εἱλώτων, ut est in Edd. ante *Schaef.* et in Msstis. Caeterum nolim dissimulare, haud satis commode videri h. l. procedere orationis structuram: certe, ut *Schulzius*, sic et ego ἐπιτρέψαν requirebam, ubi alii ἐπιτρέψαντες, alii vero libri magis etiam vitiose ἐπιτάξαντες exhibent. *S.*

Ibid. ἑπτὰ περὶ ἕκαστον *etc.*) Eosdem memorat *Plutarch.* in Aristide p. 325. A. et Tom. II. p. 871. E. ubi ἐξῆλθον εἰς Πλαταιὰς πεντακισχίλιοι Σπαρτιάται περὶ αὐτὸν ἔχων ἀνὴρ ἕκαστος ἑπτὰ εἵλωτας: atque adeo legit hoc in loco, quae nonnullis in Codicibus perperam omittuntur. Tot numero Εἵλωτας ad Plataeas cum Spartiatis stetisse certum est ex cap. 28. et bello Peloponnesiaco saepe cum Lacedaemoniis militasse τοὺς Εἵλωτας novimus ex *Thucydid.* IV. 80. V. 57. et 64. VII. 19. VALCK.

14. θυμίην οἱ ἐπὶ τῷ Πέρσῃ) Alibi θυμίην ἐπὶ Κρότωνα

lib. V. 44. De *Cleombroto*, exercitus ad Isthmum imperatore, superius lib. VIII. 71.; de Solis vero eclipsi, qua rex territus copias domum reduxit, praeclare *Dionys. Petavius*, Doctr. Temp. lib. X. c. 25. WESS. — De illo *solis defectu* videsis quae *Petavio* apud *Larcherum* Parisiensis olim Academicus *Pingré* opposuit. Caeterum *territum* fuisse illo phaenomeno *Cleombrotum*, non profitetur *Herodotus*: ac videndum, ne significare potius voluerit, fausto accepto omine illum copias ab Isthmo abduxisse. Eodem enim tempore, quo ad Salamina pugnatum est, cum exercitu ad Isthmum *Cleombrotus* erat, munitionem Isthmi urgens: videturque, accepto iam de felici pugnae exitu nuntio, *sacra*, quae hic memorantur, *adversus Persas* fecisse; scilicet experturus, an a pedestri Xerxis exercitu, qui Peloponnesum versus progrediebatur, (VIII. 71.) revera timenda esset invasio Peloponnesi. Iam ex defectu solis debuit ille, puto, faustum Peloponneso capere omen, quippe exercitui Regis portendente exitium. Itaque tanto fidentior *Cleombrotus*, quoniam paucis post pugnam diebus, Thessaliam versus se recepit Barbarorum exercitus, reduxit suos ab Isthmo, utpote nullo amplius periculo imminente Peloponnesiis. Atque ita ad finem non perducta est Isthmi munitio, et intermissum opus; donec, adlato nuncio redire Mardonium cum exercitu, denuo Isthmum repetierunt Lacedaemonii cum aliis Peloponnesiis, et summo studio manus perficiendo operi admoverunt, IX. 8, 4 seqq. *S.*

CAP. XI. 14. ἐν Ὀρεστείῳ) Memorat *Pausanias* Orestae tumulum, τάφον, Lacedaemone lib. III. c. 11. p. 234., qualem illi publice datum Argis et Mycenis *Lucianus* infitiatur, Toxar. c. 5. Nec eum tamen hic innui statuo; sed τὸ Ὀρέστειον Μαινάλιος *Thucyd.* V. 64., vicinum Tegeatum finibus, quo de ibi viri doctissimi *Wasse* et *Dukerus*. Ad sequentia [*lin.* 15.] *Hesychii* glossa, Ξένοι, οἱ πολέμιοι, οἱ δὲ τοὺς Πέρσας, recte refertur. Bene *Servius* ad *Aeneid.* IV. 424. *Herodotus Persas, qui erant Graecorum hostes, ξείνους a Lacedaemoniis appellatos refert.* Similia ex *Idomeneo* in *Aristid.* pag. 325. A. *Plutarchus.* Priscis ita Latinis *hostem* peregrinum indicasse, *leges XII. Tab.*, *Plautus*, *Varro*, *Cicero* testificantur. Vide ill. *Scaligerum* ad *Festum* in *Hostis*. WESS.

14. ἐν τῇ Ὀρεστείῳ) Arcadiae sic regio quaedam ab Oreste fertur denominata. Apud *Steph. Byz.* in Ὀρέστεια: Orestes θυόντι εἰς χωρίον τῆς Ἀρκαδίας τὸ λεγόμενον Ὀρέστειον. Ὀρέστειον τῆς Μαινάλιος dixit *Thucyd.* V. 64. Ab *Euripide* scribi non potuit, quod *Salmasium* sequuti *Barkel.* et *Holstenius* velut Euripideum excitant ex huius Oreste vs. 1684. Tragicum scripsisse suspicor: Κικλήσκει δὲ σῆς θυγατρὸς ἀνυμφίου, Ἀζᾶνα Ἀρκαδίν τ' Ὀρέστειον πέδον. In eiusdem Electra Castores ad Orestem vs. 1273., Σὲ δ' Ἀρκάδων χρὴ πόλισμα Ἀλφειοῦ ῥοαῖς Οἰκεῖν, Ἀγκαίου πλησίον σηκώματος. Ἐπώνυμος δὲ σοῦ πόλις πεπλήσται. VALCK.

18. τῶν περιοίκων Λακεδαιμ.) Quum in rebus Laconicis frequentissima fiat mentio τῶν περιοίκων, incertos fluctuare miror viros eruditissimos, quinam per illos sint intelligendi. Clar. *Duker.* ad *Thucyd.* p. 510. in Addendis, *Heinsius*, inquit, *scribit* (in Notis ad *Max. Tyr.* p. 65.) *eosdem esse* περιοίκους *Lacedaemoniorum et* Εἵλωτας: *sed nondum mihi persuadet.* Prorsus diversi generis fuisse vel ex hoc liquet *Herodoti* loco, ubi quinque millia τῶν περιοίκων distinguuntur a quinque millibus Σπαρτιητέων, qui circa se singuli haberent septem τῶν εἱλώτων. Infra c. 28. in acie stetisse dicuntur Λακεδαιμονίων μύριοι: quorum dimidiam partem, ἑπτὰς Σπαρτιήτας, ἐφύλασσον ista quinque et triginta millia τῶν εἱλώτων, aut levis armaturae milites. Erant itaque Lacedaemonii οἱ περίοικοι, non εἵλωτες: hi servitutem serviebant; liberi erant οἱ περίοικοι. Εἵλωτες, si bello heris operam suam adprobassent, libertate donati Νεοδαμώδεις dicebantur: ab his vero etiam distinguuntur οἱ περίοικοι. *Xenoph.* Ἑλλ. I. pag. 256, 15., σὺν αὐτῷ τῶν περιοίκων τινὲς, καὶ τῶν νεοδαμωδῶν οὐ πολλοί. Ubicunque in historia Graeca περίοικοι vel iunguntur vel opponuntur Spartiatis, Lacedaemonii sunt intelligendi, cuiuscunque fuerint urbis Laconicae cives, excepta Sparta, Spartiatarum imperio parentes. *Scholiastae Aristidae MS.* οἱ περίοικοι esse dicuntur οἱ περιοικοῦντες Σπάρτην τὴν μητρόπολιν. Τοὺς ἐκ τῶν περιοικίδων πόλεων dixit *Xenoph.* Ἑλλ. III. p. 294, 43. τὰ ἐν κύκλῳ τῆς Σπάρτης πολίσματα *Pausan.* VII. p. 555. Hae civitates, ut olim erant Spartiatarum ὑπήκοοι, sic aevo quoque fuerunt recentiori εἰς Σπάρτην συντελοῦσαι, nisi quod ex istis decem et octo Augustus iusserit esse αὐτονόμους, *Pausan.*

III. p. 265. Qui περίοικοι, iidem dicebantur et Λακεδαιμόνιοι et Λακωνικοί. *Thucyd.* IV. 8. οἱ Σπαρτιάται αὐτοὶ μὲν καὶ οἱ ἐγγύτατα τῶν περιοίκων εὐθὺς ἐβοήθουν ἐπὶ τὴν Πύλον· τῶν δὲ ἄλλων Λακεδαιμονίων βραδύτερα ἐγίγνετο ἡ ἔφοδος: quo loco οἱ ἐγγύτατα τῶν περιοίκων sunt utique Lacedaemonii. Cecidisse scribit in pugna Leuctrica *Xenophon* Ἑλλ. VI. p. 349, 7. τῶν συμπάντων Λακεδαιμονίων ἐγγὺς χιλίους, - - - αὐτῶν Σπαρτιατῶν περὶ τετρακοσίους: ubi αὐτοὶ Σπαρτιάται genuini sunt *Spartiatae*, τὸ καθαρῶς Σπαρτιατικόν *Maximo Tyrio* p. 347. *Thucydidi* Lacedaemoniorum duces memorantur, lib. VIII. c. 22., Εὐάλας Σπαρτιάτης et Δεινιάδας περίοικος: id est Λακεδαιμόνιος, ut eidem, praeter alios, Theramenes dicitur Λακεδαιμόνιος, Dercyllas autem ἀνὴρ Σπαρτιάτης. Qui saepe dicitur Ἀσιανὸς *Xenophonti* in Κύρου Ἀναβάσει, Neon est Δακωνικός, VII. p. 235, 31. conf. V. p. 204, 9. VALCK. — De *Perioecis* Lacedaemoniorum nonnihil dictum ad VI. 58, 14. *S.*

CAP. XII. 9. αὐτὴν ἴσχειν.) Sequor Codices, ipsumque Scriptorem, qui lib. III. 77. ἴσχον τε βουλομένους - - ἐς τὸ πρόσω παριέναι: et mox c. 13. ὥστε καὶ ὀλίγους σφέας ἀνθρώπους ἴσχειν. Hic vero Argis missus ad Mardonium nuncius adfirmat lib. VII. 150. commemorata. WESS.

CAP. XIII. 5. διὰ παντὸς τοῦ χρόνου.) *Omni illo tempore*, quo in Attica armatus consederat. Necessum enim non puto, διὰ παντὸς cum *Reiskio* in διάγοντος aut προϊόντος converti. Immo, si *Arch.* consentaneos nanciscetur, διὰ παντὸς sufficeret. *Aeschylus* Prometh. vs. 283. τοὺς σοὺς δὲ πόνους χῃζω διὰ παντὸς ἀκοῦσαι, quod in scholiis δι' ὅλου, sed idem ac *omni modo*. WESS.

CAP. XIV. 2. ἀγγελίη πρόδρομος, ἄλλην etc.) Calculum corrigenti πρόδρομος ἄλλη, στρατιὴν etc. non adpono. Ἄλλην scribit, utpote *diversas* a superioribus Spartanorum copiis. WESS. — Utique sollicitari ἄλλην non debuerat; sed vide ne πρόδρομον ἄλλην στρατιὴν scriptum oportuerit; quod mihi quidem perquam probabile, ac paene certum videtur. Conf. IV. 121, 2. c. 122, 1. et praesertim VII. 203, 4. *S.*

3. βουλευέτω, φίλων, εἴ κως πάντους πρῶτον ἕλοι [φίλων], damnatum a *Brit.* et docto viro, geminum habere videtur *S. Pauli* Epist. ad *Coloss.* c. 2, 18. μηδὶς ὑμᾶς καταβραβευέτω θέλων, i. e. *cupide*. Θέλων sane *cupiditatem* et *libentiam*

quandam in *Aeschyli* fabulis ostentat saepe numero. Θίλων δὲ τῶνδε πεύσεται λόγων, *cupide libenterque audiet*, Choëph. vs. 791. Plura apud Cl. *Abreschium* Anim. in Tragicum illum lib. II. 14. Quare ἐβουλεύετο θέλων, *cupide consultabat*. WESS. — „Θέλων suspectum: dixerat REISKIUS: Ego quidem quid sibi velit non intelligo." Et SCHULZIUS, *Wesselingii* Notam respiciens: „Quid vero est, inquit, ἐβουλεύετο θέλων? Num potest μὴ θέλων quisquam βουλεύεσθαι? Nemo unquam, opinor, ita dixit." Itaque ille, ut nos, *Schaefero* calculum adponens, verbum illud, quod uno codice excepto alii omnes constanti consensu exhibent, eiecit. Quod ego, denuo hunc locum expendens, factum nollem: et θέλων omnino restitutum auctori velim. Scilicet, non iuncta debebant intelligi ἐβουλεύετο θέλων: quod perspecte videns *H. Stephanus*, verbo θέλων commatibus utrimque intercepto, sic ediderat: ἐβουλεύετο, θέλων, εἴ πως etc. quam distinctionem orationis ipse etiam *Wesselingius* cum aliis post *Stephanum* Editoribus tenuit. Et nonnihil quidem impeditum videri poterat hoc dicendi genus, nec tamen incongruum *Herodoti* stylo: valetque idem ac si dixisset, θέλων τούτους πρῶτον ἑλεῖν, ἐβουλεύετο εἴ πως etc. *cupiens hos primum capere, deliberavit quo pacto id efficeret*. S.

5. ἡ δὲ ἵππος προελθοῦσα) Non ignoro Celeb. viri [*Gronovii*, προπεσθεῖσα defendentis,] in *Portum Vallam*que stricturas, haud profecto ad consensum extorquendum acres. Quisque videt, *Vindob.* rectum tenuisse. WESS. — *Praemisso equitatu* erat in *Vallae* Latinis: et προελθ. corrigendum videri monuerat *Portus* in Lexic. ion. voce Κατιππάζεσθαι. S.

CAP. XV. 2. ἦλθε ἀγγελίη) ἦκε patrocinium inpetrat ex lib. VIII. 140. ἐμοὶ ἀγγελίη ἦκει παρὰ βασιλέος, et ex observatis *D'Orvillii* ad *Chariton.* lib. I. p. 37. At *Aldo* congruit lib. I. 83. ἦλθε ἄλλη ἀγγελίη: et proxime, ἦλθε ἀγγελίη πρὸς δρόμους. *Euripides* Androm. vs. 79. ἦλθεν Φάτις. Iunge *Raphelium* in Epist. ad *Galat.* c. 3, 23. WESS. — At non ἦλθε h. l. dederat *Aldus*, sed ἦκε, quemadmodum in *Var. Lect.* recte *Wess.* monuit. S.

3. ἀπὸ Δαυελέης) Sic Iones; reliqui Δαυλείης: [puto voluisse, reliqui Graeci, Δαυλίας:] unde illorum [scil. Ionum] flexione Δαυλίην αἱρέθησαν c. 73. [vide IX. 73 extr.] Cur [dix. 6. εἶθε.] Ταραγμὸν et ἐς Σκιῶλον dederim, ne-

mo mirabitur: mirum vero maxime, turpe illud ἐς Κῶλον, praesertim *Valla* viam ad verum monstrante, hoc tolerari loco quitam fuisse. Τὴν κατὰ Σκῶλον πάροδον in Boeotiam *Polyaen.* Strategem. II. 1, 11. ostendet; cui accedere *Strabo* poterit lib. IX. p. 628. [p. 408. c. ed. Cas.] cum *Casauboni* nota. WESS.

5. ἐς Σφενδαλέας) Huius pagi, quem [monente *Stephano Byz.*] tribus fuisse novimus Hippothoontidis, nusquam alibi fit apud historicos veteres aut oratores mentio. In proximis [*lin.* 8.] nomen urbis Boeotiae non tam diu haerere debuerat perverse scriptum: *Seolon* recte dederat *Valla*, cuius ductu pro ἐς Κῶλον scribendum ἐς Σκῶλον. Urbis aliunde notissimae ubi meminit *Polyaenus* lib. II. c. 1, 11. ista primum dederat *Casaub.* Ἀγησίλαος δυοῖν ἡμερῶν ὁδὸν ἀνύσας τὴν κατὰ Σκῶλον πάροδον - - διῆλθε: absurdam nobis lectionem ex Msstis vulgavit *Maasvicius*: δυοῖν ἡμερῶν ὁδὸν ἀνύσας ἡμέρας δύο: tribus duntaxat literis repetitis prior lectio hunc in modum fuerat adiuvanda: δυοῖν ἡμερῶν ὁδὸν ἐν α. (id est ἐν μιᾷ) ἀνύσας: certam praestat emendationem in eadem historia *Xenoph.* Ἑλλ. V. p. 336, 13. δυοῖν ἡμέραιν ὁδὸν ἐν μιᾷ κατανύσας - - ἔφθασεν ὑπερβὰς τὸ κατὰ Σκῶλον στενώμα. Paulo post apud *Herod.* [*lin.* 9.] scribendum conspicor, τῶν Θηβαίων - - ἴκεσθαι τοὺς χόρους, οὐκὶ κατὰ ἔχθος αὐτίκα. Tum [*lin.* 14.] flexus Ionicus omnino requiritur ἀπὸ Ἐρυθρέων. VALCK. — Neutiquam sollicitari vulgatum consentientibus libris οὔ τι [*lin.* 9.] debuit, quod idem ac οὐ vel οὐχὶ aut οὐκὶ valet. Sic II. 46, 7. III. 36, 39. IV. 148, 10. et saepius alibi. *S.*

14. ἀπὸ Ἐρυθρέων) *Ab Erythris.* τῆς Βοιωτίης ἐς Ἐρυθρὰς c. 19. Peccarunt, uti creberrime in Ἀθηναίων vice Ἀθηνέων. Porro [*lin.* 15.] παρὰ τὸν Ἀσωπὸν oportuit, pro quo ἐπὶ τῷ Ἀσωπῷ dicto loco et cap. 16. *Plutarchus* Aristid. p. 325. a. τῶν βαρβάρων τῆς στρατοπεδείας παρὰ τὸν Ἀσωπὸν ποταμὸν τεταμένης. Adparet inde, castris iuxta flumen porrectis, probabiliter *Reiskium* divinasse τεταμένον *Herodotum* [*lin.* 18.] non τετραγμένον, reliquisse. Illud autem τὸ μῆκος τετράγωνον, cuius *singula latera denum erant stadiorum*, [*lin.* 19.] impedimentis rebusque pretiosioribus servandis munivisse Macedonum, *Plutarchus* adseverat. WESS. — Bene habet τετραγμένος [*lin.* 16.] idque eo minus necesse est

in τετιμῆσθαι mutare, quod eadem notio, quam hoc verbo τιταμένον efferri voluerunt docti Viri, iam satis duobus verbis παρῆκε et κατέτεινε (*pertinebat*, et *extendebatur*) expressa est. *S.*

19. Ἀτταγῖνος ὁ Φρύνωνος) Constituunt Graeci libertatis vindices infra c. 86., a Thebanis exposcere τοὺς μηδίσαντας, in primis Τιμαγενίδην καὶ Ἀτταγῖνον: qui duo hinc in catalogo proditorum Graeciae locum invenerunt apud *Pausan.* VII. [c. 10.] p. 546. ubi merito *Sylburgius* vulgato nomini Ἀτταγίλος rectius iudicat Ἀτταγῖνος: quod similis formae nomina satis tuebuntur, Ἀνθρωπῖνος· Ἀγαθῖνος· Φιλῖνος· Ἀρχῖνος· Εὐπαλῖνος· Καφωπῖνος: duo postrema praebet *Herod.* III. 60. V. 99. *Attagini* nomen *Casaubonus Athenaeo* restituit huc spectanti IV. p. 148. F. Μαρδόνιον ἱστίασι μετὰ τῶν ἄλλων πεντήκοντα Περσῶν Ἀτταγῖνος ὁ Φρύνωνος, ὃν φησιν Ἡρόδοτος ἐν τῇ ἐνάτῃ μεγάλως πλούτῳ παρεσκευάσθαι: in quibus *Athenaeum* memoria lapsum putat Vir magnus, cum Nostro dicatur Attaginus παρεσκευασμένος μεγάλως, *se magnifice rebus instruxisse necessariis*, ut Persas posset δέξασθαι μεγαλωστί. VALCK.

20. παρασκευασάμενος μεγάλως) Errorem *Athenaei* in his adferendis magnus Animadversor silentio non pressit. Graeciae Boeotiaeque proditor *Attaginus* redibit cap. 85., [cap. 86.] Male *Athenaeo* Αὔταμνος, in Msstis Αἴταμνος, et *Pausaniae* VII. 10. Ἀτταγῖλος. Neutrum praetervidernnt *Casaubonus* et *Sylburgius*. WESS.

CAP. XVI. 5. καὶ σφέων οὐ χωρὶς ἑκατέρους κλίναι) Non prorsus damnabile [καὶ σφέας] ex Fragm. *Paris.* excerptum: damnabile autem, κλιθῆναι sive κλινθῆναι citra necessitudinem [a *Reiskio*, contra librorum consensum,] obtrusum. Vulgatum eodem vergit, et rectum in *Vallae* Latinis. In proximis [*lin.* 7.] διαπινόντων, *cum sese poculis invitarent*, scripti omnes. Vide sis Cl. *Valckenarium* ad lib. V. 18. WESS. — Κλίναι *lin.* 6. penacute pingitur in ed. *Wess.* et superioribus, rectius κλῖναι ed. *Schaef.* ut noster codex *F.* puto et alii. Accepit autem *Valla* hoc verbum notione intransitiva, *discubuisse*: mihi visum erat transitive accipienda, ut *Attaginus* dicatur κλῖναι *suos hospites*. *S.*

23. ἀμήχανον ἀποτρέψαι) Repetit ex oratione Cambysis lib. III. 65. ἐν γὰρ τῇ ἀνθρωπίῃ φύσει οὐκ ἐνὼν ἔρως τὸ μέλλον

γίνεσθαι ἀποτρέπειν. In quam sententiam *Ioseph.* Bell. Iud. VI. 5, 4. Ἀλλὰ οὐ δυνατὸν ἀνθρώποις τὸ χρεὼν διαφυγεῖν, οὐδὲ ἀγνοουμένοις. *Aeschylus* Suppl. vs. 1055., *Euripides*, *Sophocles*que abs *Rittershusio* laudantur ob similia dicta ad *Phaedri* Fabul. lib. II. finem. WESS.

Ibid. ἀμήχανον ἀποτρέψαι ἀνθρώπῳ) Hinc ista *Stobaeus* retulit in Tit. CV. p. 567. Homericam Persae tribuit *Herodotus* sententiam, cuius auctor fertur Apollo Pythius *Aeliano* περὶ Προνοίας apud *Eustath.* in Ἰλ. ζ. pag. 522, 53. Hanc suo quisque more saepius expresserunt poëtae. Velut vulgare dictum mulieribus ubi tribuit *M. Antonin.* VII. 46, ὅτι τὴν εἱμαρμένην οὐδεὶς ἂν ἐκφύγοι: multa notat *Gataker.* VALCK.

29. ὡς αὐτὸς αὐτίκα λέγοι) Quod coniectando praeceperant *Abreschius* et *Reiskius*, sermonis serica et Codices ratum habent. WESS.

Ibid. Miror quod legitur de *Thersandro*, ὡς αὐτὸς αὐτίκα λέγει ταῦτα πρὸς ἀνθρώπους: cur enim obsecro πρὸς ἀνθρώπους? Frequens et hic suspicor haerere vitium, corrigendumque πρὸς ἄλλους, ut *aliis ista narrasse* dicatur ante Thersander, quam apud Plataeas decertaretur. Inter voces ἄλλους et ἀνοῦς, sive ἀνθρώπους, perexigua fuit olim scribendi differentia: videtur *Valla* illud ipsum in suo quoque Cod. reperisse; vertit enim: *ipsum haec statim aliis enarrasse.* Quod in ed. Clar. *Gronov.* his fuit substitutum, *per homines sparsisse*, nunquam, ut equidem puto, dici potuit λέγειν πρὸς ἀνθρώπους. Hinc valde discrepant locutiones ἐκφέρειν εἰς τοὺς πολλούς, vel εἰπεῖν, vel λέγειν εἰς πάντας, similesque. Rarius illud *Sophoclis* apud *Stob.* pag. 579, 1. Μὴ σπεῖρε πολλοῖς τὸν παρόντα δαίμονα, pro εἰς πολλούς: ut ibidem vs. 11. legitur consueto more, Ἐκμαρτυρεῖν γὰρ ἄνδρα τὰς αὐτοῦ τύχας Εἰς πάντας ἀκριβές. VALCK. — Quidni vero πρὸς ἀνθρώπους feramus, quod communi consensu libri praeferunt omnes? *S.*

CAP. XVII. 4 *seq.* ἐμπίδιζον γὰρ δὴ σφέδρα καὶ οὐκ ὀλίγα ἐκόντες) Revocarem quod ante *Gronov.* vulgabatur μεγάλως, pro σφέδρα frequenter usurpatum *Herodoto*, et in hac ipsa phrasi infra, c. 39., ubi Thebani, ἅτε μαθόντες μεγάλως, προθύμως ἔφερον τὸν πόλεμον. VALCK. — Ἐμπίδιζον γὰρ δὴ σφέδρα dedi schedis ut maneret, paene persuasus,

σφόδρα glossatori redonandum. Pristinum certe *Herodoteum* est: sic c. 39. οἱ γὰρ Θηβαῖοι, ὅτε μηδίζοντας μεγάλως. *Portus* plura conduxit. WESS. — Consentiunt tamen in σφόδρα et *Wesselingii* et *Stephani* codices, itemque nostri omnes: ut merito mireris, unde nam *Aldus* μεγάλως arripuerit. Sed, utrum istorum verborum praeferas, parum refert. Equidem in re ipsa et in totius pericopae sententia adhaesi. Nec enim video quo pacto haec cohaerent, μοῦνοι δὴ Φωκέες οὐ συνεσέβαλον, ἐμηδίσαν γὰρ δὴ σφόδρα (sive μεγάλως) καὶ οὗτοι, praesertim si post οὗτοι intercidatur oratio. Saltem ἐμηδίζον μὲν γὰρ exspectasses, et dein οὐκ ἑκόντες δὲ, quod in *Vallae* latinis est, *non tamen voluntarii*. Denique et illud omnino mirum accidit, quo pacto, quos ait Scriptor *castra Mardonii, unos ex omnibus, non esse secutos, et invitos cum eo fecisse*, eosdem tamen dicat σφόδρα aut μεγάλως *Medis studuisse*: quod si abesset adverbium, nulla admodum difficultas superesset. *S.*

8. Rectius *Hermocydes* dicitur ἀνὴρ τῶν ἀστῶν δοκιμώτατος, quam δυνατώτατος in *Med.* ex quo vir Clar. [*lin.* 10.] optime restituit ἐκέλευσε σφέας ἐπ' ἑωυτῶν ἐν τῷ πεδίῳ ἵζεσθαι, *seorsim sedere*. VALCK.

τοῦ ἐπ' ἑωυτῶν) Verissime *Gronovius*. At cur nulla *Aldi* mentio? *Pavius* animadvertit fortasse operarum aberrationem et correxit. [Vide *Var. Lect.*] Nostri Amazones lib. IV. 114. ὡλώμεν ἐπ' ἡμέων αὐτέων, *habitemus seorsum*; et IX. 37. εἶχον γὰρ καὶ οὗτοι ἐπ' ἑωυτῶν μάντιν. WESS.

τῶν ἄλλων πάντων τινά) Iustior ordo, qualis c. 88. ἐπιθήσεσθαι γὰρ οἱ πάντα τινὰ οἴετο, et multifariam. Ἤπερ παρέχοντας [*lin.* 21.] *Suidas*, cunctis in Codd. obvium, invenit; cui tacitum pronomen ubi aptaveris, quae novandi necessitas? Et *Reiskius* tamen ἢ περιπαίοντας, *inprudenter absurdeque agentes*, sed imprudenter. Περιφρύσσω Graeciae est recentioris et Cilicum dialecti, nisi *Salmasius* fallit, veterum vestigia premens, Funere Ling. Hellenist. p. 152. Qui quidem falsus si fuerit, arguente *Io. Alb. Fabricio* ad *Sextum Empiric.* lib. I. Adv. Grammat. c. 2. p. 227., obtrudi *Herodoto*, quod ignorabat, haud oportuit. WESS.

CAP. XVIII. 1. Ὁ μὲν ὦν) Hanc voculam ex marg. *Steph.* auctori restituerem. VALCK. — Et recepit *Wess.* neglectam a *Gron.* et superioribus. Quod autem repertam

in *Med.* ait *Wess.* in *Var. Lect.*, id *Gronov.* in Notis non diserte quidem professus erat, sed videtur significare voluisse. *S.*

4. ἀντίοι ἔστασαν) Ferre possum, non pugnaturus, si cui ἀντίοι ἔστησαν blandientur. *Euripides* Orest. va. 1460. Ὡς κἀμοὶ δ' ὀρέστεροι Γυναικὸς ἀντίοι στυβίντις. Ferre autem minime queo, πάντη συστρίψαντες mutari. *Conglobarunt se* Phocenses, inpetum irruentium excepturi. Tales fere συστραφέντες εἰς ἱκανὸν πλῆθος *Diodor.* lib. III. 36., et infra c. 61. συστρεφόμενοι. Vide Cl. *Valcken.* ad lib. I. cap. 101. WESS. — Intactum relinqui debuerat συστρίψαντες ἑαυτούς: *quum se in unum conglobassent*, *Livio* VIII. 11. VALCK.

12. εἴ τι ἀλκῆς μετέχουσι) Scribi quidem potuit εἰ ἀλκῆς μετίσχουσι: sed scripsisse Nostrum opinor, ut est in marg. *Steph.*, εἴ τι ἀλκῆς ἴσχουσι. VALCK. — At, cur hoc praeferamus contra meliorum quorumque codicum consensum, non video. Certe etiam sic genitivus ἀλκῆς a verbo μετίσχουσι pendebit, et τι valebit κατά τι: nec iuncta intelligi τὴ ἀλκῆς debebunt. *S.*

CAP. XIX. 5. καλλιερησάντων τῶν ἱερῶν) Frustra τῶν ἱερῶν corrigitur. Latinis *victima caesa litat*, ut *Martiali* lib. X. Ep. 73. *Victima diti patri caesa litavit*, recte *Graevius* in *Suetonii* Oth. c. 8. Vide *Franc. Oudendorpium* ad *Lucan.* VI. 524. Graecis itidem, quotics fausta exta ostentat, καλλιερεῖ. Noster c. 37. ὡς δὲ οὐκ ἐκαλλίερει - - - οὔτε αὐτοῖσι Πέρσῃσι, videlicet τὰ ἱερά: et c. 95. τοῖς δὲ Ἕλλησι ὡς οὐκ ἐκαλλίερει. Docte super verbo Scholiastes in *Gregor. Nazianz.* Stelit. II. p. 87. Sequens ἱερὰ ποιήσαντες [*lin.* 7.] consimile habet ἦν θυσίην τις δημοτελῆ ποιήται lib. VI. 57. et lib. IV. 60. θυσίη ἱδρυμένη. Alia hoc de genere *Is. Casaubon.* Animadv. in *Athen.* lib. XIV. 23. [ad p. 660. a.] WESS. — Vide ad VII. 134, 7. notata. *S.*

10. ὡς - - - ἀπίκοντο - - ἐς Ἐρυθρὰς) Huc antequam cum ceteris Graecis venirent Athenienses, in Isthmo iusiurandum iurasse perhibentur libertatis defensores, cuius formulam exhibet *Diodor. Sicul.* lib. XI. cap. 29. Sed, ab Atheniensibus illam fuisse confictam, non immerito credidisse videtur *Theopompus*: vid. Clar. *Wessel.* ad *Diodor.* quaeque ad *Herod.* notata sunt p. 429. [ad V. 102, 3.] VALCK.

CAP. XX. 5. Quem hic vocat *Μασίστιον*, illum inquit *Herod.* Ἕλληνες Μασίστιον καλέουσι: ibi dabunt forsan et alii Codices Μασίστιον, ut est in *Arch.* teste *Galeo*, et in marg. *Steph.* VALCK. [Vide *Var. Lect.*] — Si *Μασίστιον* adpellarint, quomodo meliores schedae, spectarunt fortasse suum *μάκιστος*, ad viri magnitudinem indicandam: verum arduum hoc definitu. Memorant hominem *Pausanias*, *Plutarchus*, alii, *Μασίστιον* adpellantes, *Tzetzes* quoque Chiliad. I. 993., turpiter tamen eundem ac Xerxis fratrem *Masistam*, quo de c. 110., arbitratus. WESS.

CAP. XXI. 8. ἱππεῦσι μοῦνοι, ἔχοντες etc.) Haec ita nexuit *Aldus* et *Valla*, commodius, me iudice, vulgatâ interpunctione post ἱππεῦσι. *Soli Megarenses equitum impressionem sustinere haud valebant*, hinc nuncius ad Pausaniam. Atque hoc *Diodorus* lib. XI. 30. et *Plut.* Aristid. p. 326. E. clarissime. Falsum praeterea, solos tum Megarenses stationem, sibi principio contributam, tutatos. In vicinis [*lin.* 11.] cur πίμψαντα et πυζεύμενος iussu scriptorum exemplarium admiserim, nemini mirum eveniet; pro altero sermonis series, dialectus pro altero propugnat. WESS. — At in πίμψαντι recte consentiunt pleraque scripta exemplaria. Vide *Var. Lect. S.*

CAP. XXII. 6. προίσχων τῶν ἄλλων) *Prae aliis eminens* in Latinis melius, quae et *Pavii* observatio, *prae aliis longius provectus*: sequentia suadent; nam si in media suorum turma Masistius cecidisset, illud ignorare ipsius equites non potuissent: et ignorarunt tamen. Talem, ceteros praecuntem, equum Poëta *Iliad.* Ψ'. vs. 453. ἵππον ἀριπρεπέα προΰχοντα dixit. Inspice *Eustathium*, προτλαίνοντα explicantem, p. 1303, 37. [p. 1417, 32. ed. Bas.] WESS.

8. ἔσονται ὀρθὸς καὶ ἀποστήσεται) Ut lib. VII. c. 88. *equus* στὰς ὀρθὸς ἀπεστήσατο τὸν Φαρνούχια. Proprium hac in re verbum adhibuerunt *Xenoph.* et *Clemens Alex.* loco quem eleganter *H. Steph.* emendavit Schediasm. V. 19. Talis equus *Platoni* obversabatur in Gorgia p. 484. A., cui φύσιν ἱκανὴν ἔχων ἀνὴρ dicitur πάντα ταῦτα ἀποστησάμενος καὶ διαρρήξας, etc. respicit enim in istis *Homerica* ex Ἰλ. ζ'. 507. Ὡς δ' ὅτε τις στατὸς ἵππος - - - Δεσμὸν ἀπορρήξας θείῃ πεδίοιο κροαίνων: ubi legebatur olim Δεσμὰ διαρρήξας, ut liquet ex *Etymol.* p. 51, 12. VALCK.

15. *Lorica tectum Masistium*, primum invulnerabilem, tandem *aliquis πλίει ἐς τὸν ὀφθαλμόν*: quod ex *Arch.* Cod. fuit enotatum, ὀμφαλόν, genuinum putat *Galeus*; idque *pretiosissimum εὕρημα* iudicat *Gronovius*. Vulgatum tamen ὀφθαλμόν plerisque satis tueri videbuntur haec *Plutarchi* in Arist. p. 327. c. Τοῦτον μὲν τὸ κράνος ὑπέφαινε τὸν ὀφθαλμὸν ἀκοντίου στύραξι παίων τις ἀνεῖλεν. Non mirarer si in aliis hic etiam Codicibus altera lectio reperiretur, quum voces ὀμφαλός et ὀφθαλμός frequentissime fuerint a librariis inter se permutatae. VALCK. — Pretiosissimum εὕρημα viri Celeb., meri carbones pro thesauro. Ὀμφαλόν non novit *Arch.*, a reliquis hic non dissidens. Falsus enim est *Galeus*, fefellitque alios. Immo vero, si ὀμφαλόν iste codex dederat, nequidquam advocaretur. Armatura, quae Masistium undique amiciebat, ut omnes ictus eludebat, ita pube tenus porrigebatur, umbilicum egregie protegens. Id Nostri *Plutarchi*que pictura et *Heliodori* inprimis Aethiop. lib. IX. p. 431. commonstrat. Quid multa? *Plutarchum* audiamus, cui auscultare noluerunt, in Aristid. p. 327. B. τοῦτον μὲν τὸ κράνος ὑπέφαινε τὸν ὀφθαλμὸν ἀκοντίου στύραξι παίων τις ἀνεῖλεν: *hunc quidem* Masistium, *qua oculum galea ostendebat, hastili iaculi percutiens aliquis interemit.* Ecquid liquidius? WESS.

20. αὐτίκα ἐπόθεσαν) Hanc verbi scripturam cuncti offerunt Codices. Sermonis genius postulabat ἐπόθησαν: a quo deflecti posse, sicuti in similibus subinde, *Porti* doctrina fert. Macula si sese nulla adspersit, *absentis desiderio* laeti fuerunt. De Cambyse lib. III. 36. ἐπόθησέ τε δὴ καὶ Κροῖσον οὐ πολλῷ μετέπειτα χρόνῳ. Estque istud sanequam praestantius invento Gronoviano ἐπύθεσαν, quod valde metuo ut Graecae habeatur monetae, et unquam *intra mare Ionium et Thessaliam*, uti alia in re notatum meminisse *auditum sit.* WESS.

CAP. XXIII. 2. ἀλλ' ἅμα πάντας) Additam ex scriptis exemplaribus vocem sententia desiderabat, *Homeri* Iliad. Ψ'. vs. 362. Οἱ δ' ἅμα πάντες. Mox [*lin. 6.*] ἐβόων δὲ, uti eadem exempla, Ionicae consuetudinis est, reique satis facit. Redi ad lib. VIII. 1. WESS.

2. ἀλλὰ πάντας) Elisam a vicina ἀλλὰ vocalem ἅμα plures forte Codices hic dabunt, ἀλλὰ ἅμα πάντας, ut in An-

glicanis invenit *Ios. Wasse*: vid. ad *Thucyd.* [III. 24.] p. 181, 92. Eandem hic a *Valla* lectam vidit *Koenius*; requirit illam oppositum, οὐκ ἔτι κατὰ τέλεα προτελαύνοντας τοὺς ἱππέας *videbant Athenienses*, ἀλλὰ ἅμα πάντας, *omnes simul irruentes*; non, ut ante, κατὰ τέλεα. Inter varios significatus vocis τέλος *Eustathius* ad Ἰλ. κ'. 56. primum ponit τὸ στρατιωτικὸν τάγμα, *turmam militarem*: τοὺς ταξιάρχους τῶν τελέων ex *Herod.* IX. c. 41. excitat *Thom. M.* in Τέλη. Libro VII. c. 211. Persae dicuntur καὶ κατὰ τέλεα καὶ παντοδαπῶς προβάλλοντες. Vid. *Ios. Wasse* ad *Thucyd.* II. 81. VALCK.

7. οὐκέτι οἱ ἱππόται ὑπέμενον) Sic voluisse *Gronovius* significavit. Poëta Iliad. Ο'. vs. 312. Ἀργεῖοι δ' ὑπέμειναν ἀολλέες: crebroque alii. WESS. — Vocem οὐκέτι, in *Aldina* editione temere praetermissam, primus auctori tacite restituit *H. Stephanus*: tenent autem illam recte libri scripti omnes, eamdemque *Valla* expresserat, *non amplius persistere equites*. *S.*

9. ἀποστήσαντες ὦν) Vir doctus [*Reiskius*] scribi iussit ἀποστάντες, aut ἀπενοστήσαντες: satis pro imperio. Adsciveris ἰωῦτοὺς, idem erit ac ἀποστάντες, quae *Abreschii* quoque mens. *Diodorus* I. 56. ὁ δὲ Σεσώστις ἀποστήσας τὸ πλῆθος etc. WESS. — De peditatu fortasse non dicturus fuerat ἀποστήσαντες. Equites, ut ἐλαύνοντες et προτελαύνοντες vulgo dicuntur, subintellecto nomine τοὺς ἵππους: sic etiam ἀποστήσοντες dici potuerunt. *S.*

CAP. XXIV. 2 seqq. πένθος ἐποιήσαντο Μασιστίου etc.) Quem memorat *Persarum luctum ob mortem Masistii*, quo dicuntur non semet ipsi tantum, sed κείροντες καὶ τοὺς ἵππους καὶ τὰ ὑποζύγια, hinc, opinor, attigit *Plutarch.* in Arist. p. 327. c. VALCK. — Luctum barbaricum super Masistio hinc et ex *Plutarchi* Arist. p. 327. descripsit *Brisson.* Regn. Pers. lib. II. 206. et *Perizon.* ad *Aeliani* Var. VII. 8. WESS.

CAP. XXV. 5. τῶνδε εἵνεκα καὶ ταῦτα ἐποίεον) Lacunae nulla supererit suspicio, neque supplementis egebimus, si, voce καὶ, quam eiecit [eiiciendam censuit in Notis] Clar. *Gronov.* repositâ suo loco, sic ista leguntur: τῶνδε δὲ εἵνεκα καὶ ταῦτα ἐποίεον, καὶ ἐκλείποντες τὰς τάξεις, ἐφέστεον θηπόμενοι Μασίστιον. Τῶνδε, id est μεγάθεος εἵνεκα καὶ κάλλεος: ταῦτα ἐποίεον, nempe τὸν νεκρὸν παρὰ τὰς τάξεις ἐλαύνοντες.

In *Homeri* Ἰλ. χ'. 369., Hectoris cadaver περιδέμενον υἷες Ἀχαιῶν, Οἱ καὶ ἀπήχθοντο φίλην καὶ εἶδος ἀγητὸν Ἕκτορος: ubi quae proxima succedunt, nec Graecis videntur neque *Homero* digna, lecta tamen et *Dioni Chrys.* p. 180. D. conf. p. 273. C. D. VALCK. — Ut τοῦ δὲ VIII. 85, 11. idem valet ac τούτου δέ, sic h. l. τῶν δὲ idem ac τούτων δέ. Sententiam commode *Valla* his verbis expressit: *Quod id eo faciebant, quia cuncti relictis stationibus ad intuendum Masistium pergebant.* Nempe caussa, cur id fecerint, verbis illis ἐκλείποντες τὰς τάξις etc. continetur: ac potuerat, si explicatius loqui voluisset, dicere ὅτι ἐκλείποντες, quemadmodum VIII. 85, 11. τοῦ δὲ μίμνημα τοιόνδε μόνον, ὅτι etc. sed omissâ, ut saepius alibi, coniunctivâ particulâ, maior quâedam vis ac vividior color accedit narrationi. *S.*

14 *seq.* παρὰ Τριτὰς etc.) Ductus itineris *praeter Hysias*, in *agrum Plataeënsem* ferebat: recte proin scripti libri. Vide lib. V. 74. VI. 108. et *Thucydid.* III. 24.; ubi *Wasseus* τῶν Ὑσιῶν πλησίον in *Plut.* Aristid. p. 325. E. praeclare integravit, heroëm *Androcratem* eiusque fanum docte illustrans. WESS.

17. τιμένος τοῦ Ἀνδροκράτους) Apud *Thucyd.* III. 24. Plataeënses viam inflectunt Thebas ducentem, ἐν δεξιᾷ ἔχοντες τὸ τοῦ Ἀνδροκράτους ἱερόν: ubi Herodotea contulit et alia Cl. *Wasseus.* Mox [CAP. XXVI. 2.] redibit ex Codd. λόγων πολλὸς ὠθισμός, excitatum in Diss. *Herod.* Cl. *Wess.* p. 203. VALCK.

CAP. XXVI. 2. λόγων πολλὸς ὠθισμός) Contra morem πολλῶν ὠθισμός. Supra VIII. 78. τῶν δὲ — ἐγίνετο ὠθισμὸς λόγων πολλός, *vehemens sermonis altercatio*: et in praelio armato VII. 225. Περσέων τε καὶ Λακεδαιμονίων ὠθισμὸς ἐγίνετο πολλός. Porro [*lin.* 3.] vice αὐτέων ἐκάτερα boni codices αὐτοὶ ἑκάτεροι, sicuti αὐτὸς ἕκαστος III. 82. et αὐτὰ ἕκαστα V. 13. Belle iidem [*lin.* 6.] ἀξιεμεθα ταύτης τῆς τάξιος. Namque sic Tegeatae postea [*l.* 36.] ἀξιοῦσι τὴν τάξιν ἔμεν Ἀθηναίων ταύτην τὴν τάξιν ἔχειν: et Athenienses, c. 27. ἀξιοῦσι δὲ καὶ αὐτοὶ εἶμεν ἔχειν ταύτην τὴν τάξιν. Hinc in *Plutarchi Aristide* p. 326. A. Ἀθηναῖοι Τεγεάταις περὶ τάξεως ἐρίσαντες. Lis erat non adeo de loco, quem obtinerent, sed *utri cornu alterum in hostem ducerent.* WESS.

3. ἐκλείπειν γὰρ αὐτέων ἐκατ.) Nihil interest, sic legatur,

an ex Cod. *Steph.* αὐτοὶ ἑκάτεροι ἔχειν τὸ ἕτερον χέρας. Scripserat, opinor, *Plutarch.* T. I. p. 326. A. Ἀθηναίοις δὲ Τεγεάται περὶ τάξεως ἰσοστάντες ἤξίουν, ὥσπερ οἱ Λακεδαιμονίων τὸ δεξιὸν ἔχόντων κέρας, αὐτοὶ τὸ εὐώνυμον ἔχειν. Sinistrum, ut ἑτερότερον et εὐώνυμον, sic per εὐφημισμὸν saepius etiam ἕτερον dicebant. VALCK. — At ἕτερον κέρας utrumlibet intelligere, sive sinistrum, sive dextrum. Vide infra, lin. 53 [illegible].

8. τὸ πάλαιον) Anceps electio est. Scriptor [illegible] deposuit IV. 180. VII. 142. IX. 73. τὸ παλαιὸν VII. 129. Similis discordia VII. 74. electurum frustratur. WESS. — Ubi alii codices nude πάλαι, alii τὸ πάλαι exhibent, ut VII. 94., ibi *Herodoteum* τὸ πάλαι censeri debet. Ubi vero, uti hoc loco, plures τὸ παλαιὸν, et alii τὸ πάλαι, hic istud, utpote paulo rarius, Scriptori videtur acceptum ferendum. *S.*

9. ἐπεί τε Ἡρακλεῖδαι ἐπειρῶντο) Ἐπί τε plenius, et plane Ἐπήν, teste *Eustathio* ad Hom. p. 1158, 39. WESS. — Utique ionicum et *Herodoteum* est ἐπί τι pro nudo ἐπί: at de ea voce apud *Eustath.* loco citato (Iliad. p. 1215, 33.) non agitur, sed de ionico εἶτεν et ἔπειτεν, pro communi εἶτα vel ἔπειτα. *S.*

14 *seqq.* τότε ὧν λόγος Τλλον ἀγορεύσασθαι etc.) Quae de *Hyllo* narrantur *Heraclida*, certis sub conditionibus ad singulare certamen Peloponnesiorum praestantissimorum provocante, comparari poterunt cum *Diod. Sic.* IV. cap. 58. Sed iuxta *Diodorum*, Hyllo cadente, intra annos quinquaginta reverterentur in Peloponnesum Heraclidae: verius scripsisset cum *Herodoto*, ἐντὸς ἐτῶν ἑκατόν, iudice viro summo ad *Diodor.* Conf. *Io. Meurs.* de Regno Laced. cap. 7. *Hyllum* occidisse dicitur apud *Herodotum* [*lin.* 26.] Tegeatarum Rex Ἔχεμος ὁ Ἀηρόπου τοῦ Φηγέος: ultimo nomini Κηφέος substituendum ex *Pausania* aliisque monuit *Palmerius*. VALCK.

ἑκατόν τε ἐτέων) Errat aut corruptus est *Diodorus* [illegible] convenisse affirmans, μὴ κατιέναι τοὺς Ἡρακλείδας [illegible] ἐνιαυτὸν ἐντὸς ἐτῶν πεντήκοντα. In *centum annis*, uti ibi [illegible] aliorum congruit consensio, ipseque eventus. Ceterum *Echemus*, qui *Hyllum* ex provocatione deiecit, *Aeropi filius*, perperam Φηγέος *Phegei nepos* perhibetur. Avus erat Κηφεύς, *Cepheus*, apud *Pausan.* VIII. 4. Quod qui-

deup libri horum delectum viri doctissimi, *Palmerius*, *Thysius*, *Pottermannus* et alii redarguerunt. WESS. [illegible] *Paris*, ut εἰκοσιπέντε ante, et postea c. 28. [illegible] Quae sane frequentior in calidus nonnis. Contingit tamen ut absolutum comparati et vicissim eadem teneret. [illegible] in *Apollon.* Rh. III. 1056. [illegible] Diodor. XIII. 39. [illegible] Musaeum II. 19. nec fugit magnum Animadversorem in *Athen.* XIII. A. WESS. ad Superlativum pro comparativo positum notavit *Casaub.* ad *Athen.* XIII. pag. 568. A. quo genere exemplorum *Horat.* *Ser.* I. 4. quum alibi, tum mox c. 27. 7. utitur. Hic est positivus loco comparativi, nempe subintellecto ante (sicut frequenter in Graeco sermone) adverbio comparativo μᾶλλον: sive, in eandem quidem sententiam, sed intelligere malis, quasi dixissent, [illegible] *CAP. XXVII.* [illegible] Apud *Plutarch.* T. I. pag. 346. [illegible] inquit Aristides, [illegible] Hic [illegible] aiunt μάχης [illegible] ἀλλὰ ἀγῶνος. Ind. XXXIX. Sq. *Phaeneas*, non in verbis rem aestimans. Gloss. Diodori T. II. pag. 638, 66. πρόσωπα ἀγῶνος λόγων, ἀλλ' ἔργων. *Euripidis* Eteocles Phoen. v. 503. Μάτην [illegible] Quod illic monitum, in istis loquendi formulis promisque prepemodum usurpari voces λόγων, πράξεως ἔργων, monstrat Agesilai laudator p. 178. cui dicitur ille [illegible] [illegible] Quod fait [illegible] ad nec. *Vallae* [illegible] *Tum*. Disseque Tegeatarum dux non quae ab [illegible] [illegible] referre instituit, aut in medium protulit [illegible] Tegeatarum potius facta memoravit. Graecanista in hunc modum locutus erat: *Quoniam Tegeatarum dux in medium protulit, ut nihil memorandum, nisi unique nostra aetate quae praeclare facta. S.*]

ὁ ἀγὼν ἀοίδιμος ἐπὶ ἔτη πολλὰ γενόμενος.) Laudabilis, quem multis hic celebrant Athenienses, maiorum suorum fasci nora; hinc paucis commemorat *Plutarch.* de *Herod. Malign.* p. 871. A; illos scribens Ἡρακλείδαι τὸν ἀγῶνα, καὶ τὰς πρὸς Εὐρυσθέα μάχας, τοὺς δὲ Ἕλληνας τοὺς ἐν Κυθήροις τιθέντων. Eadem illa celebrantur ab oratoribus, ab *Isocrate* in Panegyrico et seqq., in *Aristidae* Panathen. pag. 10. et in Leptinea etiam λόγους, quibus nomina praefigunntur *Demosthenis* et *Lysiae*. VALCK.

ὑπὸ πάντων.) Atticis exulare in his maiorum suorum laudibus quae instituit *Lysias*, *Isocrates*, *Demosthenes*, cuius Ἐπιτάφιος p. 196. τὰς ἐν τοῖς ἔργοις τῶν προγόνων ἀρετὰς ἐπιδεικνύναι βουλόμενος, haec *Musae Herodoteae* spectare, non ipsius epitaphium. WESS.

ἐν τοῖσι ἀνθρώποισι φωνὴν) Latina [quae interpretatur *Wess.* h. l. reliquerat] aberrant. Hoc volunt, *vocem eorum extulisse ad sepeliendam Argivos, qui Thebas incesserant, et contumulasse sua Eleusinia in terra*. Id ἀνθρώπων τῶν παλαιοτάτων, sive τῶν πάνυ saepe hac ipsa in re *Isocrati* Panegyr. p. 69. a, Plataico pag. 306. b., haec ἀρχαῖα ἔθιμα Paneth. p. 269. a. Praeclare *Lysias* in Epitaph. p. 53. τοὺς Ἕλληνας πρώτους ἔθαψαν Athenienses in ea ipsa Eleusine, ubi Cl. *Taylor*. WESS.

τῆς ἱερῆς ἐν Ἐλευσῖνι.) Auctor Orationis inter *Lysiae* secundae p. 53., τοὺς Ἕλληνας, inquit, τοὺς ἐν Ἐλευσῖνι et hic et apud *Herodot.* non templum designatum Eleusinium Cereris, sed ipsa Eleusis, aut intelligenda, quae Atticis nobilissima, in locis etiam reliquis, quam *Gloss. Vatic.* aliam putat sensum suscipienda ad *Lys.* p. 681. *Lysiam* illic, verbis aliter collocatis, scripsisse suspicor partim cum *Palmerio* sacra faciet Rex, τὰ μὲν ἐν τῇ πόλει Ἐλευσῖνι ἱερὰ, τὰ δὲ ἐν Ἐλευσῖνι καὶ τοῖς ἱεροῖς ἐπιδείκνυσι μυστηρίοις. Lex suis Solonis, quae videtur de Mysteriis p. 16. ἐν τῇ πόλει τῇ Ἐλευσῖνι, apud *Petitum* in Legib. Attic. p. 37. *Mauri* Eleusinia, saepe ita, ubicunque templum intelligitur, quod Athenis erat, subaudiendo saepe designatam, ἄστει apud *Maurum* legit in Corona Dem. supra inspexeramus [ut supra p. 9.] haec quidem

Editio repraesentabit *Herodoti* manum, τὰς Ἀμαζονίδας τὰς ἀπὸ Θερμώδοντος, electis auctoritate Codicum vocibus interiectis τὰς ἀποτόμους, quae variorum nobis pepererant coniecturas. VALCK.

bene ἐπὶ Ἀμαζονίδας, τὰς ἀπὸ Θερμ.) Edebatur *Aldi* exemplo τὰς Ἀμαζονίδας, τὰς ἀκροθίνας, τὰς ἀπὸ Θερμώδοντος; quorum ad τὰς ἀποτόμους multi merito offenderunt. Quid illa enim ad Amazonas? *Cornel. de Paun.* τὰς αὐχμηρὰς, *rigidas* et *severas* formavit. *Gronovius* τὰς ἀποθήτας, *tanquam funias et minime desiderabiles feminas.* De sententia *Io. Taylor* Lect. Lysiac. c. 4. fuerat, τὰς Ἀμαζονίδας, τὰς ἀπὸ Θερμωδοντίου ἀπὸ τῶν ἐπὶ Θερμώδοντος. Aliud secutus *Abreschius*; Dilucid. Thucyd. p. 655., verbarum seriem ordinabat, τὸ δὲ καὶ ἔργον ἐμὸν (καὶ) τὰς ἀποτόμους (ἐμῶν τὸ) ἔργον (τὸ) ἐς τὰς Ἀμαζονίδας, τὰς ἀπὸ Θερμ. *Quin et in thesauris factorum meorum illustrium habemus illud, quod adversus Amazonas gessimus.* addidit coniecturam aliam, quam ibi legi malim. Atque haec clarissime doctissimorum virorum divinationes, ex pravissimis τὰς ἀποτόμους anctae, extundunt. Quorum equidem divinationes, malui praeponere, quam ad examen revocare. Sentio enim cum *Galeo* τὰς ἀποτόμους in exilium agendas, quorsum ab aevi bonae fidei membranis ablegantur, fortasse etiam pluribus. *Florentiae* certe vir Celeb. nihil singulare enotavit, cuius quidem bibliothecae exemplari cum passim *Ask.* et *Pass.* consentiant, opinari, et illud τὰς ἀποτόμους non habuisse, licet. [Vide *Var. Lect.*] De *Parisiensibus*, quorum accurata non eandem exterpta, tacere debeo. [Ex nullo quatuor Codicum Parisiensium, quorum lectionibus satis diligenter excerpsi, mihi unquam licuit, eiusmodi ista importuna verba audire.] Abunde mihi videtur, corruptissimas voces ab optimis libris abesse, notas scribentis, uti opinor, incuria, ex continuo sequentibus. τὰς ἀπὸ Θερμ. vocibus. WESS.

ἐν τοῖς Τραγικοῖς πάσιν.) Ἐμοὶ μὲν οὐκ ἔδοξε τοῦτο, inquit *Cicero* Nat. Deor. III. 21. *Heroicis temporibus*, et ἐν τοῖς Ἡρωϊκοῖς χρόνοις *Diodorus* lib. XV. 79. Tu vide VII. 20. WESS.

ἐπιβουλὴν. Ista, οὐ γὰρ ἐπιβουλὴν ἔχοντες (φανεῖν ἐπιχειροῦσι) explanavit *Dawesius* in *Demosth.* p. 29. VALCK. — Reliquorum *Scriptorum* nihil promovet, quae proferuntur, quo-

prie *non praestat, non melius est*, i. e. *nil iuvat, inutile est*. Similiter comparativo utuntur, οὐ γὰρ ἄμεινον, pro οὐκ ὄφελος ἦν et πλέον τι ποιεῖν, *utile quidpiam facere, proficere*. Item οὐδὲν πρεσσύγειον (et πρεϊγμαίτερον) ἐστί. *S.*

26. ὥσπερ ἐστί) Corrigit *Abresch.* ὥσπερ ἦσαν, *veluti fuerunt*, sed parum necessaria, medicina. Mox [*tin.* τὴν ἐπιβολὴν τὴν τῆς] praepositionem (ad *Aristophanis* Acharn. vs. 6 τὴν ἐπιβολὴν τὴν τῶν Μαραθῶνι et εἶναι Μαραθῶνι μὲν ἔστ' ἦμεν, *tin.*) unae schedae, quas iubeo valere. WESS.

27 *seq.* ἀπὸ τοῦ ἐν Μαραθῶνι ἔργου) Campus *Marathonius* praecipua semper fuit Atheniensibus gloriandi materies, quia hanc de Persis victoriam soli reportaverant. Ea de re loquenti *Lycurgo* c. Leocr. p. 162, 13. dicuntur οὐκ ἐπὶ τῇ δόξῃ μέγα φρονοῦντες, ἀλλ' ἐπὶ τῷ τοιαύτης ἀξίαν πρᾶξιν. *Aristoph.* Equit. 1331. Τῆς γὰρ πόλεως ἄξια πράττεις, καὶ τοὺν Μαραθῶνι τροπαῖα. De *Aeschylo* morti vicino vid. *Pausan.* I. pag. 56. Apud *Thucydidem* I. 73. Athenienses, φαμὲν Μαραθῶνι μόνοι πρωτιστεῦσαι τῷ βαρβάρῳ: ubi notat *Wassius.* Hoc titulo *Critiae* designatur urbs Athenarum apud *Athen.* II. p. 38 C. Μετὰ ταῦτα Μαραθῶνι κατασταθέντα τρόπαια. Nomen itaque *Μαραθωνομάχων* Attici erat auribus iucundissimum; sed depravatis suae aetatis moribus saepius istius temporis *Μαραθωνομάχους* opposuit *Aristophanes*, et in Nub. vs. 985. Acerbe *Athen.* VI. p. 253. F. ταῦτ', inquit, ἦδον οἱ Μαραθωνομάχοι. VALCK.

31. ἐπιπέμψαντι ἔθνεα ἔξ τε καὶ πεντήκοντα) Satis gloriose. Annumerantur nobis nationes, Dario vectigales, lib. III. 90 seqq., isto numero plures. Hasne vero Marathonium in campum contra Atheniensibus, et navibus quidem servientis, (lib. VII. 95.) venerunt? Iustius adiungitur, non profecto decere τοῖσι ἔθνεσι στασιάζειν: adesse enim, οὐ τοῖς συμμάχοις στασιάζουσι, ἀλλὰ μαχουμένοις τοῖς πολεμίοις, uti *Plutarch.* Aristid. p. 326. a. WESS.

35. ἵνα δοκέῃ) Scribendum arbitror ἴν' ἂν δοκῇ: vel ἵνα δοκέοι: iungitur enim ἵνα, significans *ubi*, ut apud alios, sic apud *Herodotum*, indicativo modo. [Vide *Var. Lect.*] In eamdem sententiam Aristides loquitur *Plutarchi* T. I. pag. 326. a. Τὴν ἀρετὴν νῦν ἀφαιρῶνται τόποι, οὐδὲ δέδωκεν ἡμῖν ἐν ὑμῖν ἡμῶν τέλος ἐκτελεῖν, στερεοσώματοι κινοῦντες καὶ φθαίροντες καὶ κατισχύοντες τοὺς προπονηθέντας ἀγῶσιν. *Apud*

emendanda. H. pag. 208. v. Agesilaus, δεῖσαι, inquit, ἔτι κρείττονα κάκιστους ἄνδρας ἐπιόντας, ἀλλ' οἱ ἄνδρες τοὺς πόνους ἐκτρέπονται. VALCK.

CAP. XXVIII. τοὶ οἱ ἀρχὴν ἐλθόντες Ἕλλησιν] Hic Stephanus qu. Vallae. Latina mutavit in Aldo vitiosa, stantaque scripti codices resque ipsa addicunt. ἐν septem Helotis, [ἐν ἑπτὰ scr.] singulos Spartiatas stipantibus Helotis. Dialogi p. 197. E. et Aristid. p. 506. A. nihil dicam cordat. Vide supra c. 10. WESS.

(ἐκ δὲ τούτου ἐπὶ τοῦτο — ἐστόνας Ποτιδαιητῶν, etc.) Corinthii a Pausania impetrarunt, ut iuxta ipsos starent Potidaeenses. Nempe Corinthiorum colonia Potidaea erat. Vide Thucyd. I. 56. S.

9. 28. Πάλης δ' ἐν Κεφαλληνίῃ) Iustissime Laurentii Pallenaeus in Cephallenia nulli. Quarta urbium insulae Πάλη cives Thucydidi Πυλῆς, Attica dialecto lib. I. 27., aliis Παλῆς, Ionibus Πελίης. Lege Nob. Palmerii Graec. Ant. lib. IV. p. 528. Pausanias catalogo Graecorum, contra Mardonium ad Plataeas consistentium, Palenses non inseruit, sed ulios, hic neglectos, lib. V. c. 23. WESS.

CAP. XXIX. 3 seqq. σύμπαντες ἐόντες ἀριθμὸν τῆς στρατιῆς etc.) In hoc numero gravis armatumque militum ἄθροισις nihil inesse vitii liquet e sequentibus; primum enim praeter illos ψιλοὶ memorantur cum Spartiatis missi Helotes 35000, tum ceterorum Graecorum ψιλοὶ 34500. hi universi conficiunt 108200. quibus adiunctis tandem 8000 Thespienses summam implebant a 100000. Herodotus infra [cap. 30. 4.] τῶν Θεσπιέων τῶν παρεόντων ἐλαχίστους ἄνδρας ἀπολωλέναι. De his Graeciae libertatis stateribus intelligo Diodor. Sic. lib. XI. c. 30. ἦν δὲ ὁ σύμπας ἀριθμὸς τῶν Ἑλλήνων μὲν μυριάδες, qui forsan etiam conspexerat εἰς ἔλαττον: sed, quod addit, τῶν δὲ βαρβάρων εἴκοσι καὶ τετρακοσίας, longius etiam ab Herodoto recedit; iuxta quem [cap. 32.] illic βαρβάρων ἑκατὸν τετρήκοντα μυριάδες, praeter Graecos Persarum partes sequutos, quorum ad Plataeas fuisse Noster suspicatur τριῶν μυριάδας. Nostro loco memoratos ὀκτὼ καὶ ἑκατὸν ego quidem in capite superiori mendosis non repono, nemini duntaxat ambio. Utrum in Aeginetarum quinquaginta, et alibi vitium haereat, si Codices valentis congruunt, non facile definiri potest. Ad ista Herodoti

Pausaniae catalogum lib. V. [cap. 23.] p. 437. comparanti occurrent inter illos, qui Ἡλαταιᾶσιν ἐμαχέσαντο ἐναντίοι Μαρδονίου τε καὶ Μήδων, quorum nulla fit in hac *Herodoti* recensione mentio, Κεῖοι, καὶ Μήλιοι, - - - Τήνιοι, - - - καὶ Κύθνιοι. VALCK. — Quod in superiori capite se nonnisi 29700. ὁπλίτας memoratos reperisse Vir doctissimus ait; si recte subduxisset calculos, eandem summam 38700, quam praeferunt *Herodotei* libri omnes, reperturum fuerat. *S.*

[10 seq. ὡς εἷς περὶ ἕκαστον ἐὼν ἄνδρα, πεντακόσιοι ἐφ.) *Unus fere circa quemque virum, fuere* 54500. Si absolute et sine exceptione dixisset, *unus circa quemque virum*, numerus istorum leviter armatorum nonnisi 53700 fuisset. Nunc intelligi par est, (quod etiam alioquin credibile erat) nonnullis ex numero ὁπλιτῶν, de quibus hic agitur, duo aut plures leviter armatos, aliis vero nullum fore tasse, praesto fuisse. *S.*]

13. καὶ ἑνέα χιλιάδες) Utrum scribarum socordia, an alia culpa, haec in codicibus paucis non adpareant, quaerere nolo. Absunt male, si τῶν ψιλῶν praescriptus numerus labe caret. Potest disputari, cum Spartani (erant autem ad quinque millia) septenos, et Graeci reliqui singulos iuxta se ψιλοὺς viderint, amplior-ne levis armaturae militum catalogus poni debuerit? Nihil tamen momenti isthic inmovent. WESS. — Vide proxime ante nobis notata. *S.*

CAP. XXX. 1. ἄπλα δὲ οὐδ' οὗτοι εἶχον) *Qui hoc ipsi arma habebant* Interpres; cui quidem ἄτμητ εἰ ἀσπίδες fuerint, ἀτείμητον unquam Latinis, monente *Salmasio* ad *Flor. Vopisci Aurel.* c. 7, insons erit. Revera hi Thespienses ita levi erant armatura, ὡς ὁ ὅπλων, qualem in *Heliodori* Aeth. lib. IV. p. 171. *Pausanias* illos ἑπτακοσίων ὁπλιτῶν σπαρῆ τοῦδον lib. IV. cap. 27. hos *Polybius* crebro τὴ δορὰ τῶν ὁπλιτῶν lib. I. 76. adpellat. Conf. ad *Diodor.* XIV. 25. WESS.

CAP. XXXI. 1. ὡς ἀπεκόπησαν ὑπὸ Μαρδονίου) *Cum Mardonii* manum *effugere desierant.* Publicum Persarum luctum supra narravit c. 24. Verbum ἀποκόπτεσθαι, *fortes non imitari*, omissum in *H. Stephani* Thes. nec-ne vir Clar. exacte *animadvertit.* Istam multis verbis vim indit praepositio ἀπὸ. Sic *Thucydid.* II. 89. ἀπολωλεκότες τοὺς πλείστους

ἀλγεῖν e Scholiis interpretatur *Suidas*; qui conferri poterit in Ἀποπιπόνηκας Ἀποκεκμαικαλισμένος Ἀπεμπίσας et in Ἀποκαθυδάξαι horum primum Ἀποπιπόνηκας ex *Aristophane* est Thesmoph. vs. 252. *Luciani* Lexiphanes §. 4. ἀπειρθριάσεως πονήσει τοὺς ὀφθαλμούς. *Menander*, Ἀπειρθριᾷ πᾶς, ἐρυθριᾷ δ' οὐδείς ἔτι, apud *Stobaeum* p. 212, 50., in cuius p. 585. sic scribendi videntur *Alexidis* senarii: Πολλή γ' ἀνάγκη καὶ τὸν ἄνδρ' ἀποζῆσαι Πιθάνιστον, ἀφυβρίσαι τ' [·] ἀπαντήσαντα δὶ Σκληρὸν γενέσθαι, καὶ κατατρῶσαι πάλιν. VALCK. — De *Alexidis* versiculis conf. *Athen.* lib. II. p. 36. e. *S.*

8. ὅ, τι μὲν ἦν αὐτοῦ δυνατώτατον) Sermo de Persis; quorum quod *robustissimum* contra Lacedaemonios Mardonius opposuit, quod infirmius vero contra Tegeatas. Nonne ergo ὅ, τι μὲν ἦν αὐτῶν etc. quae elegans Cl. *de Pauw* coniectio? Alioqui τὸ δυνατώτατον τοῦ στρατοῦ lib. VIII. 34. WESS. — Vulgatum αὐτοῦ tenent scripti libri omnes. *S.*

20. Ἀμπρακιήτας) Recte hic et c. 28. ex Ionum ore, quo et Μαιῆται, Μαιῆτις, aliorum Μαιῶται ac Μαιῶτις, lib. IV. 125. Solo *Stephano Byz.* decretum in Ἀμβρακίᾳ probari ab *Arch.* et *Vind.*, quod in Ionia invalidum iustius sprevisset. WESS.

25. ἀλλά τινες αὐτέων) Cum his utique proxima iungenda sunt, ἀλλά τινες αὐτέων καὶ τὰ Ἑλλήνων πλέον. [Nempe in ed. *Gron.* et superioribus *post* αὐτέων interposito *puncto* distinguebatur oratio, quod etiam in ed. *Wess.* propagatum.] Sed miror quomodo hi Phocenses dici possint [fin. 26.] περὶ τὸν Παρνησὸν κατειλημένοι: qui supra VIII. 32. ἐς τὰ ἄκρα τοῦ Παρνησσοῦ ἀνέβησαν, quique hoc velut receptaculum habentes illinc ὁρμώμενοι ἔφερόν τε καὶ ἦγον τὴν Μαρδονίου στρατιήν. Praestiterit et hoc loco una litera minus scripsisse κατειλημένοι. Huc spectant ista *Plutarchi*, de *Herod.* Malign. p. 868. B. οὐτος ὁ Ἡρόδοτος ὥσπερ ἐκβεβοηθὼς ἐν τοῖς Πλαταιϊκοῖς ὁμολογεῖ καὶ Φωκέας παραγενέσθαι τοῖς Ἕλλησιν. VALCK.

26. περὶ τὸν Παρνησὸν κατειλημένοι) Solet montis nomen ita scribere; participium, postulante sermonis indole, itidem. Vertebant, *apud Parnassum deprehensi*: e quibus tandem Κατειλημένοι, *conclusi compulsique* erant. Supra VIII. 27. ἐπὶ τε γὰρ κατειλήθησαν *Phocenses* ἐς τὸν Παρνησὸν ὑπὸ Θεσσαλῶν p. 821. Eaque est librariorum, ἀναλημμένοι, κα-

πεπλεγμένους, et ἀναπλεγμένους, καταπλεγμένους, confundentium. Vide lib. II. 141. IX. 69. etc. WESS.

CAP. XXXII. 7. εἴ τι Ἑρμοτύβιος etc.) De his lib. II. 164. εἰ δὲ μάχιμοι αὐτέων καλέονται μὲν Καλασίριές τε καὶ Ἑρμοτύβιες. Profecto non illi μαχαιροφόροι, quod vetus interpunctio volebat, nuncupabantur, sed armaturâ erant tali. Rem vidit *G. Cuperus* Epist. ad *N. Heinsium*, Sylloge Epist. *Burmanni* T. II. p. 690. WESS. — Perperam olim post Καλασίριες incisa erat oratio, iunctis verbis κεκλιμένοι μαχαίρεσι. *S.*

15. ὡς δὲ ἐπεισπάσαι) Dubitabam in *Diss. Herodot.*, hoccine, an pristinum ἀπεισπάσαι, amplecterer? Caussâ ampliatâ, *Gronovii* in partes ivi. Inconcinnum huic certe loco ἐπισπάσαι, in assimilando et comparando solens: opportunius omnino videtur, ex melioribus advocatum memoranis. *Aeschyl.* Choëph. 976. φίλοι τε καὶ νῦν, ὡς ἐπεισπάσαι κλύειν: et Supplic. vs. 252. καὶ τἄλλα πολλ' ἐπεισπάσαι δίκαιος ἦν. *Sophocles* Oed. Colon. vs. 17. χὤτις δ' ἔδ' ἱερός, ὡς ἐπεισπάσω, θεῶν δείσῃς: namque sic Musti, *H. Stephano* notante. Eadem in fabula vs. 147. δυσταῖον, μακραίων τ' ἔθ', ὡς ἐπεισπάσω. In *Trachin.* tamen vs. 144. Πανσῆμον μὲν, ὡς ἐπεῖν πάσας, πάρα, nec citra Codicum discordiam, qualis et in aliis. Illa vero Sophoclea absentium τοῦ ἐστὶ ab *Arch.* legitimam declarant. Numerum autem exercitus Persici auctum qui cupit, *Diodorum* XI, 30. adeat. WESS.

CAP. XXXIII. 5. καὶ γένος τοῦ Ἰαμιδέων Κλυτιάδῃ ἐὸν) *F. Ursinus*, vir doctissimus, ad *Ciceron.* Divin. libl. l. 41. τῶν Ἰαμιδέων καὶ Κλυτιαδῶν citat, haud scio unde. *Cicero* ex *P. Victorii*, *Ursini*, *P. Leopardi* excellente auxilio: *Elis in Peloponneso familias duas certas habet, Iamidarum unam, alteram Clytidarum, haruspicinae nobilitate praestantes.* Iam si Tisamenus fuerit *Clytiades* et τῶν Ἰαμιδῶν; quemadmodum apud *Pausan.* lib. III. c. 11. p. 232., oportet, adfinitate nexae fuerint familiae, paterque eius ex Clytiadis. Vide *Pet. Victorium* Var. Lect. XIII. 15. et *P. Leopardum* Emend. IV. 18.; neque λεωφόρτων [*lin.* 6.] praetervide, nec εἰ πολίτην εὐθύτερον, uti deinceps. [*lin.* 19.] Vir doctus [*Reiskius*] disiunctâ voce, λεῶ σθένος, alii componunt *Hesychii* λεώθρους· ἀνεμέρους, ἀγρίους ἐξωθουμένους, quae, modo λεώ denibus et *Hippocrati* de *Galeni* et

Erotiani opinione fuerit παντελῶς, aliorsum pertinebunt. WESS.

Ibid. γένος τοῦ Ἰαμιδῶν etc.) Quum *Elis in Peloponneso familias duas certas* habuerit, *Iamidarum unam, alteram Clytidarum, haruspicinae nobilitate praestantes*, ut scribit Cicero de Divin. I. 41., Tisamenum ἰόντα Ἠλεῖον, καὶ τῶν Ἰαμιδῶν, meo quidem arbitratu dicere non potuit Herodotus Κλυτιάδων: ut mirer, de Clytidis et Iamidis agenti *Leopardo* Em. lib. IV. c. 18. hunc *Herodoti* lapsum inopinae non fuisse suspectum. Ad ista, γένους Ἰαμιδῶν, adscribi potuit a lectore, τοῦ Κλυτιάδων, sive ἢ Κλυτιάδων. Sed *Iamidam* fuisse *Tisamenum* liquet ex *Pausan.* III. p. 232. qui, *Herodotum* in his sequutus, Τισαμενῷ, ait, ὅτι Ἠλεῖος τῶν Ἰαμιδῶν λόγιος ἐγένετο: memorans item IV. p. 317. Εὐαγγέλου ἔστιν Ἠλείου τῶν Ἰαμιδῶν: VI. p. 454. Thrasybulum ex eadem familia, et p. 495. vatem Eperastum τοῦ Κλυτιδῶν γένους. Infra *Herodoto*, c. 37., Graecum vatem secum habuisse dicitur *Mardonius* Hegesistratum, ἄνδρα Ἠλεῖον τῶν καλεομένων ἐπὶ τὰ Ἑλλανόδικα ἰόντα. Triplex hoc genus, οἱ Ἰαμίδαι, καὶ οἱ Τελλιάδαι, καὶ οἱ Κλυτιάδαι, ubi memorantur *Philostrato* de Vit. Apoll. lib. V. c. 25. Infelix prostat *Olearii* coniectura, nascentis veram lectionem iam demonstrasse *Kühnium* ad *Pausan.* p. 800. VALCK.

ἐπ' ἀγαθῷ τῷ ἑωυτοῦ) Suspectum videri poterat τῷ ἑωυτοῦ: mirum certe, quod *de prole* consulenti *Tisameno* haud nihil, quod ad prolem proxime pertineat, respondit oraculum. At, si ita vel Pythiae vel personatio pia cultui Apollinis, nostrum, puto, non est rationem facti ab illis reposcere. S.

τὸ κε. ἀγὼν ἐν Ἑλλάδι ἔσεσθαι etc.) Luctā victus abiit, octoque adhuc quinquertio superaturus Hieronymum Andrium, *Pausania* testificante lib. III. 11. *Vallae* in his lapsum indicavit *Pavius*, correxit *Gronovius*. ἀγὼν in talibus *excludere*, ex *G. Budaei* praecepto, *Casaubonus* ad *Strabon.* X. p. 706. [p. 1015.] docuit; quod *Palmerium*, nimium hic anxium, *videsis* (*Exercitt.* ad *Graec. Auctor.* p. 46.) latinisse. Ecce *Dionys.* in Aristocrat. pag. 331. Ed. *Taur.* Ἀλλὰ τὰ μὲν ἄλλα ἐῶμεν ἀγῶνα ἔχειν, τὸ δὲ θέατρον ἐπιδεικνύναι τοῖς ἐπὶ τὰ καλλιστεῖα καθεζομένοις, ἐκ κεφαλῆς ἔφη, τοῦ ἀγῶνος ἀπαλλαγήσεσθαι. Ac quamvis *Herodotus* neque fugit doctissimum *Bergerum*, Die

Cyrop. Or. IX. p. 141. D. ὥστε, ἵνα, παρ' ἓν μόνον βῆμα εὐδαίμων γένοιτο: *uno gradu, quominus beatus censeatur, vincatur.* WESS. — Rariori hoc usu praepositionem παρὰ adhibuerunt *Isaeus* et *Demosthenes*: ille pag. 41, 36. παρὰ εἴκοσιν ψήφους μετέσχε τῆς πόλεως, hic c. Aristocr. p. 436. Κίμωνα - - παρὰ τρεῖς μὲν ἀφεῖναι ψήφους τὰ μὲ θανάτου ζημιῶσαι: hoc ante dixerat p. 430. τρεῖς δὲ μόνον ἀφεῖναι δέοντας τὸ μὴ θανάτου τιμῆσαι. *Herodoti* Tisamenus *Olympiacum* quidem certamen quinquertii palmam reportasset, nisi lucta fuisset ab *Aeginetā Hieronymo* superatus: παρ' ἓν πάλαισμα, *unā luctā exceptā.* Herodotea *Pausanias* explanavit p. 230., cuius verba huc commode retulit *Palmerius*, frustra dubitans de loci integritate, quem non male *Portus* tractavit. VALCK. — Eadem fere praepositionis παρὰ vis et ratio est in pervulgata formula τὸ παρὸν, *propemodum*, nempe *exceptis minutis momentis.* S.

ἐν γοῦν τοῖσι τῶν πολεμίων) In *Vallae* correctis Latinis, *duæ bellicorum certaminum*, adscita ex praegressis ἀγώνων vocabulo, id si nolueris, ἡγεμόνα τῶν πολέμων, prioribus non posterius, scripta suppeditabunt exempla. Atque hoc *Reiskius* praecepit. WESS.

ἐν τοῖσι ἐμπόροισι) Verbum de mercatoribus eximie adhibitum *qui annonam incendebant*, *Vallae* manus intellectum, recte iam cenerat *Portus*: ab *Herodoto* transsumsit *Dion Cass.* quod *Suidam* in *Arrium Dionis* enim esse locum monuit nuper Clar. *Toupius* Em. in *Suida* pag. 221. Apud eundem *Dionem* XXXVIII. 5. Pompeius dicitur ἐπιτιμᾶν τοῖς ἐμπόροις, ἅτε τὸν σῖτον ἐπωνουμένοις. Idem illud frequentius dicebatur ἐπισιτισμός. vid. Clar. *Ruhnken.* ad *Timaei* Lex. p. 84. Mich. Ki

τῶν δὲ ἐμπορέων τε) Hoc multo tritius. Vid. c. 52. et 92. WESS. — At vidimus tamen etiam III. 54. 23. κλαίειν τε καὶ ὀδύρεσθαι τὸν τοιοῦτον, et VII. 5. πολλὸν ἀπόπροσθε ἐκείνου. Quare videndum ne et h. l. ἐμπορέων potuerit ferri, et hoc ipso, quod minus tritum est, debuerit etiam. S.

μετέσχον τῆς χρησμοσύνης) Χρησμοσύνην interpretantur *oraculum*, quo iure, nescio. Spartani profecto Delphico vati longe erant addictiores, quam ejus ut responsa fincta fuerint. Potius arbitror, *usuram* Tisameni, auxilique ejus insuper habuisse, cum nimia sibi expeteret. Sola Heracliteae philosophiae quid χρησμοσύνη, *vatis* et *vaticinii*

digentia, fuerit, obiter *Philo Iud.* explicat lib. II. Allegor. p. 62. ., ubi doctissimus *Mangeius*. WESS. — Suffragatur *Wesselingio* doctissimus *Schneider* in Lex. crit., citans etiam *Plutarchi* libellum de EI delphico c. 9. (T. IX. ed. *Hutten* p. 229.) monensque *desiderium* etiam intelligi posse. Equidem hic χρησμοσύνην, ut apud Poëtam μαντοσύνην, intelligendum putavi *vaticinandi artem*. Alteri tamen interpretationi patrocinari videtur quod ineunte cap. 35. legitur, Σπαρτιῆται, ἰδέοντο γὰρ δεινῶς τοῦ Τισαμενοῦ. *S.*

24. καταίνων μετιόντες) μετιέντες, *de sua pertinacia remittentes*, ex opinione *Reiskii*. Malui. Codicibus monstrantibus, μετιόντες, *illum arcessentes*, sicuti lib. III. 15., nec discrepat clar. *Abreschii* coniectura. WESS.

25. νῦν οὕτω, ἴδοι. ἴτι ἀρκίσθαι) Hunc locum supra attigi ad lib. VII. c. 160. VALCK.

26. τὸν ἀδελφεὸν ἑωυτοῦ Ἡγίην) Memorat Ἀγίαν, sive Ἀγίαν μαντευόμενον Ἡρακλέῃ in praelio ad Aegos flumen, nepotem Tisameni, *Pausan.* III. 11., unde usitatum familiae id cognomen: hinccine vero Ἀγίαν τὸν ἡγεμόνων τινὸς *Timaeus* Lexico suo p. 8. addiderit, in ambiguo Cl. *Ruhnkenius* iure reliquit. WESS.

CAP. XXXIV. 1-3. Ταῦτα δὲ λέγων εὖτος ἐμιμέετο Μελάμποδα, ὡς εἰκάσαι, βασιληίην τε καὶ πολιτηίην αἰτεόμενος) *Melampoda Tisamenus* Herodoto dici non potuit *imitatus βασιληίην τε καὶ πολιτηίην αἰτεόμενος*, sed αἰτεόμενον, quod Reiskio venit in mentem et *Koenio*, qui tamen scripsisse potius Nostrum suspicabatur, βασιληίην δὲ ἀντὶ πολιτηίης αἰτεόμενον. VALCK. — Αἰτεόμενος cupidissime docti Viri *Reiskius* et *Pavius* αἰτεόμενον reformant, quippe Tisamenum spectans, Lacedaemoniorum ius civitatis, non regnum, sibi postulantem. Diceres plausibilem videri suspicionem. Quid si vero interpungatur, ὡς εἰκάσαι βασιληίην τε καὶ πολιτηίην, αἰτεόμενος, *ut regnum et ius civitatis conparem*, rogans, quae *Abreschii* observatio, opusne emendatione? *Tisamenus ius Spartanae civitatis quaerebat, Melampus partem regni Argivorum*: pares ambo cupiditate habendi, valde dispares in re desiderata. WESS. — Miteris a Viro doctissimo, quum vel nimis acclare vidisset, tamen et in graeco exemplo pravam vocabulorum distinctionem, et in latina versione absurdum illud *regnum partes et civitatem poscendo*, tenuisse.

Ἐμιμήσατο Μελάμποδα αἰτιήμενος, *postulato isto imitatus est Melampodem. Schaeferum* prudentissimum virum, non dubito, si splendidam *Herodoti* editionem, quam imperfectam adhuc reliquit, adiectâ nonâ Musâ absolvere ei placuerit, eamdem nobiscum in constituendo interpretandoque hoc loco rationem esse probaturum. *S.*

12. τὸ τριτημόριον τῆς βασιλείας) Largiti sunt Melampodi, gratiam rependentes, Argivi τὰ δύο μέρη τῆς βασιλείης, Melampus vero cum fratre Biante portionem suam communicavit: haec *Diodorus* lib. IV. 68. Clarius Critici ad *Pindari* Nemeon Od. IX. 30. purgasse Melampodem Proetidas ceterasque furore agitatas μισθῷ τῶν δυοῖν μοιρῶν τῆς βασιλείης. Sibi servasse τὸ ἥμισυ, alterum dimidiatum Bianti ultro concessisse, ὥστε γενέσθαι τὴν ὅλην βασιλείαν τριμερῆ, *Melampodidas, Biantidas, Proetidas.* Tot illic deinceps regiae familiae, sed legitimae. Vid. *Pausan.* II. 18. WESS. — Praeter *dimidium regni*, quod sibi *Melampus* postulaverat, insuper fratri suo postulavit *tertiam regni partem*, nempe tertiam partem dimidiati regni quod Argivis superesset, adeoque sextam partem totius. Igitur, quandoquidem conditioni subscripserunt Argivi, accepit Melampus cum fratre quatuor sextas partes, id est duas de tribus partibus totius regni, ut *Diodorus Sic.* ait et *Pindari Scholiastes. S.*

CAP. XXXV. 6 *seq.* μοῦνοι δὲ δὴ πάντων etc.) Neminem habuit *Cragius*, quem iure opponeret *Herodoto*, ut egregie *Io. Meurs.* ostendit Misc. Lac. IV. c. x. Tisamenus et frater eius Hegias sic in Laconicam fuere civitatem recepti, ut eodem uterentur iure, iisdemque gauderent privilegiis, quibus prae reliquis Lacedaemoniis fruebantur Spartiatae. *Quibus Lacedaemonii victoriam reportarunt, quinque praelia* [*lin.* 7 *seqq.*] hinc eodem ordine recensuit *Pausanias* III. p. 233. In ceteris nihil est difficultatis; quarto loco memoratum [*lin.* 11.] exercuit *Ioach. Kühnium* et *Iac. Palmerium*; huius mihi in *Herodoto* verisimilis videtur coniectura, corrigentis Μεσσηνίων ὁ πρὸς τῷ Ἰθώμῃ: sed in *Pausania* neutrius placet tentamen. VALCK.

ἄλλο ἀ. πρὸς τῷ Ἰσθμῷ) Bellum Spartanis Messenii una cum Helotis, occupatâ *Ithome*, conflarant: isthic res gesta in decem annos, longissime, ab *Isthmo*. *Thucydides* lib. I. 101. et *Diodorus* lib. XI. 64. testes sunt. Ergo ὁ πρὸς τῷ

Ἰθώμῃ, ad *Ithomen*, veritati, *Palmerio Pavioque* observantibus, congrueret. *Pausanias*, haec Herodotea apertissime aemulatus, nonnihil impedit. Laconic. c. 11. τέταρτον δὲ ἠγωνίσατο *Tisamenus* πρὸς τοὺς ἐξ Ἰσθμοῦ Ἰθώμην ἀποστήσαντας ἀπὸ τῶν τέλων. *Isthmum* enim *Ithomen*que paene coniungit, nec sine suspicione reperti in *Herodoto* Ἰσθμοῦ, *Isthmi*. Sic maculae origo *Pausaniam* anteverteret; namque, mendum esse, nullus dubito. Illa vero *Pausaniae* an extra labis culpam? *Palmerius* Exercit. ad Gr. Auct. p. 41. negat, scribendum opinatus, ἐξ Αἰθίου Ἰθώμην ἀποστ. quoniam inter rebellantes, qui Ithomen occuparunt, apud *Thucydidem* Αἰθεῖς, sive, uti *Steph. Byz.* citavit, Αἰθαιεῖς. At illorum Αἰθαία, *Aethaea*, oppidum, Ethnicographo auctore, non Αἰθεῖς. *Pavius*, cui *Pausanias* itidem vitio notabilis, fingebat πρὸς τοὺς ἐς Ἰσθμοῦ Ἰθώμην ἀποστήσαντας τῶν εἰλώτων. *Ithomen Isthmi*, quippe in Peloponneso atque intra Isthmum positam, discretamque tali notatione ab Ithome Thessaliae. Bene ego memini, *Ithomen* montium (ὀρέων ὑπὲρ ἀκρὴ ἐντὸς ἔστι Ἰσθμοῦ) nulli magnitudine concedere, ex Messeniac. c. 9.; *Ithomen Isthmi* non reminiscor. Si *Pausaniae* voces ἐκ Ἰσθμοῦ, ex corruptis Herodoteis fortasse additae, abiicient, in *Pavii* correctionem studio inclinarem. Alia doctissimus *Kühnius*. Quomodo autem cunque de *Pausania* statuetur, hic πρὸς τῇ Ἰθώμῃ, *ad Ithomen*, oportuerat. WESS. — Vide *Var. Lect.* Quum articulum ignorent probati libri; paullo erat proclivior aberratio a πρὸς Ἰθώμῃ τῇ πρὸς Ἰσθμῷ, quam a πρὸς τῇ Ἰθώμῃ in πρὸς τῷ Ἰσθμῷ. Quod si aliunde constaret, non solum Ἰθώμην, sed et Ἴθωμον nomen fuisse oppido, de quo agitur, aut saltem monti, cui illud adstructum erat; in promtu foret ut suspicaremur, in Ἰθώμῳ scripsisse *Herodotum*: quo posito, multo etiam proclivior futurus fuisset librariorum lapsus. *S.*

CAP. XXXVI. 2. ἀγόντων τῶν Σπαρτιητέων) Ineptus interpres in *Spartiatarum tunc ductor*. [Quo magis miseris, tales ineptias in Latina versione Graecis adiecta, intactas reliquisse Virum praestantissimum.] Pausanias imperator erat; *Tisamenus* vates, ab illo et Spartanis *hoc in bellum* ad Plataeas *ductus*. WESS.

CAP. XXXVII. 3. ἐχρέετο perperam mutabatur, ἐχέατο numero multitudinis est, sicuti *insiore* VIII. 113.

περιγίνεται V. 104, bonis, uti arbitror, avibus instaurata. WESS.

4. Ἡγησίστρατον, ἄνδρα Ἠλεῖον) Mirum valde, *Hegesistratum* Ἀρκαδικὸν μάντιν *Plutarcho* dici T. II. p. 479. B., quem Elide ortum et *Telliae* vaticini (lib. VIII. 27.) filium, aut nepotem certe, novimus. WESS.

9. πιεσόμενος πολλά) Pristinum πησόμενος non abiiciebam in Diss. *Herodot.* ob *Aeschyli* versum, πρὸς κέντρα μὴ λάκτιζε· μὴ πήσας μογῇς, Agamemn. 1633. et πήσομαι *Etymologi* p. 624, 50. Dicta non urgeo, quoniam πεσόμενος ex πιεσμένος scribarum saepe peccato progignitur. Exempla in *Heliodoro* monstravi, nec repeto, hic meliores Codd. secutus. WESS. — De verbi formatione πήσομαι passim in probatis codicibus pro pervulgata πίεσομαι reperiunda, neque praecise damnanda, consuli possunt quae in *Var. Lect.* et in Lexico *Polyb.* voce Πάτχω notavi. Certe a prisco verbo πήθω, unde est Aor. 2. ἔπαθον, et nomen πῆμα, legitime πήσομαι formatur. Conf. Etymol. M. p. 662, 15 *seq. S.*

10. ἐδέδετο ἐν ξύλῳ σιδηροδέτῳ) Ξύλον σιδηρόδετον, cui vatis inserti innexique pedes, illustrat *S. Petitus* ad *Leg. Attic.* lib. IV. 9. p. 461. et ad *Act. Apostol.* XVI, 24. *Wetstenius* aliique. WESS. — Quâ formâ, quâve structurâ fuerit illud compedis genus, quod hic *Herodotus* dicit, non liquet, mihi quidem. Si idem intelligatur genus, quod κοινὸς vulgò nominabatur, colligi ex *Aristoph.* Plut. 276 *seq.* videtur, fuisse *lignum* hoc *cruri* hominis circumdatum: hic vero haud adparet, quo pacto, praecisio ταρσῷ, id est, anteriore pede, manente talo, extricare homo reliquum pedem e compede potuerit. Superest ut intelligamus, ipsum *pedem*, quocumque tandem modo, fuisse *compede constrictum*. Quo spectat *lignea* illa *solea*, qua constrictum fuisse parricidam quemdam apud *Ciceronem* legimus, de *Invent.* II. 50. et ad Herenn. I. 13. Quam in partem *Valla* Scriptoris nostri verba his latinis expressit, *ut erat, ligneis atque ferratis soleis vinctus*: erudite sane et percommode, nisi quod rectius *ligneâ soleâ* singulari numero dicturus fuisset. Imperite vero et absurde *Gronov.* (cuius interpretatio a *Wessel.* repeti non debuerat) *ut erat constrictus, nervis ferro vinctis.* Caeterum haud immerito mireris, quid sit quod eodem ferro, quo et dimidiatum sibi pedem hic

hemo praecidit, et murum carceris perfodit, non ipsam discindere dissolvereque compedem potuerit. *S.*

24 *seq.* προσποιησάμενος ξύλινον πόδα) *Quum ligneum sibi pedem adscivisset. Plutarch.* de Frat. Amore p. 479. B. ὁ Ἀρκὰς μάντις ἀναγκαίως πόδα ξύλινον προσποιήσατο καθ' Ἡρόδοτον, τοῦ εἰκείου στερηθείς: sed Eleus fuit Hegesistratus vates, non Arcas. Hinc vero verbi medii potestas clarissime liquet: *alteri quid attribuere*, vel *acquirere*, *Pausaniae* frequenter dicitur aliisque προσποιῶ. VALCK.

27. συγκεχυμένον) Vir doctus, [*Reisk.*] cui in opinionem inciderat συγκεκριμένον, aut, eodem sensu, συγκεκριμένον, prudenter sententiam mutavit. Dudum *Portus* ἔχθος συγκεχυμένον idem esse, ac *odium casu fortuito susceptum*, patefecit. WESS. — At nil opus est ut *fortuitum casum* urgeamus; quae notio nec per se verbo huic inest, nec huic loco admodum congruit: satis fuerit intelligi *odium quod illi acciderat*, id est, *quod ille conceperat*. Possit tamen fortasse, nec incommode, eum *Reiskio* fere intelligi *odium quoeumque demum casu ipsum inter et Lacedaemonios conflatum. S.*

32. κατά τι τὸ ἔχθος τὸ Λακεδαιμονίων) Est idem ἔχθος τὸ εἰς Λακεδαιμονίους, de quo paulo ante: quo modo alia in re *Diodorus Sic.* τὴν εὐεργεσίαν τῆς γυναικὸς, *benivolentiam erga mulierem*, lib. XVII. c. 24. ubi observata vide. WESS. — Similiter apud Nostrum III. 136. 8. ἐκ ἐπιστώσης τῆς Δημοκήδους, *indulgentiâ adversus Democedem*. Conf. *Valck.* ad VIII. 30, 4. *S.*

CAP. XXXVIII. 5. Τιμηγενίδης ὁ Ἔρπυς) Eo nomine patriae flagitiosus proditor omnium librorum consensione c. 85. *Pausaniae* Τιμαγενίδης idem lib. VII. 10. Optimus dux itaque *Arch.* codex. WESS.

CAP. XXXIX. 5. αἱ ἐπὶ Πλαταιῶν φέρουσι) Aditum ex Cithaerone Plataeas versus *Pausanias* IX. 2. p. 715. patefecit: Δρυὸς κεφαλαὶ, *Capita quercus*, et fabulosum tituli originem *Philostratus* Icon. lib. II. 19. fin. post *Thucydid.* III. 24. Τρεῖς κεφαλαὶ non memini. Plura Boeotiae loca sunt, raro apud alios obvia. *Livii* lib. XXXV. 50. *Hermaeum*, modo tamen bene habeat, ubi reperitur? Nam Ἑρμαῖον ἐν Κορωνείᾳ τῆς Βοιωτίας τόπος *Eustratii*, aut *Anonymi* potius in Ethic. *Aristotelis* III. p. 46. a Liviano remotior. Ibidem ex *Cephissodori* lib. XII. περὶ τοῦ Ἱεροῦ πολέμου et

Anaximenis IV. Rerum Philippi, *Ephori*que lib. XXX. dicuntur Coronenses cum Boeotiis ἐκ τοῦ μετὰ τείχου in Phocenses pugnasse. Quale vero id oppidum? Μετάτοιχον nemo novit. Sit Μετάχωον: quis illi testis, praeter *Steph. Byz.* ex eodem *Ephori* lib. XXX.? Insunt illi narrationi, historiam sacri belli et *Onomarchum*, qui semel ibi atque iterum mendosissime ὁ μάναρχος ὁ Φωκεύς, spectanti, memorabilia complura, sed aliena et nunc negligenda. WESS.

10. καὶ ἀνθρώπους) *Servos* qui intelligunt, fruantur arbitrio. Quem *Galenus* Praecognit. p. 458. suum dixerat οἰκέτην, de eodem μηδὲ ὁρῶντες τὸν ἡμῖν ἄνθρωπον ἐν Ῥώμῃ. Consimiliter alii, a doctis ad *S. Lucae* Evang. c. XII, 36. advocati. Hic nec excluduntur, neque soli in periculum veniunt. WESS.

12. ὡς δὲ ἄδην εἶχον) Excitat ista *Suidas* in Ἄδην, verbis subiecta *Platonis* e Charmide p. 153. c. ἐπειδὴ δὲ τῶν τοιούτων ἄδην εἴχομεν: cuius haec sunt in fine lib. VII. de Rep. ἄδην ἤδη ἔχουσιν ἡμῖν οἱ λόγοι περί τε τῆς πόλεως ταύτης καὶ τοῦ ὁμοίου ταύτῃ ἀνδρός. Frequenter obvia phrasis propria legitur potestate apud *Athen.* IV. p. 128. E. ὡς ἄδην εἶχομεν βρώσεως. Utitur Herodoteis Clar. *Ti. Hemsterhusius* ad *Lucian.* [Nigrin. c. 13.] p. 52. VALCK.

CAP. XLI. 1. οὐδὲν ἐπὶ πλεῦν) Recte, ni fallor, corrigit in litteris ad me datis *Koenius*, οὐδὲν ἔτι πλεῦν ἐγίνετο τούτων: quae eadem infra leguntur c. 107; et c. 121.; nisi quod πλέον ibi sit pro πλεῦν. VALCK. — At vide V. 120, 6. et VI. 42, 1. ibique notata. *S.*

2. ὡς δὲ ἑνδεκάτη ἐγεγόνεε ἡμέρη ἀντιστατημένοισι ἀλλήλοισι) Duo forte postrema aliis etiam aberunt Codicibus, *Vallae* non lecta: iam ante dixerat c. 38., ἡμέραι δὲ σφι ἀντικατημένοισι ἤδη ἐγεγόνεσαν ὀκτώ. Paulo post Mardonius περιημέκτεε τῇ ἕδρῃ, [*lin.* 4 *seq.*] *moram istam ferebat impatienter*; ut milites apud *Thucyd.* dicuntur ἀχθόμενοι τῇ ἕδρᾳ, lib. V. c. 7. ubi notat *Wasseus.* VALCK.

9. Ἀναζεύξαντας - - - τὸν στρατὸν) Unicum talis structurae exemplum in *H. Stephani* Thes. T. I. 1395. ex Musae VIII. c. 60, 1. μηδὲ - - - ἀναζεύξῃς πρὸς τὸν Ἰσθμὸν τὰς νῆας. Adstrui hoc potuerat, et cap. 57. ἀναζεύξαντας τὸ στρατόπεδον εἶναι ἐς τὸ etc. Quem post paucissima videbimus [*lin.* 11.] χόρτον τοῖσι ὑποζυγίοις, eundem pari forma τοῖς ἵπποις χόρτον

Diodorus XVI. 41. χιλιὰν κτῆσιν *Philo Iud.* Quod omnis Probus Liber, p. 873. A. et *Heliodorus* Aeth. VIII. p. 398. scripserunt. WESS.

19. καὶ Θηβαίων γνώμη) Adi ad cap. 2. Calliopes. Puto ex praecedente consultatione, et Artabazi (laudatissimi viri lib. VIII. 127.) sententia, uberem iam tum proditorum in Graeciae urbibus pullulasse proventum: qui quidem successit laetissime Philippi Macedonis aevo, quando *Demosthenes* Or. pro Coron. p. 145. παρὰ γὰρ τοῖς Ἕλλησιν, οὐ τὰ ἴσα, ἀλλὰ πᾶσιν ὁμοίως, φοβερὸν πρόδοται, καὶ δωροδόκοι, καὶ ὅσοι ἐχθροὶ, ἀνεξέλεγκτοι, φίλοι γενέσθαι etc.; ubi Orator non dissimulat, superiore memoria haud paucos fuisse. Quin *Herodoto* horum aliquid subolueris, haud negaverim. WESS.

24. ἔτι πλοῦτος τῶν συλλελεγμένων) Nolo tot Codicibus, *proditis* exturbantibus, obtrudari par *Gronovii* consilium. Auctum autem participium ad orationem, meo arbitrio aptius, tu *Reiskii* quoque coniectura. [Nempe praeteritum συλλελεγμένων, quod *Reiskius* etiam ex coniect. commendaverat, vulgato olim συλλεγομένων praetulit Vir doctiss.] Quod ille dicit ex μηδ' ἐπιθύειν [*lin.* 26 *seq.*] fingit μηδ' ἱερεῖα, neque *Graecorum mores imitari in extispicio et victimis*, laudare nequeo. Quis enim ita? Mardonii, *nolentis τὰ σφάγια διαζέσθαι, ut invita litarent*, mentem intellexit interpres, *Abreschio* plausore. Alia in re *Plutarchus* Virt. Mulier. p. 244. c. ὑπὸ μὴ χαλεπῶν, καὶ μὴ προβεβλημένων. WESS. Commode *Valla*; *nec eis* (scil. auspiciis) *vim inferre*: atque hoc repositum malim pro eo quod a nobis positum, *nec instituta violantia Persarum*. Sed *leg.* τὰ χαλεπὰ μηδὲ διαζέσθαι) Postremum, frustra forte tentatum, vir quidam doctus in διαζέσθαι censet mutandum. Sententiae, fateor, satisfaceret, vulgatam dictionem prope accedens, *nihil διαζέσθαι*: *neque considerare*, *sive neglexisse ad illa animum advertere*; sic usitato παραλλάσσειν dicto propemodum ἀδιαφορεῖν. Hic quoque coniecerat τὰ σφάγια, μηδὲ διαζέσθαι. Ut extispicium Maximus, *Ex. Platonis Phaedo*, in Hippol. v. 1038. [illegible] Incertus [illegible] Stobaeus. Mus. Ott. VII. p. 450.) [illegible] ipsum [illegible] legitur [illegible]

Critone *Platonis* p. 45. A. *Isocratis* Trapez. p. 364. C. *Xenoph.* Ἀναβ. VII. p. 237, 40. et frequenter apud alios. *Lucian.* T. I. p. 727., τὸ μαχαῖραν χαίρειν φράσαι τὸ μηδέτι φροντιῖν δηλοῖ. VALCK.

CAP. XLII. 6. ὡς διαφθαρέοντας) Oblatum ex scriptis διαφθορεῦντας formâ commendatur Ionicâ, et locus illi in Musis nullus: quem enim occuparat lib. I. 88. et VII. 10 extremo, inde Codicum imperio decidit. *Stephano* praeterea vix credibile fit, διαφθερέειν *Herodoti* seculo in usu fuisse, Prolegom. p. 737., fortasse nullo iure. Amplexus tamen sum, quod lib. VIII. 108. integrabatur. WESS. — Vide *Var. Lect.* Caeterum, si quis cum *Wess.* διαφθαρέοντας praeoptaverit, neutiquam ei equidem obluctabor. Conf. *Var. Lect.* in lib. V. 51, 13. *S.*

18. ὡς περιεσομένους ἡμέας Ἑλλήνων) Quaerit vir doctus, unde regantur hi accusandi casus? An participium κτησεσθαι fungatur? quo, citra caussam spreto, ὡς περιεσομένους ἡμέας Ἑλλήνων pro certo putat. Quas equidem fluctuationes demiror; sive enim quod ille aspernabatur, eligas, sive absolutam malis structuram, qua de supra c. 2. et Clar. *Gronovius* ad lib. II. 66., quae haesitandi ratio? Proximum τυγχανέα ποιέεσθαι [*lin.* 20.] *Eustathius* ad Iliad. p. 961, 6. [p. 942, 49. ed. Bas.] illuminat. WESS.

CAP. XLIII. 12. καὶ Γλίσαντες) *Homerus* Catal. vs. 11. Γλίσσαντα, itidemque *Steph. Byz. Eustath.* et *Plinius* scribunt. Ad *Nostri* scripturam *Pausanias* esse accommodavit lib. IX. 19. et *Papin. Statius* Theb. VII. 306. *hi deseruisse feruntur Exilem Glisanta, Coroniamque, feracem Messe, Coroniam, Baccho Glisanta colentes.* Variatur et in vocabuli tomo, quem *Sylburgius* ad *Pausan.* p. 722. et *L. Holstenius* in *Steph. Byz.* non negligunt. WESS. — Nempe acute Γλισσὰς aut Γλισσάς, Γλισσάντος aut Γλισσάντος scribunt alii. *S.*

CAP. XLIV. 3, ὡς δὲ πρόσω τῆς νυκτὸς προῆλθε) Arrisit προσηλθε Cod. *Arch.* eruditissimo *Pario*, vertenti, *ut prima pars noctis adventaret*; esse enim πρόσω aut τὸ πρόσω *primam partem* hoc loco. At istud lib. II. 121, 4. considera, ὡς πρόσω ἦν τῆς νυκτός: et III. 56. ὡς τὸ πρόσω τῆς νυκτὸς οὐδὲν προεκέκοπτο: neutrubi *primam partem* indicabit. Notae etiam admodum formulae: ἡ νὺξ προκόπτει *S. Paul.* Epist. ad Rom. c. 13, 12. *Heliodori* Aeth. I. p. 26. τῆς τε

πολὺ τῆς νυκτὸς προέβη: *Sallustii* Ingurth. c. 21. *ubi plerumque noctis processit*, etc. WESS. — Sincerum est προελήλατο: vitiosa scriptio Cod. *Arch.* Supra II. 121, 4. ὡς πρόσω ἦν τῆς νυκτός. Idem illud aliis dicitur πολλῆς νυκτὸς, et περὶ μέσας νύκτας, vel μεσούσης νυκτός: postremum in eadem hac habet historia pro Herodoteis *Plutarch.* T. I. p. 327. D. *Plato* T. III. p. 217. D. διελεγόμην πόρρω τῶν νυκτῶν. *Xenophon.* Ἑλλ. VII. p. 367. 15. ἐκάθευδον μέχρι πόρρω τῆς ἡμέρας. Deinceps narratum *Macedonis Alexandri*, *Graecis faventis*, *beneficium* respicit auctor Epist. 28. inter *Socrat.* p. 60., memorans τὴν ἐν Πλαταιαῖς ὑπὲρ Μαρδονίου γεγενημένην εὐεργεσίαν. Similia quaedam Herodoteis Aristidi dicentem facit Alexandrum *Plutarchus* in Arist. p. 327. E. VALCK.

10. ὡς ἄνθρωπος ἥκοι) Bene scripta exemplaria. Iustum quoque ἐκ τοῦ στρατοπέδου τοῦ Μήδων: cuiusmodi lib. VIII. 75. πέμπει ἐς τὸ στρατόπεδον τὸ Μήδων ἄνδρα. Nam τῶν Μήδων unde in postremam inmigraverit editionem, dicere non habeo. WESS.

CAP. XLV. 4. ἀπόῤῥητα ποιεύμενος) Redibit c. 93. οἱ δὲ Ἀπολλωνῆται ἀπόῤῥητα ποιησάμενοι, videlicet τὰ χρηστήρια, occulta habentes oracula. Vult Alexander, sua ἔπεα, *dicta*, *occuli*, ne propalam divulgentur. Fufetius ad Albanos apud *Dionysium* Ant. Rom. lib. III. p. 161. ἱκετεύω δὲ ὑμᾶς ἀπόῤῥητα ποιήσασθαι. *rogo vos, ut ea tacita habeatis*; quod priori propius. Aliis ἐν ἀποῤῥήτῳ aut ἐν ἀποῤῥήτοις ἐπισκῆψαι et γράψαι parili in negotio, uti *Appiani* Iberic. p. 433. WESS.

9. οὐκ ἂν ἐβέλοιμι ὁρᾶν) Codicis lectio ἕλοιμι, quam non malam iudicat *Galeus*, in censum venire nequit: ἑλοίμην si scriberetur in aliis, hoc vulgato non esset deterius, ἀντ' ἐλευθέρης δεδουλωμένην οὐκ ἂν ἑλοίμην ὁρᾶν τὴν Ἑλλάδα: sic τὸ χεῖρον ἀντὶ τοῦ βελτίονος αἱρεῖσθαι, et similia reperiuntur plurima. VALCK. — In nostra *Var. Lect.* temere praetermissa est Notula, quae huiusmodi esse debuerat: ϑ. ἐβέλοιμι) ἕλοιμι *Arch.* S.

11. πάλαι γὰρ ἂν ἐμάχεσθε) Vir eruditus, quem *Canterum* ferunt, margini *Aldinae* alleverat, *mendam videtur, forte* ἐμάχετο, *pugnasset*; quod libris invitis non obtrudendum. Pugnasset utique Mardonius, si sacra addixissent, nec minus ipsi Graeci, ad quos Alexandri oratio. WESS.

14. Recte dedit Cl. *Gronov.* κατεῤῥώδηκε γὰρ μὴ πλοῦτος

συλλεχθῆτε: hoc enim moris est Herodotei, non συλλεγῆτε: neque hîc locum invenit *Galeo* probatum καταβοώντα. VALCK. — Καταβοώντα, cui *Th. Galeus* primas dedit, praeter formam Ionicam cur potius censeatur, nihil habet. Taceo, id verbi tempus, ut grammatici loquuntur, rei disconvenire. WESS.

20. Ad ista, ὃς Ἑλλήνων τίνεται οὕτω ἔργον παραβολον ἔργασται, quae mihi quoque sic scripta placent, haec respondent *Plutarchi* T. I. p. 327. E. ἤκω ἐκ κινδύνων τὸν μέγιστον εἰνοίᾳ τῇ πρὸς ὑμᾶς αἱρούμενος. VALCK.

CAP. XLVI. 5 *seqq.* ὑμέας μὲν - - τοὺς Ἀθηναίους *etc.*) Priora si certa fide nituntur, sequentibus tamen insunt nimis Atheniensibus honorifica, quaeque cum Spartanorum superbia minime conveniant. *Herodoti* fide referens ista *Plutarchus* in Aristid. p. 328. A. quid de his sentiat aperit in lib. de *Herod.* Malign. p. 872. B., tanquam rem ridiculam traducens praeter cetera, αὐτοῖς Παυσανίαν καὶ Σπαρτιάτας τῆς ἡγεμονίας ὑφίεσθαι, - - - ὡς ἀηθίᾳ τὴν πρὸς τοὺς βαρβάρους μάχην ἀπολογουμένους: quorum postremum in ἀπωθουμένους forsan erit mutandum. VALCK.

9 *seq.* ἡμεῖς δὲ ἄπειροι *etc.*) Mira Pausaniae mora et tergiversatio. Ad Thermopylas Spartanorum plures non inulti occubuerant; patriae decus, quod Xerxi Demaratus lib. VII. 102. ostentarat, nullo modo dedecorantes. Adeo-ne, quod eorum evaserint nulli, Medi terribiles? Haud praeter veritatem *Isocrates* Panathen. p. 272. E. de bello adversus Xerxem, ἐν ᾧ πλέον διήνεγκαν Athenienses Λακεδαιμονίων ἐν ἅπασι τοῖς κινδύνοις, ἢ κεῖνοι τῶν ἄλλων. Magna certe Atheniensium gloria, cum *Medorum* nomen Graecis omnibus auditu esset formidolosum, eorum impetum et arma repressisse, lib. VI. 112. Adde *Plutarch.* Aristid. p. 328. C. WESS.

20. καὶ ἡδομένοισι ἡμῖν οἱ λόγοι γεγόνασι) Adstipulor *Pavio*, ex *Vallae* Latinis, pronomen mutanti. Favent schedae, et orationis, ut cuivis adparet, tractus. WESS.

CAP. XLVII. 9. ἐπὶ τοῦ εὐωνύμου) Ut cum *Arch.* faciamus, [ἐπὶ τὸ εὐώνυμον scribente] causa non urget. Et illi nimis suspiciosi, qui ob praecedens ἦγε τοὺς Σπαρτιήτας, melius et ornatius ἐπὶ τοῦ εὐωνύμου τοὺς Πέρσας futurum praescribunt. Quis obtuso ita ingenio, ut *Persas* Mardonium illam in partem ducturum non advertat? WESS.

— Ἐπὶ τὸ ἀέναον significat *in lacum corii*; ἐπὶ τοῦ ἀέναου μου, *versus lacum* meum. Priusquam *in locum*, quo quis dicitur, perveniat, *versus* illum *locum* ducendus est. *S.*

CAP. LXVIII. 1. ἐπιτηρήσουσιν) Ratio doctissimum *Th. Galeum* fugit, ἐπιλεγομένων praeferentem. Caussa ad lib. VII. 182. adscripta fuit. In vicinis (ἐπὶ τοῦ ἀέναου τοῦ ἐμοῦ ἐπιλεγόντος ὑμῖν potius, quam ἐπιτάσσει, consuit. Τάξις enim tali in re praecipue probare Scriptorem, admonitione non egot; ad huc commutantur hae voces. e. a. WESS. — Equidem cur alterum h. l. praetulerim nomen, in *Var. Lect.* declaravi. *S.*

(151 μεθύοντες Πέρσαι) Aptius mihi videtur ante vulgatum, βουλόμενοι μεθύειν Πέρσῃσι μάχεσθαι: utrumque hic ab *Herodoto* positum. *Nonnus* suspicabatur, βουλόμενοι μεθύειν Περσ. extitisse inscriptionem Iliadis *Hom.* H. Hpt δ' Ἄλις πολέμου, μόνος μόνος Ἕκτορ ἔμιμνες. *Euripides* Heraclid. 868. μόνος μόνον μόνῳ Μάχην συνάψας, ἢ σοφὸν δόγον λαβὼν Τῶν Ἡρακλείδῶν παῖδας, ἢ Σκύλαν ἐμοὶ Τιμὴν παρεῖναι καὶ δόμους ἔχειν ἐμούς. VALCK.

151 ἔστι ἄρτια ἔστι πάντα ταῦτα, μὴν ἔτι) *Aldina* haec interpunctio commodissima. Omnia Persas respiciunt, qui dum *parati* essent ad ea facienda, quae de Spartanis sibi spopondérant, nihil horum animadvertebant. Sententiam manet Petitus praeter *Ravium* adsentientem. Reiskius est. Vulgo post ταῦτα amplior habetur distinctionis nota. WESS.

μαχούμενοι) *Laurentius dimicaturos*, sic, quod rediit, vertens. Non tam Persae pro barbaris *hostes* Spartanorum pugnaverant, sed quasi illis conditionem servarent. Hinc brevi μαχεῖσθαι, quod et praebuit *Arch.* codex. WESS. — Vide Koenii ingeniosam μαχούμενοι, quod in Arch. cod. repertum dixit Dess. Herod. p. 766. VALCK. — At hoc, ab uno illo codice obtrusum, verum me unum hanc in ordine deserere. Viros doctissimos, qui istud inde protrahant, tum esse videtur, partim quidem ratio quia in hac regione diutius olim in editis libris verba erunt. Quorum enim l. 8. post ἄρχειν manifeste inclusa esse oratio, ista verba ἀλλὰ μὴν ἐπιτηρέουσιν, quibus continetur apodosis respondens protasi ἐπεὰν δὲ, ita ἐπιτηρέουσιν, ut nec ἐπιτηρήσουσιν quae superstitiosa codicum emendatio esse

valeret ac si diceret ἀλλ' ἀνὴρ ἡμεῖς ἄρχωμεν, sed quoniam nos incipimus: quo posito, utique commodius debuit videri, ut dein μαχεσόμεθα consequeretur, quam ἐπιχειρήσομεν, quod equidem revocandum censeo ita interpretandum ut in *Var. Lect.* significavi. Caeterum ad sententiae summam parum utique interest. *S.*

Ibid. καὶ ἢν μὲν δοκέῃ) Pristina, ni fallor, exemplaria scripturam καὶ ἢν μὲν δοκῇ: quibus recte succedunt [ἢν δὲ μὴ δοκέῃ, ἢν δὲ καὶ μὴ δοκέῃ. VALCK. — *Medicum* non laudo. Vates celeberr. [Gronovio] ἢν μὲν δοκέῃ cantes sermonis genium obtrudentem. WESS.

CAP. XLIX. [4. ἀνεχῇ νηῦς, *frigidâ* (i. e. ventâ) *victoriâ.* Vide VI. 108, 10. et ibi notata. *S.*]

8. προσίσασθαι ἄνωθεν) Ad nexum προσίσασθαι ἄνωθεν [quod *Aldus* dederat,] *ad pugnandum expediti*, adcommodati sapote ex equis pugnantes, ἀκροβολίσασθαι, atque ad hostes lacessendos maxime habiles. Quam tamen sententiam Codd. nolunt, προσφέρεσθαι ἄνωθεν praebentes, quod de *conflictu, quo cominus Graecos urgere commode haud poterant*, accipitur. In equis enim, unde iaculis sagittisque incessebant, εἰς ἀκροβολισμὸν, periter ac Herodoteum est Μάχην ἀκροβολίσασθαι *Appiani Bell. Civil.* IV. p. 1004. et 1004. mox eosdem eiuntes apud *Plutarch.* in Crass. p. 558. B. WESS. — Ἄνωθεν, *Vallae* lectum et in *Arch.*, recte restituit *Gronovius* Lib. IV. c. 46. Scythae dicuntur ἄνωθεν τοῦ ἄλλου προσίσχειν. VALCK.

9. ἐπιχειρήσομεν τὴν ἀρχὴν τὴν Ἑλληνικὴν ἐπιστρέψαντες καὶ συνάψαντες) Respicit haec *Pausan.* lib. IX. [c. 4.] p. 768. ubi, τὴν ἀρχὴν ait, τὴν Ἑλληνικὴν *Mardonium* καὶ ἅπαν συνάψαι τὸ Ἑλληνικόν. Apud eundem etiam alibi legitur συνάψαι πόλεμον. Ex quo, quod συνάψειν dicitur *Herodoto* IV. 120. τὰς ἀμάξας ἀλλήλῃσι συνάψειν, *aggesta terra putei et fontes obstruere aut hostes aqua destituere.* VALCK. — — — *buri Cod. P.* — — — ἐπιστρέψαντες καὶ συνάψαντες. *Aderit*, quod quae sibi Vir doctissimus [facile dein τόδε πόλεμον requisiverat *Reiskius*], ut retracto tantum in priorem accentu scribatur ἐπιστρέψαντες καὶ συνάψαντες. ἐπιστρέψαντες enim ἐπ- magis ipsos angebant: reddit enim nunc rationem paulo ante de Graecis dictorum, qui exercitumque primum ab agmine hostium infesto [ne

λίχθησαν περὶ αὐτίων τε τουτίων καὶ ἄλλων. VALCK. — Placet *Abreschii* et *Valckenarii* ἄλλα γάρ, τουτίων τοιούτων ἐόντων, μᾶλλον etc., *alia enim, his ita se habentibus, magis eos angebant.* Praecessit συνελίχθησαν περὶ αὐτίων τε τουτίων καὶ ἄλλων, eo ducens. Habent autem ὀπίωνες [*lin.* 7.] quidpiam sibi singulare, a *Porto* ex dialecto derivatum, cui simile nihil. *H. Stephano* propterea Thes. T. II. p. 1360. ὀπάονες probantur. ad quem modum ὀπάων lib. V. c. 111. et in *Homero*, *Aeschylo*, *Euripide* atque aliis. Consentiet, modo leviter adiutetur, *Arch.* liber, me nihil dissentiente. WESS. — Iterum vero cap. 51, 21. in eamdem vocabuli formam libri omnes consentiunt: neque profecto caussa idonea subest, cur *Herodotum*, qui (ut hoc uno utar) pro Homerico Ποτιδάων et Ποτιδαῶνος, Ποτιδέων et Ποτιδέωνος dicit, non item, pro communi ὀπάων, suo idiomate ὀπίων, ὀπίωνος, dicere potuisse credamus, quamvis idem alibi communem formam ὀπάων tenuerit. *S.*

CAP. LI. 3. οἱ Πίρσαι συμβολὴν ποιεύμενοι) *Negativam* ex *Arch. Valla*, et *Vind.* valde laudat doctissimus *Th. Gaisford*, mihi nec plane necessariam nec inconcinnam. Supra Scriptor c. 44. ἢν ἄρα ὑπερβάληται τὴν συμβολὴν Μαρδόνιος, καὶ μὴ ποιῆται, ubi si voluisset, ἢν ἄρα ὑπερβάλλεται τὴν συμβολὴν Μαρδ. μὴ ποιεύμενος, quis culpasset? WESS. — Recte mihi adscita a *Schaefero* negativa particula visa est, quam in tali oratione adiectam amat graeci sermonis genius. *S.*

10. οὔνομα δὲ οἱ Ὠιρόη) In duodecim filiabus Asopi nulla Oeroë apud *Diodor.* IV. 72.; eandem *Apollodorus*, qui viginti Asopo dat lib. III. 11, 5., nominatim negligit. *Pausanias* vero, θυγατέρα δὲ εἶναι τὴν Πειρόην τοῦ Ἀσώπου λέγουσι, lib. IX. 4., quod ego nomen hinc corrigendum arbitror. WESS.

CAP. LII. 11 *seq.* ἵδρυτο πρὸ τοῦ ἱροῦ τὰ ὅπλα) *Castra metati* fuerunt, sive, ut sequitur, ἱστρατοπεδεύοντο. Tale lib. I. 62. καὶ ἀντία ἵδρυτο ὅπλα, *et castra ex adverso posuerunt.* Tale *Dionysii* Antiq. lib. III. p. 193. ἀγχοῦ Φιδήνης τίθενται τὰ ὅπλα, pluraque alia. Non repeto de usu dictionis vario adposita *Diodoro* lib. XII. 66., quibus optima *Fr. Vigeri* adnotatio ad *Eusebii* Praep. Evang. lib. XIII. 68. accedere poterit. WESS. — Ἵδρυτο τὰ ὅπλα, id est

ἐστρατοπεδεύσαντο. Hoc sensu phrasin θέσθαι τὰ ὅπλα frequentat inprimis *Xenophon*: Ἑλλ. V. p. 349, 40. ἔθεντο πρὸς τῇ πόλει τῶν Ὀλυνθίων τὰ ὅπλα. VI. p. 349, 2. ἔθεντο τὰ ὅπλα κατὰ χώραν ἕνθεν ὥρμητο. De vario huius locutionis significatu egerunt *P. Leopard.* et *H. Vales.* vid. Clar. *Wess.* ad *Diodor.* T. I. p. 524. et T. II. pag. 428. Est in his τὸ ἱρὸν, Iunonis Cithaeroniae, Ἡραῖον saepe dictum in sequentibus. Apud *Plutarch.* in Arist. p. 329. E. Pausanias vultu ad τὸ Ἡραῖον converso εὔξατο Κιθαιρωνίᾳ Ἥρᾳ καὶ θεοῖς ἄλλοις, οἳ Πλαταιίδα γῆν ἔχουσιν. VALCK.

CAP. LIII. 1. περὶ τὸ Ἡραῖον) περὶ τὸ ἱρὸν *Vallae* et *Arch.* mera est παραδιόρθωσις. WESS. — Nisi mera librariorum aberratio. *S.*

8. Ἀμομφάρετος) In Aristide *Plutarchi* p. 328. E. *Amompharetus*, ἀνὴρ θυμοειδὴς καὶ φιλοκίνδυνος, ἔκπαλαι πρὸς τὴν μάχην σπαργῶν, οὐκ ἔθη λείψειν τὴν τάξιν, ἀλλ' αὐτόθι μίαν μετὰ τῶν ἑαυτοῦ λοχιτῶν ὑπεστήσεσθαι Μαρδονίῳ. VALCK.

Ibid. λοχαγίων τοῦ Πιτανητέων λόχου) Adstipulor *Gronovio*, et *Herodoto* λοχαγίων c. 21. usurpanti. Nec decerno tamen λοχαγετέων, ut *Aldus* et pauci, Graeciae finibus expellendum. Λοχαγίτην (qui vitiose in *Onati* fragmento apud *Stob.* Eclog. Phys. p. 4. λοχαρχίτας) usus non spernit, nedum *Sophoclis* ἀρχαγετῶν, *Strabonis* pluriumque κυναγετῶν, *Philonis Iud.* ποδαγετῶν: quibus ad prime λοχαγετῶν convenire, quid diffitemur? Vellem subsidium λόχου Πιτανητέων in promtu adesset. De illo *Hesychius*, ὁ Πιτανάτης λόχος αὐτοσχεδιάζεται, οὐκ ὢν ταῖς ἀληθείαις, legens vestigia *Thucydidis* lib. I. 20., diserte cohortem *Pitanaten* in Spartanorum militia unquam fuisse negantis. Quid Nostrum in errorem coniecerit, an *tribus* Φυλὴ Πετάνη, qua de *Hesychius*, an aliud, prorsus ignoro. Rem *Io. Meursius* docte tractavit Lect. Att. lib. I. cap. 15. WESS. — Dictus-ne *Amompharetus* fuerit *Herodoto* λοχαγίων τοῦ Πιτανητέων λόχου, an τοῦ Πιτανήτεω λόχου, si variant Codices, vix decerni potuerit: Πιτανήτεω *Koenio* placebat, quia paulo post scribit τὸν λόχον τὸν Πιτανήτην: atque ita *Thucydides*, Herodotea respiciens, τὸν Πιτανάτην λόχον fuisse negat Lacedaemoniis lib. I. c. 20. Hac de re notatis in Att. Lect. I. 16., quaedam *Meursius* adiecit in Miscell. Lacon. p. 100. Μόρας et Λόχους non distinguentis *Meursii* errorem corrigit *H. Va-*

les., cui suffragatur *Ti. Hemsterh.* ad *Lucian.* [*Tim.* c. 50.] p. 164. Ex *Thucydid.* V. 68. in *Schol.* ad *Aristoph. Lys.* vs 454. pro Νικηρατὸν scribi poterit nomen Σωσιρᾶν: quod favet vulgatae apud *Herodot.* lectioni Πιτανήτην. VALCK. — Πιτάνη, Laconiae oppidum satis notum: quod cur silentio praeterierit *Stephanus Byz.* nescio; sed de eo consuli possunt quae memoravit *Holstenius* ad *Stephanum*, et *Cellarius* Geogr. Antiq. T. I. p. m. 1207. Hoc ex oppido, cuius incolas Πιτανήτας (sive dorico idiomate Πιτανάτας) dictos fuisse ex hoc *Herodoti* loco intelligi videtur, effici potest fuisse in Lacedaemoniorum exercitu *manipulum*, quem perinde et Πιτανήτων λόχον et Πιτανήτην λόχον *Herodotus* dixit, cui manipulo *Amompharetus* fuerit praefectus. Iam, quod *Thucydides* diserte negat fuisse unquam apud Lacedaemonios Πιτανάτην λόχον, non continuo inde conficitur errasse *Herodotum*. Potuerat etiam *Thucydides* aliquatenus in errorem induci: potuerat ille ex Spartanis quibusdam quaerere, sit-ne in exercitu Lacedaemoniorum λόχος aliquis, qui Πιτανάτης proprio nomine adpelletur, cui respondere potuerat Spartanus, nec sua aetate eiusmodi, nec, quoad ipsi compertum, unquam fuisse. Quod quidem non evincit, falsum *Herodotum*, quum scriberet *Amompharetum ducturum* fuisse *manipuli Pitanatarum*; quod ille sive e litterarum monumento quodam, sive ex hominum illius aetatis fide haud indignorum testimonio potuerat accipere. S.

14. κἀνὼ ταῦτα νενωμένον) Excellenter schedae *Arch.*, atque ex vetere dialecto. *Hesychius*: Νένωται, τὸ τῇ ἰσχύι, ex *Sophocle*, cui *Etymologus* in Νένωται adscribit, ubi et hoc *Anacreontis*, ἐ δ' ὑψίκομα νενωμένος, *sublimia animo agitans*. Cognita et Nostri sunt κόλπους δὲ τούτους — — ἰνίσασι, νεὸς χιμῶνι παρεῖς etc. lib. I. 77. et ὁ δὲ ἰνισάμενος τὸ λεγόμενον ibid. c. 68. Sint-ne vero ex ἰνώσας et ἰνισθεὶς contracta; an ex vetere νόω, unde νᾶται ex Nostro *Eustath.* ad *Iliad.* p. 1424, 31. [Odyss. p. 66, 1. ed. Bas. ubi *Hunt.* dubitat] 68, 15. respexisse videtur:] anceps in Grammaticorum dissidio controversia. Contra insurgit dubitatione *Rich. Dawes* Miscell. Critic. p. 102. Negat sibi posse persuaderi, *Herodotum* verborum illorum formam talem in modum commutasse, cum ne Attici quidem in illis erasin admi-

ducerint. Quid ergo τῷ βάσις, ἀμβάσεις, βαθύσεις, προσβαθύσεις, similibusque fiet? Νωλέμιος *Callimachi* est in *Suida*. Νώνυμος redire reddique debet *Periotionae* apud *Stob.* Serm. LXXXIII. p. 487. τὴν ἁρμονίην ΓΥΝΑΙΚΑΝΩΣΑΣΘΑΙ δεῖ σφρονίους τε καὶ σωφροσύνης πλέην. Sunt enim, ut praescripta vides, incondita et sine sensu. Voluit doctissima matrona τὴν ἁρμονίην ΓΥΝΑΙΚΑ ΝΩΣΑΣΘΑΙ δεῖ κ. λ. *Harmoniam nosse oportet mulierem, prudentiâ et modestiâ plenam*; quae elegantissima Clar. *Valckenarii* loci instauratio. Haec olim in Dissert. Herodot. p. 156., quibus meritissimo Cel. *Ernesti* Excursus ad *Callimachi* Hymn. in Iov. vs. 87. aptabitur. WESS.

Ibid. τοῦτ' ἀναιτιεμένου) Nusquam alibi Nostro usurpatum hinc etiam iure verbum auferetur ἀναίτιος: atque unius auctoritate Codicis optima lectio restituetur, τοῦτο τὸ πρῆγμα ἀναιτίου, egregie firmata in Diss. *Herodot.* p. 156.; ubi meam quoque Vir summus coniecturam memorat in fragmento *Periethes* Ionico carmigentis, τὴν ἁρμονίην γυναῖκα κοσμέεσθαι δεῖ σφρονίους τε καὶ σωφροσύνης πλείην, apud *Stobaeum* p. 487, 18. In eadem fragmento p. 488, 25. scribi poterit ἀνοικείων: et vs. 31. ἀνδρὶ μὲν χαίρουσα ἁμαρτίην μὴν, γυναικὶ δὲ αἰσχρὴ, ἁμαρτὴν δ' ἀπίστιν κοσμεῖσθαι οὐ τὸν τίμιον δεῖ, καὶ μὴ ἀλλοτρίων. In his postremis, pro ἀπίστιν, ἄπιστον, sic legendum vidit etiam Doctiss. *G. Koenius*. Praeter alia huius generis dabit *Hesychius*: Νώνυμοι, Αἰσθίσθαι, ἐνθυμηθῆναι, νοῆσαι. Rariora quaedam servavit *Etymol.* in Νώνυμος, pag. 601, conf. *R. Bentlei* ad *Callim.* Hymn. in Iov. vs. 87. VALCK.

CAP. LIV. seq. τὰ Λακεδαιμόνια φρονήματα, ὡς ἄλλα ἄλλοισι ἀνδράσι ἐστὶ νομίζειν.) Redi ad lib. VI, 108. atque adiunge Euripidea de Spartanis reliquis πάντων ἄπιστος ἀνὴρ, ἀπόλεμος, κοὐδὲν ὑγιές, ἀλλὰ πᾶν σὺ σῖγ' ἔχειν ἐπίστασαι, *Androm.* vs. 447., ubi *Barnesius* et *Io. Meursius* Miscell. Lacon. III. WESS. — Athenis Lacedaemonii traducebantur, ὡς ἄλλα βούλονται καὶ ἄλλα λέγουσι, *tanquam aliter atque animo gerebant loquentes*. Talem Achillem *Homeri* mentis instar edixit in Il. Σ, 313. Ὅς οἱ ἔπειτα μὴν κεύθει ἐνὶ φρεσὶ ἄλλα δ' ἔειπε, sive qui Νοῦ μὴν ἔπειτα ἔπειτα δὲ μὴ νοήσει τελεῖν, ut loquitur *Plato* Comicus in schol. ad *Aristoph.* Av. 368. De *Spartiatis* testimonium est *Euripidis* in An-

drom. vs. 446., Σπάρτης ἔνοικοι, δόλια βουλευτήρια, ψευδῶν ἄνακτες, μηχανεβάφοι κακῶν, Ἑλικτά, κοὐδὲν ὑγιὲς, ἀλλὰ πᾶν πέριξ φρενοῦντες: in quibus, praeter βουλευτήρια, postrema quoque sic exhibet *MS. Florent.* prout illa legit *Plutarch.* T. II. p. 1073. c. et p. 1102. c. Sed *Euripidis* sequentia Herodoteis plane conveniunt: λέγοντες ἄλλα μὲν γλώσσῃ, φρονοῦντες δ' ἄλλ' ἐφευρίσκουσ' αἰεί. Fraudes et perfidiam Lacedaemoniis saepius obiicit *Aristophanes*, velut in Pace vs. 1065. Συνθήκας πεποίησθ' ἄνδρες χαροπιῖσι πιθήκοις· - - - ἀλωπεκίδεσσι πέπεισθε, Ὧν δόλιαι ψυχαὶ, δόλιαι φρένες. Omnium acerbissimum est, quod legitur in Archarn. vs. 307. Οἷσιν οὔτε βωμὸς, οὔτε πίστις, οὔθ' ὅρκος μένει: quo pertinet Iphicratis de Lacedaemoniis dictum apud *Demosth.* c. Aristocr. p. 421., quod Laconi perperam tribuit *Dion Chrys.* pag. 639. c. VALCK.

CAP. LV. 9 *seqq.* λαμβάνει πέτρον *etc.*) Iuxta *Plutarch.* in Aristide p. 328. E. ἀράμενος ταῖν χερσῖν πέτρον μέγαν ὁ Ἀμομφάρετος, καὶ καταβαλὼν πρὸ τῶν ποδῶν τοῦ Παυσανίου, ταύτην, ἔφη, ψῆφον αὐτὸς περὶ τῆς μάχης τίθεσθαι: hic apud *Herod.* ταύτῃ τῇ ψήφῳ ψηφίζεσθαι ἔφη, μὴ φεύγειν τοὺς ξείνους: his proxima subiecerat, ξείνους λέγων τοὺς βαρβάρους: vocem hanc ξείνους repetitam [*lin.* 12.] ex cod. *Arch.* recuperabit Noster: vid. Diss. *Herod.* p. 136. Non literae tantum et syllabae, sed integrae voces, quae repeti debuerant, saepe sunt a librariis, ut notum, semel tantum positae: novum praebebit omissionis exemplum, qui ad manum est, *Dion Chrys.* in cuius Or. LVI. p. 565. c. scribendum Ἕλλην Ἑλλήνων: sed gravius eiusdem locus est affectus in Or. LXXIV. p. 642. A. τὸ αὐτὸ δὴ τοῦτο καὶ πρὸς ἀνθρώπους πεπόνθασιν οἱ πολλοί· τῷ μὲν ἐκ γυναικὸς etc. Voces οἱ πολλοί· τῷ absorpserunt nomen Ἱππολύτῳ: corrigendum sine controversia, οἱ πολλοί· Ἱππολύτῳ μὲν ἐκ γυναικὸς *etc.* nam quae subiicit *Dion*, *Euripidei* sunt Hippolyti verba vs. 616. VALCK.

12. ξείνους λέγων τοὺς βαρβάρους) Repetitam vocem ex schedis revocavi. Supra cap. 11. καὶ δὴ δοκέειν εἶναι - - - στείχοντας ἐπὶ τοὺς ξείνους· ξείνους γὰρ ἐκάλεον τοὺς βαρβάρους. Suntque similium passim iterationes, III. 12. VI. 109. Amompharetі, ἀνδρὸς θυμοειδοῦς καὶ φιλοκινδύνου, ἔκπαλαι πρὸς τὴν μάχην σπαργῶντος, audax facinus *Plutarchus* Aristid. pag. 328. F. haud contemsit. WESS.

CAP. LVII. 5. ἰθείῃ τέχνῃ ἀπαλλάξαι αὐτόν) In nuperis docti viri, [*Reiskii*,] haec intelligere negantis, coniecturis, εὐηθίῃ ἢ τέχνῃ ἀπολαχεῖν, *se deseri prae stultitia, aut callida fraudis dissimulatione.* Quale equidem consilium Amompharetum, tametsi animosissimum, de suo imperatore mente agitasse, non dixero. Potius erit, ἰθείην τέχνην *industriam rectamque disciplinae artem* accipere, sicuti ἰθείην ἄλωσιν in *Suida* et *Etymologo*. Non nego, pellexisse olim vocem luntutem *Arch.* θείη τέχνη, h. e. *excellente* et *divina*. Namque Spartani, ὅταν τινὰ μεγαλοπρεπῶς ἐπαινῶσι, θεῖον, sive suo sermone, σεῖον, testibus *Platone* et *Aeschine* Dial. I. 13. praedicabant. Lege magnum Animadversorem ad *Athen.* VIII. 16. Neque his tamen blandimentis abripior. WESS. — Commodius *Hoogeveen* ad *Viger.* II. IX, 2. *rectà arte*, id est, *non dissimulanter, et palam*, interpretatur: *ratus se palam ab illis deseri.* Iamque olim *Portus* in Lexic. Ion. „Ἰθείην τέχνην, inquit, Herodotus hîc videtur appellare, si verba „species, *rectam artem, apertam, et qua quis sine ambagibus* „*utitur.*" Est autem hoc loco plena locutio, pro qua aliàs ἐκ τῆς ἰθείης vel ἰθίης, subintellecto vocab. τέχνης, utitur Scriptor, quum significare vult *non subdola arte* et *dissimulanter* factum esse quidpiam, sed *rectà, aperte, manifesto, ex professo.* Vide supra, cap. 37, 25. et III. 127, 4. Parique ratione II. 161 extr. quod ait ἀπίστησαν ἐκ τῆς ἰθείης, pro eo quod nostra Latina habent, *e vestigio*, repositum Gronovianum velim, *palam desciverunt*: nec vero inscitum videri debuit, quod ibi *Valla* posuerat, *ingenue desciverunt.* *S.*

8. περὶ ποταμὸν Μολόεντα) Alibi hunc torrentem invenisse non recordor. Conparaverat *Abr. Ortelius* vir Cl., τὸ Μέλου ῥεῖθρον *Plutarchi* Vit. Sullae p. 464., quod dubiae sanitatis, quippe τὸ ῥεῦμα τοῦ Μωρίου ibid. pag. 463. A., agrum radebat Chaeronensem, hinc haud paullo seductiorem. Adverte vero *decem* ista *stadia*, [*lin.* 7.] quae culpâ librariorum ubi vacarint, Lacedaemonii oportet viarum compendia, montium et clivorum anfractus ingressi, neglexerint: ad insulam enim Oeroen, quorsum iter destinabatur, decem duntaxat stadia c. 50. WESS.

CAP. LXVIII. 4. Θρασυδήϊον) Scriba Cod. *Arch.* Θρασυδαῖον, quo nomine Theronis F., Himerae inpositus,

in *Diodori* XI. 49., et Philippi Macedonis legatus apud *Plutarch.* in Demosth. p. 854. B., in mente videtur habuisse. Facio cum Cel. *Gronovio*, opinorque hunc fratresque eiusdem, ac nominatim Thoracem, a *Pindaro* Pyth. Od. X. fin. laudibus ferri. WESS.

12. ὅτι οὐδένες ἄρα ἐόντες) *Sophocli* aliisque usitato more scribi potuisset, ὅτι οὐδὲν ἄρα ἐόντες. Plurali numero quidem οὐδένες reperitur apud scriptores optimos, *Euripidem*, *Xenophontem*, *Isaeum*, *Demosthenem*; sed nusquam apud illos, quantum memini, *homines nullius pretii* dicuntur οὐδένες. Semel *Sophocles* dixit in Ai. vs. 1153., οὐ γὰρ ἥδιον τοὺς μηδένας, id est, τοὺς μηδὲν ὄντας, sive τοὺς ἀνάξιους, ut interpretatur *Schol.* VALCK.

15. συνηδίασαι) Ad Aleuadas Mardonius, *Vos*, inquit, *excuso, quod laudatis Lacedaemonios, τοῖσί τι καὶ συνηδίασαι.* Postremum frustra, ni fallor, versavit *Portus*, in συνηδίασε leviter mutandum; *quibus quid inesse* virtutis bellicae *noveratis*: idem paene *Reiskio* placuit. Thessalis, quos excusationis venia dignatur, opponit Artabazum, sine ulla ratione metuentem Lacedaemonios. VALCK. — Non pugnabo, si συνηδίασαι ex libro *Paris. B.* in συνηδίασε abeat. Editi patrocinium tamen *Portus* est professus, verbum suo more illustrans, taciteque συνοίδασι et συνηδίστη, quod utrumque in *Reiskii* suspicionibus, taxans. WESS. — Alia ratio est verbi προηδίατο, I. 61, 16. a προαιδεῖσθαι derivati. S.

16. τὸ καὶ καταμῶδήσαι) τὸν καὶ καταμ. alius [nescio quis] elegit; cui cur tandem auscultemus? WESS.

CAP. LIX. 9. ὡς παῶν ἕκαστος εἶχεν) Iniuria dictionem amanuenses perversum ierunt. Vide lib. I. 169. II. 53. Quod deinceps autem [*lin.* 10.] βοῇ τε καὶ ὁμίλῳ, pro eo frequentius, βοῇ τε καὶ πατάγῳ χρεώμενοι III. 79. Semitio hic *inconditum clamorem et turbam* Homereo more exprimi. Κεκλόμενοι καθ' ὅμιλον ἐπ' αὐτῷ πάντες ἵποντο Troiani, inordinati atque inconpositi, in Ulyssem ruentes, *Iliad.* Δ'. 460. WESS.

10. βοῇ τε καὶ ὁμίλῳ) Hoc si sincerum est, positum videtur ὁμίλῳ pro ὁμιλαδόν. ὁμιλαδὸν ἰστιχόωντο est apud *Apollon. Rhod.* IV. 81. ex *Hom.* Ἰλ. Β'. 93., ἰστιχόωντο ὁμαδόν. Sed, me iudice, βοῇ τε καὶ κόμπῳ, aptius hac in sede convenirent; et videri posset aliam hic vocem legisse *Plu-*

Larcherus in Arist. p. 329. A. ubi Mardonius ἐπιφέρετο τοῖς Λακεδαιμονίοις θαῦμα πολλὸν καὶ παράλογον τῶν βαρβάρων, ὡς οὐ μάχης ἐοούσης, ἀλλὰ φεύγοντας ἀναρπασομένων τοὺς Ἕλληνας: quae certe sunt ex his expressa *Herodoti*; cui supra VIII. cap. 28. Thessali dicuntur, ὡς ἀναρπασόμενοι τοὺς Φωκέας, φέρεσθαι. Urbs uno velut impetu capta frequenter dicitur ἀναρπασθῆναι. VALCK.

CAP. LX. [7. δέδοκται τὸ ἐνθεῦτεν τὸ ποιητέον ἡμῖν.] Videri posset recte posterius τὸ codici *Arch.* abesse. Sed fallit illa species. τὸ ἐνθεῦτεν *Herodoto* idem ac nudum ἐνθεῦτεν valet: quare deinde iterum vocula τὸ requiritur, sive naturalem verborum seriem hanc intelligas, τὸ ποιητέον δέδοκται ἡμῖν, sive (quod Scriptoris stylo convenientius) δέδοκται τὸ (ionice pro ὃ) ποιητέον (ἐστὶ) ἡμῖν τὸ ἐνθεῦτεν. *S.*] 12. δίκαιοί ἐσμεν — ἴσοι) De *H. Stephani* sententia, quamquam male citantis Thes. T. I. p. 1014., probe interpres. *Strabo* lib. VI. p. 407. A. [pag. 265. c. ed. Cas.] δίκαιοι ἐσμὲν συλλέξαι τὴν αὐτὴν τάξιν: *par est eundem nos ordinem servare.* Saepe *Plato*: cuius in Crito. p. 45. A. ἡμεῖς γάρ που δίκαιοί ἐσμεν, σὺ ταυτὶ σὺ, κινδυνεύειν τοῦτον τὸν κίνδυνον. *Euripides* etiam Suppl. vs. 186., ubi Barnesiana sane quam ieiuna. WESS. — Satis nota formula; qua iam semper usus est Noster VIII. 137, 18. τὸν μισθὸν, ἔφασαν, δίκαιον εἶναι λαβόντες οὕτω ἰέναι, dicebant, iustum esse ut ita abeant, si mercedem accepissent, i. e. par esse ut mercedem accipiant, priusquam abeant. *S.*

CAP. LXI. 5. τὸ γὰρ προσκείμενον σφέας ἐλάνθανε.) Medius ἀγὼν μεγίστου προκειμένου in proxime superioribus ansam hoc mutandi praebuit. Τὸ προσκείμενον, Persarum equestres copiae, οἱ προσκείμενοι σφι, a quibus continuo incessentibus damno Graeci angebantur. Res extra dubii aleam ex c. 56. Sic item 59., ἡ μέντοι ἵππος — οὐκ ἐδύνατό τε καὶ ἐλάνθανε τοὺς Ἕλληνας. WESS.

[6 sqq. Λακεδαιμονίων — ἐόντες σὺν ψιλοῖσι ἀριθμὸν — πεντακισμυρίοι) Lacedaemonii, cum leviter armatis, numero quinquagies mille. Huic numero ita ratio constat, coll. c. 29 seq.

Spartani	5000
Hilotae	35000
Reliqui Lacedaemonii	5000
Levis armatura his adtributa	5000
	50000 *S.*]

13. Φράξαντες τὰ γέρρα) Persarum aliorumque γέρρα, *clypeos ex viminibus*, multa luce *Barn. Brissonius* Regn. Pers. III. 13. et *Io. Taylor* ad *Demosth.* Or. in Neaer. pag. 596. adsperserunt. Hic *scutorum* illa *congeriem*, et συμπάσματα, Graecis ingruentibus obiecta, requirunt. Quorsum enim, *pugnatur πρὸς τὰ γέρρα· ὡς δὲ ταῦτα ἐπιπεσόντα* capitis sequentis, [cap. 62, 7.] nisi huc? et *Plat.* Aristid. pag. 329. F. καὶ προθέμενοι πολλὰ τῶν γέρρων Persae, et statim, καὶ προσπεσόντες Graeci ἐξεώθουν τὰ γέρρα. Addo, *Harpocrationem* in Γέρρα Herodotea indicasse, et *Suidam* in Γέρρων posteriorem etiam excerpsisse. Sic enim, καὶ αὖθις Ἡρόδοτος· Κῦρος πιμελῶν τὰ πολλὰ etc.; quae quidem *Xenophontis* sunt Κύρ. Παιδ. lib. II. p. 42. c., *Küstero* non animadversa, et inde corrigenda. *Herodoti* verba desunt, exscriptorum stupiditate praetervisa. WESS. — De illo Persarum more *vallum e clypeis congerendi* conf. omnino cap. 99 extr. et cap. 102, 7-13. *S.*

15. τῶν σφαγίων οὐ γινομένων) Persuasit doctissimo *Pavio* χρηστῶν vocem his ex libro *Arch.* iungere Cl. *Th. Galeus*, falsus vehementer: namque illo in Codice (quem *inportunissimum* Cel. *Taylor* adpellavit ob iniustum additamentum, ad *Lysiae* Serm. Ἐπιτάφ. p. 33.) vocabulum illud frustra quaeritur. *Plutarchi* verba Aristid. p. 329. E. ἅμα ταῖς εὐχαῖς ἐφάνη τὰ ἱερὰ auxit ex falso prodita huius loci accessione *Dacerius* ἐφάνη τὰ ἱερὰ χρηστά. Sic vara, uti dici solet, vibiam secuta est. *Plutarchum* bene tutatum *Bryanus*, Nostrum *Taylorius*. Χρηστὰ in dictione intelligi adsolent. Conf. lib. VII. 134. WESS. — A sciolo ex vicinis repetitum, χρηστῶν, quod praebet *Arch.*, [si *Galeo* fides] recte reiecit Clar. *Io. Taylor* ad *Lys.* p. 33. Quando litabant, τὰ ἱερὰ vel τὰ σφάγια γενέσθαι simpliciter etiam dicebantur. Sic paullo post [cap. 62, 4 seq.] istis, ἐγένετο θυομένοισι τὰ σφάγια χρηστά, haec proxima subiiciuntur, ὡς δὲ χρόνῳ ποτὲ ἐγένετο, *quum vero tandem aliquando laeta essent exta.* VALCK. — Fortasse in ora codicis *Arch.* scholii loco adscriptum *Galeus* vocab. χρηστῶν viderat, ex lin. 11. et ex cap. 62, 4. adscitum. *S.*

CAP. LXII. 5. ὡς δὲ χρόνῳ ποτὲ ἐγένετο) Χρόνῳ, nonnemini suspectum, *tandem* notat: vid. ad *Euripid.* Phoeniss. 313. In *Dionys. Halicarn.* T. II. p. 33, 25., scri-

bendum: τὸ χωρίον αἰρεῖ χρόνῳ· φερόμενος δ' ὑπ' ὀργῆς etc. Ut *Herod.* precantem Pausaniam sistit [c. 61 extr.], sic *Plutarchus* T. I. p. 329. E. ubi ἅμα ταῖς εὐχαῖς ἐφάνη τὰ ἱερὰ, καὶ νίκην οἱ μάντεις ἐμήνυον. VALCK.

[6. καὶ οἱ Πέρσαι ἀντίοι, τὰ τόξα μετέντες, *et Persae illis obviam ivere omissis arcubus.* Hoc illi fecisse videntur, postquam (ut mox subilcitur) eversum a Graecis erat vallum e clypeis factum, quo tecti Persae sagittas ex arcubus in hostem emiserant: scilicet deinde in hostem perrexerunt, hastis gladiisque rem gesturi. Quod (lin. 7.) Ἐγίνετο δὲ πρῶτον περὶ τὰ γέφυρα μάχη, commodius forsan Ἐγένετο legeretur, *Primum facta erat pugna*: sed nil mutant libri: at ante μάχη articulum, quem exhibent libri fere omnes, utique restitutum malim ἡ μάχη. *S.*]

[9 *seq.* ἐς ὃ ἀπίκοντο ἐς ὠθισμόν· τὰ γὰρ δόρατα ἐπιλαμβανόμενοι κατέκλων οἱ βάρβαροι) *Vallae* latina *Gron.* et *Wess.* tenuere: *donec ad propulsionem ventum est: siquidem barbari prehensantes lanceas confringebant.* Mirum vero. Utri enim, quaeso, *propulsi* sunt? *Graeci*, an *Persae?* De neutris nunc hoc intelligi potest. Non de Persis, quos magna vi et audacia in hostes irruisse ait: non de Graecis, a quibus eodem tempore pessime accepti Persae magnum suorum numerum amiserunt. Nihil promovet, sed magis etiam (si qua fieri potest) turbat *Larcheri* interpretatio: *L'action dura longtems près du temple même de Céres, jusqu'à ce qu'on fut venu à les en chasser; car les Barbares saisissoient les lances des Grecs, et les brisoient entre leurs mains.* Verum si quaerimus, vocab. ὠθισμὸς nec hic, nec alibi, *propulsionem hostium* et *fugam* denotat, sed *conflictum.* Sic λόγων ὠθισμὸς Nostro dicitur *verborum conflictus* et *altercatio*, VIII. 78, 1. IX. 26, 2. Sic et ὠθίζεσθαι *altercari* dicit idem III. 76, 11. Proprie vero ὠθίζεσθαι vel ὠθεῖσθαι dicuntur homines qui in *turba inter se collidunt, seque mutuo premunt. Appian.* Reb. Hisp. c. 51 extr. et Reb. Samnit. c. 3. Unde ὠθισμὸς, *pressio in turba hominum*, cum apud alios, tum apud *Polyb.* IV. 58, 9. ubi ἐν τῷ περὶ τὰς πύλας ὠθισμῷ καὶ πνιγμῷ. Similiter in pugna ὠθισμὸς apud Nostrum VII. 225, 3. est *conflictus cominus pugnantium*, et veluti in conferta turba mutuo sese prementium et repellentium. Neque aliter accipiendum hoc loco vocabulum; ubi in Latinis, pro eo

quod pluribus verbis declaravi, *donec eo ventum est ut velut in turba vir virum premeret*, brevius dicere potueram, *donec iam in manus et ad gladios pugna venit*: coll. *Liv.* II. 46. et ibi virorum doctorum observatis. Cum qua interpretatione perapte cohaeret, quod continuo adiicitur, *etenim Persae hastas Graecorum* (quae nempe suis longiores erant) *manibus prehensas fregerunt*, sive *fregerant*. *S.*]

[12. Quod de *Persis* scribitur ἄνοπλοι δὲ ἦσαν, *inermes* reddiderat *Valla*, nec aliter *Gronov.* et *Wess.* Equidem, *leviter erant armati*. Commodius puto redderetur, *clypeis erant nudati*. conf. cap. 63, 10. Ὅπλον enim sigillatim *clypeum* intelligi notum est: et, everso a Graecis vallo e clypeis congesto, otium Persis non suppetierat, quo clypeum quisque suum repeteret. Et erant quidem Persae etiam lorica squamata, (VII. 61, 3 seq. et ibi Adnot.) quae eos tutabatur, induti. Sed ea lorica utique non vulgo omnibus eiusdem generis intelligi debet fuisse, cuius fuerat illa Masistii ducis, supra c. 22. descripta, aut quasi cataphractorum equitum thorax apud *Heliodor.* lib. IX. pag. 431. verum ita debuit esse comparata, ut Lacedaemonii, pro sua gladium tractandi *dexteritate*, (quae illorum εὐφυΐα paulo post *lin.* 15. laudatur,) haud aegre in opportunis corporis partibus ferire adversarios potuerint. Atque dubitare etiam licet, revera-ne Scriptor noster VII. 61. *ferream loricam* dixerit. *S.*]

CAP. LXIII. 6. καὶ ἐβάλλον πολλούς) Etsi me minime fugiat, pristinum patrocinio, si rixari libeat, non defici, consuetum nolui et schedarum praeiudicio protectum ablicere. Satis erit hoc *Plut.* Aristid. pag. 329. τοὺς δορατι τυπτοντες προθυμα και στέγια των Περσων, πολλους καὶ βαλλον. WESS. — *Polybii* loca in hanc sententiam plurima congesta reperies in Lexic. Polyb. p. 325. col. *b*. *S.*

9-11. πλειστη γαρ ὡπλισατο ἱππικη etc.) Qui criminari gestiunt, plerumque excedunt modum. Carpit *Plutarchus*, alioqui optime gnarus, γυμνους και ἀσπιδους, quos ipse habet T. II. p. 787. F, omnes perhiberi, gravi armatura defectos. Tales Persae, quorum *gerra* dudum perierant, Graecorum clypeis, si salva fuissent, nunquam comparanda. Hoc amplius, tunicae talares, quo minus expeditius pugnarent Persae, impedimento erant. Verum his aegrius inmoror. WESS.

CAP. LXIV. [2. κατὰ τὸ χρηστήριον) Vide lib. VIII. c. 114. *S.*]

[6. τῶν δὲ κατιόντων etc.) Redi ad lib. VII. c. 204. *S.*]

8. ὑπὸ Ἀειμνήστου) Iustum nobilis viri nomen non extra certamen. Ἀριμνήστου titulum dant illi *Valla* et *Arch.*, inque primis *Plutarch.* Aristid. p. [illegible], ceteris autem Codd. receptum in laude versatur. Ego quoque eisdem conspirantibus accederem, eoque promtius, quoniam ex *Plutarchi* scripto exemplari ΔΙΑΜΝΗΣΤΟΝ *H. Steph.* enotavit, ab Ἀειμνήστου leviter diversum: idem porro *Plut.* Malign. p. 873, D., sive insulsi potius scribae, ΔΕΙΠΝΗΣΤΟΝ pinxerunt, ΑΔΙΜΝΗΣΤΟΝ utique adpellandum. Iam quae in Ἀειμνήστου et Ἀριμνήστου scriptura librariorum hic et c. 71. discordia, vitiosior alibi in monumentis sepulchralibus. *M. Ant. Boldettus* Observ. ad Coemeter. p. 411. titulum exscripsit hunc, ΞΑΝΘΙΠΠΗΑΞ ΙΜΝΗΣΤΕ ΓΡΗΓΟΡΕΙ. et p. 416. ΠΤΟΛΜΑΙC. Α. Ι. ΜΝΗΓΑΙ ΕΝ ΘΕΩ ΠΑΡΘΕΝΟΣ, et Latine *Ptolmais A. I. hymnos personabat virgo.* Legisset ΑΕΙΜΝΗΣΤΗ, *perpetuae memoriae*, Latina utique adposuisset meliora. At in talibus crebri eius lapsus. WESS.

Ibid. Ἀειμνήστου) In hoc forte nomine placebit scriptio *Arch.* Ἀριμνήστου: quia firmat illam *Plutarchus* T. I. pag. 330. c. τὸν Μαρδόνιον ἀνὴρ Σπαρτιάτης ὄγκωμα Ἀρίμνηστος ἀποκτίννυσι, λίθῳ τὴν κεφαλὴν παταξας. Spartiata, quantum recordor, *Arimnestus* nusquam *Pausaniae* memoratus; sed Plataeënsium hoc etiam praelio Imperator sic illi dicitur lib. IX. p. 718. et *Plutarcho* in Arist. p. 325, c. quae commendant lectionem *Med.* apud *Herodot.* infra c. 71. [cap. 32, 8.] Ἀρίμνηστον ἄνδρα Πλαταιέα, ubi Ἀείμνηστον dabant Editi. Plataeënsem Ἀίχμημα τὸν Ἀειμνήστου memorat *Thucyd.* III. c. 52. VALCK.

CAP. LXV. [3. ἐς τὸ τεῖχος τὸ ξύλινον) Conf. c. 15, 11 seqq. et c. 70. *S.*]

10. τὸ ἱρὸν τὸ ἐν Ἐλευσῖνι ἀνάκτορον) Templum *primarium* et *praecipuum* doctissimo *de Pauw*, ad cuius formam Δήματρος Ἐλευσινίης ἱρὸν supra c. 56. Notum mihi adprime τὸ σεμνὸν ἀνάκτορον τοῦ θείου Cereris et *Proserpinae* apud *Athen.* lib. V. p. 213. D. [conf. IV. p. 168. F.] verum τὸ ἱρὸν τὸ ἐν Ἐλ. ἀνάκτορον, insolentius. *Hesychii* Ἀνακτόριον,

ἱερὸν, congruebat Codicum quorundam voluntati; ac sollemnem vocabuli glossam, *Herodoto* fortasse inculcatam, indicabat. Vide ibi Clar. *Alberti*, et *Olearium* ad Philostr. Vit. Sophist. lib. II. p. 600. WESS. — *Herodotus* aliique saepe dixerunt ἱρὸν vel ἱερὸν ἄγιον: et, monente Celeberr. *Hemsterhusio* ad *Lucian.* [Timon. c. 23.] p. 136., proprie Cereris Eleusiniae templum dicebatur τὸ σεμνὸν ἀνάκτορον τῶν θεῶν: sed causam non exputo cur Nostro scriberetur τὸ ἱρὸν τὸ ἐν Ἐλευσῖνι ἀνάκτορον. Mihi potius Cereris templum, quod fuit Eleusine, dixisse videtur τὸ ἐν Ἐλευσῖνι ἀνάκτορον: ut ad Ἀνάκτορον quis interpretamenti loco primum adiecerit τὸ ἱρόν. De quorumvis Deorum Dearumve templis vocem ἀνάκτορον prae aliis *Euripides* frequentavit in Androm. vs. 43. et 1157. Iph. in Taur. 41. et 66. Troad. 15. Ione 55. Sed sacrarium illud a Persis igne violatum ignorasse videtur *Aristides*, cuius vid. Tom. I. pag. 451. VALCK. — Adde quae in *Var. Lect.* notavimus. *S.*

CAP. LXVI. [1. Ἀρτάβαζος δὲ *etc.*) Vide supra, cap. 41. *S.*]

9. ἥτε κατηρτισμένους) Inspice *Gronovium*, quicum non dissentio. Scripsi κατὰ τοῦτο, scriptis exemplaribus iubentibus. WESS. — Prae altero (ἥγε) mihi quoque ἥτε placet: τούτους [*lin.* 8.] pertinet ad sequentia, παραγγέλλω κατ' αὐτὸ εἶναι πάντας. VALCK. — Non negans *Gronovius*, ad praecedens τούτους commodissime verbum ἥγε referri, ἥτε tamen hac una de causa, quod cod. *Med.* id exhibuisset, praetulit, monens debere τούτους inferius aliquid quaerere quo referatur. Equidem, si accusativus τούτους ad remotius illud εἶναι πάντας debet referri, non aliam rationem, cur praeferatur ἥτε, nisi hanc, exputare valeo, quod, quum et usitatum Nostro sit verbum, et h. l. ferri utcumque possit, difficiliorem quemdam, quam aliorum codicum ἥγε, habeat explicatum; quo scilicet fit, ut facilius intelligatur, cur ἥτε a nonnullis in ἥγε fuerit mutatum, quam cur ab aliis ἥγε in ἥτε. At mihi istud τούτους haud dubie a verbo κατηρτισμένους pendere videtur, ut, quemadmodum plurima alia graeca verba, sic et hoc, in praet. passivo significationem verbi activi vel medii obtineat. Similiter simplici verbo in imperfecto tempore usus est *Theocr.* XIII. 43. τύμφαι χορὸν ἠρτίζοντο. *S.*

11. ὅκως ἂν αὐτὸν ὁρίωσι σπουδῆς ἔχοντα) *Pavius*, de conlectura, ὅκως - - ὁρίωσι σπουδὴν ἔχοντα, *simul ac viderint ipsum magno studio properantem:* neque enim vulgatum ullo Graecorum in sermonis esse commercio. Quid tum vero Aeschyleo fiet Suppl. vs. 844. Σοῦσθε - - ὅπως ποδῶν. Quid ὡς ποδῶν εἶχον Nostri lib. VI. 116. ὡς τάχιστα εἶχε VIII. 107. et *Dionysii* Ant. Rom. XI. p. 626. ὡς εἶχον ὀργῆς τε καὶ τάχους: *Heliodori* Aeth. I. p. 23. ὡς εἶχε δυνατῶν, *ut vinctus erat*, et ibid. p. 56. ἐλθὼν ὡς εἶχε δρόμου. Quorum quidem uberrima passim messis. WESS.

12. In his, ὡς ἐς μάχην ἅγε δὴθεν τὸν στρατὸν, *exercitum ducebat tanquam ad pugnam scilicet:* δὴθεν ponitur ut lib. VI. cap. 1. ὡς οὐδὲν δῆθεν τῶν παρεόντων πρηγμάτων ἐπιστάμενος, et alibi saepius. VALCK.

13. πρωτηίων) Hoc elegi, quod c. 56. WESS. — Πρωτηίων *Koenius* vulgato (πρωτηνέων) praeferendum censebat, ut Ἰωνικώτερον et Herodoteum. VALCK.

CAP. LXVII. [3. οἱ γὰρ μηδίζοντες τῶν Θηβαίων) Scilicet maior quidem et potentior pars Thebanorum cum Medis sentiebant faciebantque, nec vero omnes. Conf. c. 86, 3. et *Wess.* Adn. ad c. 87, 8. *S.*]

CAP. LXVIII. [1. Δηλοῖ τι ἐμοὶ, intransitive et impersonaliter: *adparet, manifestum fit mihi.* Conf. II. 117, 2. et ad eum locum notata, p. 342. *S.*]

2. ἤρτητο ἐκ Περσέων) Redi ad lib. I. 126. In proximis [*lin.* 4.] maluit Scriptor ἔτι καὶ τοὺς Πέρσας, etsi praemiserat εἰ καὶ τότε οὗτοι, ex arbitrio et varianda oratione. Venit praeterea *Abreschio* in mentem, [*lin.* 7.] πρὸς τῶν πολεμίων ἄγχιστα ἐοῦσα, [pro vulgato ἐοῦσα,] cui coniectanti schedae addicere renuunt. WESS.

CAP. LXIX. 2. ἐν δὲ τούτῳ τῷ γινομένῳ φόβῳ) Fuit, cum legerem ἐν δὲ τούτῳ - - πόνῳ: arbitrarerque simillimum ἐν τούτῳ τῷ πόνῳ lib. VI. 114. et VII. 224. Quod quidem utrobique optimum, nec tamen edito probius. Saepe nos blandimentis huiusmodi auferimur; quae, etsi hoc in se naturale habeant, ut placeant etiam reiecta, haud raro futilia evadunt. Multis abhinc annis *Ciceronem* Tuscul. Disp. III. 27. scripsisse divinabam, *Postquam Cyprum venissent, tum adflictari lamentarique coepisse*, non vero *postquam Tyrum*. Auctorem quippe *Livium* esse, Corneliam, Pompeii

uxorem, et filium Sextum, post Magni necem, *Cyprum* refugisse, Epit. CXII.; pariterque *Lucanum*, Phars. IX. 117. *Prima ratem Cyprum spumantibus accipit undis.* Atque hoc patere probavi Cl. *Davisio*. Verum haec *Dionis* vide *Cassii* lib. XLII. p. 234. D. de Caesare Julio, τά τε ἀναθήματα τοῦ ἐν τῇ Τύρῳ Ἡρακλέους πάντα ἀνείλετο, ὅτι τήν τε γυναῖκα καὶ τὸν παῖδα τοῦ Πομπηίου ὑπεδέξαντο, ὅτι ἔφυγ·. Hinc inanem ipse suspicionem, ne et aliis fraudi sit, proscribo. Sed ad institutum. WESS.

[7. *et* 9. Quemadmodum οἱ περὶ vel ἀμφὶ αὐτόν interdum non alii intelliguntur nisi *ipse*, αὐτός: sic h. l. οἱ ἀμφὶ Κορινθίους, et οἱ ἀμφὶ Μεγαρέας καὶ Φλιασίους non alii sunt, nisi *ipsi* Κορίνθιοι, Μεγαρέες, et Φλιάσιοι. conf. lin. 11. *S.*]

16. κατηράξαν -- ἐς τὸν Κιθαιρῶνα) Perparum interesse, κατήραξαν scribatur an κατέῤῥαξαν. Variabunt hic etiam forte Codices, ut apud *Thucyd.* VII. c. 6., τὸ ἄλλο στράτευμα, νικηθὲν ὑπὸ τῶν Συρακουσίων, κατηράχθη ἐς τὸ τειχίσματα: ubi scribitur in aliis Codicibus κατερράγη. Ex *Herodoto* sumsit *Appian.* in Pun. p. 15. [cap. 15 extr.] τοὺς δὲ λοιποὺς ἐς τὰς πέτρας κατήραξαν. *Demosth.* c. Aristocr. p. 430., κατέῤῥαξέ δ' εἰς τὴν θάλατταν ἅπαντας, *omnes in mare dedit praecipites*: illic ex Cod. scripto κατήῤῥαξε prostat enotatum: una litera ablata κατήραξε potius scribendum. VALCK. — Conf. *Var. Lect.* et ad VIII. 90, 11. notata. *S.*

CAP. LXX. 8. Λακεδαιμονίων -- οὐκ ἐπισταμένων τειχομαχεῖν) Consimilia *Plut.* Arist. p. 330. D.; alibi T. II. pag. 228. D. Lycurgum τὸ πυργομαχεῖν civibus prodens prohibuisse. Vicino τῇ δὲ ἐτειχίοντο [*lin.* 12.] *Abreschius* contulit *Aristidis* T. I. p. 241. *Ed. Cant.* οἱ μὲν ὥσπερ πύλας τοῖχος ὑψηλὸς ἐξέπτυσε εἰς ἐτειχέοντο: et T. III. 315. εἰσχυμένων ἀμφοτέρωθεν ἤδη τῶν βαρβάρων. Iungatur *Suidae* Ἐτειχίοντο. VALCK. — Mireris vero, *ligneo muro* non fuisse immissum ab hostibus ignem. *S.*

[17. πρὸς τῆς Ἀλκμᾶς Ἀθηναίης) Vide ad II. 65, 22. notata. *S.*]

21 seq. οἷα τὸ ἀλίγκιον χρόνῳ etc.) Suam χώρᾳ, adnotatum in Diss. *Herod.* p. 205., recipiet ex Codicibus Noster; qui, Poetae imitatus ἀλίγκιον posuit [τὸ μαχίμους]. In hoc *augusto* loco πολλαὶ μυριάδες dicuntur κατειλημμέναι ἀνθρώπων: ubi Herodoteum dant [*dabunt*, puto, scripserat aut scribere *Valck.* voluerat; nam hic quidem non *dant*] Codices κατειλημμένοι. Qui sic *tementur ut* ἔλαβι nequeant, saepe tà-

men dicuntur ἀπωλαμμένοι, et ἀπολαμβάντες. Sic V. 101. ὅσοι - - ἐυθεως ἐν τῇ πόλι ἀπολαμβάντες πάντθεν: IX. 50. ἐν τῷ Κιθαιρῶνι ἀπολελαμμένοι. ἀπειλημμένοι Thucydidi II. p. 100, 89. et V. p. 353, 40. Ulysses ἀπειλημμένος dicitur ὑπὸ Καλυψοῦς Demostheni Thraci apud Eustath. in Od. A'. p. 19, 27. Harpocrationi Ἀποτετειχισμένος redditur ἀπειλημμένος καὶ ἀπολελειμμένος τῷ τείχει. Vid. ὁ πάνυ Ti. Hemsterh. in Aristoph. Πλ. vs. 935. VALCK.

Ibid. ἐν ὀλίγῳ χώρῳ) Non erit opinor, qui Codicum auctoritatem aversetur. Quod ex illis venit, vulgato praestabilius. *Angusto exiguoque in loco exterriti ac compulsi* Persae degebant, atque animum, explicare ordines cum non possent, despondebant. Vellem maximopere iisdem in schedis κατειλημένοι reperiri, quod, me iudice, verius, ut c. 30. [cap. 31, 26. ubi vide not.] De Cl. *Reiskio* quid dicam? Auget is coniectando sequentia [*lin.* 24.] κατακόσιαι χιλιάδες πεσέουσι τοῖσι ἔχων etc. Ergo ne *quatuor* duntaxat *millia* Artabazus fugae socia abduxit? Quod quidem *Herodotus* ita c. 65. initiatur, ut districtius non valeret. Sentit festinantis hallucinationem. WESS.

26 *seqq.* Λακεδαιμονίων δὲ etc.) Aegre fert *Plutarch.* de *Herod.* Malign. p. 872. c. solos Nostro memorari Lacedaemonios, Tegeatas, et Athenienses; quorum hi cum Thebanis pugnaverint, illi cum barbaris: atque ita ceteras omnes civitates hoc honore privari. Idem miratus in Aristide p. 330. f. opponit *Herodoto* numerum in praelia interfectorum et monumenta publica, atque in universum cecidisse docet Graecos libertatis defensores mille trecentos et sexaginta, e quibus unus et nonaginta fuerint Lacedaemonii, sexdecem Tegeatae, Athenienses duo et quinquaginta; hi quidem omnes, iuxta *Clidemum*, ἐκ τῆς Αἰαντίδος φυλῆς ἀριστεύσαντες ἄριστοι. VALCK.

CAP. LXXI. [12. ὃς γένοιτο αὐτέων ἄριστος) ὃς pro τίς, ut VI. 124, 7. et τὸ (quod ionice aliàs ὃ valet) pro τί, VI. 37, 10. *S.*]

18. καὶ φάσκων ἂν εἶπαι) Demiror εἶπαι tantopere probatum, siquidem non de se, (et foret ea professio Historiarum patri turpis,) sed de Spartanorum sermone et iudicio, *quis virorum illorum laudabilior*, haec *Herodotus*. Aristodemi culpam lib. VII. 231. vidimus. WESS.

Suum εἴπεμεν *Gronovius* latine sic reddidit: *verum id quidem etiam livore dixerimus*: quod quidem nisi plane absurdum esse velis, intelligi debebit *ab illis iudicatum* (vel *dictum*) *dixerimus*. *S.*

[19. οὗτοι δὲ τοὺς κατέλιξε πάντας) Accusativus πάντας ad proximum τοὺς relatus, quum proprie οὗτοι -- πάντες debuisset dicere: enallage poëtis maxime frequentata. *S.*]

20. τῶν ἀποθανόντων) Censebat *G. Koenius*, verba τῶν ἀποθ. ἐν ταύτῃ τῇ μάχῃ, hac in sede minus accommodata, in suam facile posse restitui, si hunc in modum paulo collocarentur inferius: Οὗτοι μὲν τῶν ἀποθανόντων ἐν ταύτῃ τῇ μάχῃ ἐν Πλαταιῆσι ονομαστότατοι ἐγένοντο. Paulo ante miror quomodo locum invenire lectio potuerit *Med.* εἴπομεν. VALCK.

CAP. LXXII. 6. κατήμενος ἐν τῇ τάξι) Bona omnia sunt. Callicrates, sacris dum operabatur Pausanias, *ad arma suo in ordine considebat*, more priscâ militiâ non insueto. *Euripides* Suppl. vs. 357. παρ' ὅπλοις δ' ἥμενος πίμψω λόγους Κρέοντι, et vs. 664. et 674. Conmodum *Plutarch.* Aristid. p. 329. B., ὡς δὲ θυόμενος (*Pausanias*) οὐκ ἐκαλλίρει, προσέταξε τοῖς Λακεδαιμονίοις, τὰς ἀσπίδας πρὸ ποδῶν θεμένους, ἀτρέμα καθέζεσθαι, continuo subdens, *Callicratem, dum ita ad arma sederetur, sagitta fuisse percussum*. Ceterum κάλλιστος, *formosior*, uti *Stephanus* voluit, in Latinis praestiterat. Poëta *Iliad.* B'. vs. 673. Νιρεύς, ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε. WESS. — *Praestantior* h. l. in versione posuerat *Valla*, quod nec a *Gron.* nec a *Wess.* mutatum est. *S.*

Ibid. κατήμενος ἐν τῇ τάξι) Viro docto [*Reiskio*] suspectum egregie tuitus est et explicuit Cl. *Wesseling.* in Diss. *Herod.* p. 126. Quod nullum edidisset isthoc tempore dignum sua virtute facinus, Callicrates ἰδίου θανάτου [*lin.* 8.] *aegre moriebatur*. ἰδιοθανάτου hinc adnotavit ut Herodoteum *Pollux* III. 106. Utrumque fuit in usu ἰδιοθανατῶν et ἰδιοθανατήρ. *Moeris Att.* Σφαδάζειν, Ἀττικῶς· Ἰδιοθανάτῳ, Ἑλληνικῶς: ubi notat Clar. *Pierson.* Syllabâ repetitâ scripsisse videtur *Athenagoras*, de Mort. Resurr. §. 4. πολλὰ μὲν σώματα τῶν ἐν ναυαγίοις καὶ ποταμοῖς ἰδιοθανατούντων ἰχθῦσι γενέσθαι τροφήν. VALCK.

8. πρὸς Ἀρίμνηστον) Schedis, viri nomen ad eum modum repraesentantibus, robur *Pausanias* lib. IX. 4. addit, ubi, ὁ δὲ Ἀρίμνηστος ἦν τε τῇ πρὸς Μαρδόνιον μάχῃ τ. Πλαταιῆσιν ἡγε-

ουτο. *Plut.* quoque Aristid. p. 325. F. Quibus autem πρὸς Ἀσιμνηστον placet, *Thucydides*, cui Plataeënsis *Lacon* Ἀσιμνήστου lib. III. 52., fortasse huius filius, aderit. Adeo iterum anceps viri titulus. Conf. c. 63. [c. 64, 8.] WESS.

CAP. LXXIII. 2. Σωφάνης) In *Plut.* Malign. p. 873. D. et Cimon. p. 483. B. Σωχάρης ὁ Ἀπιναῖος, haud sine lapsu. Proxime a veritate Σωφάνης Δεκελεύς *Pausaniae* I. 29. (ubi *Sylburgius* bene) abiit. Insequens ἐκ δήμου Δεκελῆθεν *Th. Pinedo* ad *Steph. Byz.* Δεκελειῆθεν pingebat. At urbs Ioni-bus Δεκελία c. 15. et ipso hoc Capite, unde Δεκελῆθεν (praesertim si oppidi et nominis auctor Δεκέλειος) fidè Codicum *Arch.* et *Vallae* [conf. *l.* 8.] optime procedet. WESS. — Duorum nomina, qui hoc praelio rem optime gesserunt, mendose scripta leguntur apud *Plutarch.* de *Herod.* Malig. p. 873. D. Σωχάρης καὶ Δείνιστος: quorum loco reponenda sunt nomina Σωφάνης καὶ Ἀσίμνηστος. Sed hoc praecepit ὁ πάνυ in Diss. *Herod.* p. 61. Ubi *Decelensis* Sophanes dicitur ἐκ δήμου Δεκελῆθεν, primitus forte scriptum Δεκελεῆθεν, ab Ionico Δεκελία. *Steph. Byz.* in Δεκέλεια: τὸ τοπικὸν Δεκελειάθεν παρὰ δὲ Καλλιμάχῳ Δεκελειόθεν. Hinc apud *Etymologum* male distracta concinnavit *R. Bentlei.* in *Callim.* Fragm. 234. VALCK.

18. Δεκελίης ἀπέχεσθαι) Referri solet ad annum Olymp. XCI. 3. quo Agis, Archidami F., Deceleam occupavit et in maximum Atheniensium detrimentum muniit, apud *Thucydid.* VII. 19. non sine quadam inprudentia. Aliud profecto, ἀπέχεσθαι Δεκελίης, *ab ea abstinere*; aliud, occupatam munimentis et praesidio instruere, belloque sedem legere. Contigisse res videtur, quae et Ampl. *Bouherii* opinio, belli Peloponnesiaci, quando Archidamus Atticam incursionibus infestam habuit, principio: *Thucydid.* II. 10. WESS.

CAP. LXXIV. 6. ἐκπίπτοντες) Inprobatur, censeturque *Pavio Reiskio*que ἐπιπίπτοντες, ἐσπίπτοντες, ἐμπίπτοντες, ad rem opportunius. Eadem illis voluntas Scriptoris si sedisset, abiisset eas in partes: suum maluit, utique, etsi diversiore intuitu, accommodatum. WESS. — Turbaverat viros doctos importuna *Gronovii* interpunctio, post ἐκπίπτοντες incidentis orationem; quem et ego cum *Wess.* aliisque inprudens secutus sum. Commodius olim, inde

ab *Aldo*, distincta verba erant: *οἱ πολέμιοι ἐκπίπτοντες ἐκ τῆς τάξεως, μετακινῆσαι μὴ δυναίατο*: ubi ad *μετακινῆσαι* iterum quidem *ἐκ τῆς τάξιος* subintelligi poterat; sed cohaerebant ista, *ἐκπίπτοντες ἐκ τῆς τάξιος*, idem valentia ac *προεξπίπτοντες* c. 62, 15. Est autem h. l. praegnans (ut aiunt Grammatici) verbum *ἐκπίπτοντες*, idem valens ac si adiectum esset *καὶ ἐς αὐτὸν ἐκπίπτοντες*, quod diserte adiectum c. 62, 15.; aut intelligi h. l. debet *ἐκπίπτοντες ἐπὶ αὐτὸν*, *adversus ipsum*. *S.*

12. Laudo *Arch. Vallam*que, verissimum *ἐφόρεε ἐπίσημον ἄγκυραν* indicans. Convenit adprime narrationi et Graecae consuetudini, qua Laco *ἐπὶ τῆς ἀσπίδος μυῖαν ἔχων ἐπίσημον* in *Plutarchi* T. II. p. 234. c. Neque obtrudo tamen, ne interpretamentum, si cui tale absque caussa videatur, inculcasse perhibear. WESS. — Quid sit vero, quod *elegantium*, qui pro insigni *ancoram*, stabilitatis symbolum, habuit, *perpetuo in gyrum egisse* dicatur hic homo, equidem non exputo *S.*

CAP. LXXV. 3. *Εὐρυβάτην τὸν Ἀργεῖον*) *Εὐρυβιάδην* mendose *Arch.*; verior hominis titulus lib. VI. 92. et in Pausania I. 29. WESS. — Qui dedit *Eurybiadem*, *Valla* reperit in suo codice quod *Galeus* obtulit ex *Arch. Εὐρυβιάδην*. Hic vulgatum nomen *Εὐρυβάτης* ipse satis tuebitur *Herodot.* lib. VI. c. 92., ubi Argivus *Εὐρυβάτης*, ter victor certamine singulari, *ὑπὸ τοῦ τετάρτου Σωφάνεος τοῦ Δεκελέος ἀποθνήσκει*. *Herodoto* concinit *Pausan.* I. p. 71. Sequentia respexisse *Stephanum Byz.* in *Ἄργος* primus vidit monuitque *Io. Meursius*, Att. Lect. VI. c. 31. *Leagri* [*lin.* 6.] filius, *Γλαύκων ὁ Λεάγρου*, memoratur *Thucydidi* I. 51. VALCK.

6. *ἅμα Λεάγρῳ*) Filius *Glaucon Λεάγρου* notus ex *Thucydide* lib. I. c. 51.; pater etiam ex *Pausania* I. 29., hanc eius et *Sophanis cladem* non reticente. Interiit Sophanes Olymp. LXXXI. exeunte, Archonte Athenis Lysicrate, quando altera vice Athenienses colonos occupatum Eionem infelicissime amandarunt. Huc verba Scholiastae in *Aeschinis* Or. *περὶ Παραπρ.* adplicant *Dodwellus* et *Corsinus*, Viri Cl. *δεύτερα δὲ μετὰ Δωριέα κληρῦχοι ἐπὶ Ἀνακράτους*, in *Leogora Leagrum* inyenientes; haud illi, nisi si *Leogoras Andocidis* pater fuerit, absurdi. WESS.

CAP. LXXVI. 2 *seqq.* *Γυνὴ αὐτόμολος* etc.) *Mulier transfuga* ad Graecos victores venisse dicitur [*lin.* 5 *seq.*] *καὶ*

μηναμίνη χρυσῷ πολλῷ καὶ αὐτὴ καὶ αἱ ἀμφίπολοι· articulum in his male omissum restituerunt *Reiskius* et *Koenius*. *Persas* illa dicebat [*lin.* 15.] οὔτε δαιμόνων οὔτε θεῶν ὄπιν ἔχοντας, *nec daemonum neque Deorum maiestatem*, sive *vindictam*, *reveritos*; ut supra lib. VIII. 143. Mardonius *Deorum heroumque οὐδεμίην ὄπιν ἔχων, ἐλίπησε τούς τε οἴκους καὶ τὰ ἀγάλματα*. vid. *Salmas.* ad Inscript. *Herodis Att.* p. 20. et *Io. G. Graevius* in *Hesiodi* Ἔ. καὶ Ἡ. 107. Tandem [*lin.* 17.] *Coa*, *Hegetoridae filia*, *βίη δέ μι*, inquit, λαβὼν ἐν Κῷ ἔχε ὁ Πέρσης, vel ἔσχε, *habuit me uxoris* [sive *pellicis*] *loco*: verba ἔγημε et ἔσχε permutat *Herod.* III. 31., estque is usus verbi ἔχειν, ut Latini *habere*, notissimus. Herodotea de hac muliere paucioribus enarrans *Pausanias* lib. III. [c. 3.] p. 214. Παυσανίου, ait, τὸ ἔργον τὸ ἐς τὴν Κῴαν γυναῖκα ἐν ἐπαίνῳ τίθεμαι μάλιστα· ἦν τινα, ἀνδρὸς οὐκ ἀδόξου παρὰ Κώοις θυγατέρα ἔσχεν Ἡγητορίδου τοῦ Ἀντιγόρου, Φαρανδάτης ὁ Τεάσπιδος ἀνὴρ Πέρσης παλλακὴν εἶχεν ἄκουσαν, κ. τ. λ. VALCK.

4. Φαρανδάτεος) Pravi sunt, qui mutant. Vide lib. VII. 79. et *Pausan.* III. 4., ubi Φαρανδάτης ὁ Τεάσπιδος, littera sibilante detracta. Deinceps καὶ αὐτὴ καὶ αἱ ἀμφίπολοι *Reiskio* adsentior scribi potius fore. WESS.

12. Ὦ βασιλεῦ Σπάρτης) Condonandum matronae animo prae laetitia perturbato. *Rex* Pausanias *Spartanorum* non fuit, regis Pleistarchi tantum tutor; cap. 10. et *Thucydid.* I. 132. Quod illa autem Pausaniae, λῦσαί με - - - δουλοσύνης, pro eo Codd. pauci, quibus ferme obtempero, ῥῦσαί με. Eum in modum lib. V. 49. πρὸς θεῶν τῶν Ἑλληνίων ῥύσασθε Ἴωνας ἐκ τῆς δουλοσύνης: et IX. 89. προτρεπόμενοι αὐτοὺς ῥύσασθαι ἄνδρας Ἕλληνας ἐκ δουλοσύνης: tum in Epigramm. ap. *Aristidem* T. III. p. 648. Ἑλλάδα πᾶσαν - - - ῥυσάμενοι Δουλοσύνης. Quae quidem ad verbi usum abunde; ad vulgatum autem, in simili negotio usitatum, praeiudicio damnandum minime. WESS.

21. ὀλιγαίνων) Saepe contaminarunt librarii hoc vocabuli. Respice III. 96. IX. 31. Illud autem plenum benivolentiae et humanitatis erga Coam mulierem officium merito Pausaniae in laudibus *Pausanias* lib. III. 4. deposuit. WESS.

CAP. LXXVII. 3. ἐξεργασμένοισι] *iam confecta*. Sic supra VIII. 95. post pugnam Salaminiam Adimantum

et Corinthios venisse scribit ἐπ' ἐξεργασμένοισι. Attigit formulam clar. *Io. Taylor* ad *Lysiam* pag. 489. explicat illam Noster in proximis, μαθόντες ὅτι ὕστεροι ἥκουσι τῆς συμβολῆς. Sic, post pugnam qui venere Marathoniam Lacedaemonii, VI. 120. ὕστεροι dicuntur ἀπικόμενοι τῆς συμβολῆς. VALCK. ad 4 *seq.* ἄξιοί τε ἔφασαν εἶναι σφίας ζημιῶσαι) Expressisse haec *Livium* lib. XXX. 30. elegans *I. Fr. Gronovii* observatio est. Hinc *Vallae* Latina, ut errori ansa praecideretur, probante etiam *Valckenario* restituta. WESS. — Non male ceperat *Valla*, vertens, *sed idoneos se esse ad sumendas de se poenas dixere*: his qui substituit, *ad sumendas de ipsis poenas*, alios in errorem induxit, quem corrigit Eruditus scriptor *des Essais de Critique* p. 256. Herodoteis ista respondent, quae dicentem facit Annibalem *Livius* XXX. c. 30., *forsitan non indigni simus, qui nobismet ipsi muletam irrogemus*, quae hinc sumta monuit *I. Fr. Gronovius*. VALCK. — Mihi Herodotus, si voluisset dicere *digni qui sibimet ipsi poenas irrogarent*, videbatur dicturus fuisse ἑωυτοὺς ζημιῶσαι. Nunc illud ζημιῶσαί σφεας ita accipiendum ac si ζημιωθῆναι dixisset, nempe ἄξιος (τινά, sive Πανιωνίην, sive τοὺς Ἕλληνας) ζημιῶσαί σφεας, quemadmodum v. gr. Graece dicitur ἄξιός ἐστι θαυμάσαι, pro θαυμασθῆναι, nempe intelligendo ἄξιός ἐστι ἐστι τοῦ τοὺς ἀνθρώπους θαυμάσαι αὐτόν. Neque me admodum turbavit laudatus *Livii* locus: primum enim addubitare licebit, voluerit-ne ibi Romanus scriptor haec ipsa Herodotea verba suum in sermonem transferre: deinde, *Livio* non minus, quam nobis hac aetate, accidere potuit, ut graecorum Scriptorum mentem, quos ob oculos habuit, non satis recte perceperit; quod quidem subinde illi usu venisse memini me olim observare, quum *Livii* latina cum *Polybii* graecis, e quibus illa translata sunt, de professo exigerem. *S.*

6 *seq.* τούτους ἰδίωκον μέχρι Θετταλίης) Inter eos, qui *Artabazum fugientem insecuti* fuerunt, praecipui in *Diodori* lib. XI. 32. *Corinthii, Sicyonii, Phliasii*. WESS. — Diserte vero adiicit *Diodorus* καί τινες ἕτεροι: quorum in numero *Mantinenses* esse potuerunt. *Larcherus* tamen, et qui eum sequitur *Schulzius*, (puto ob ea quae continuo subiicit *Herodotus*, Λακεδαιμόνιοι δὲ οὐκ ἔων φεύγοντας διώκειν) verbum ἰδίωκον ita accipiunt, ut non ipsa actio significetur, sed

consilium et conatus agendi, *persequi cupiebant*: coll. I. 68, 26. ibique notatis. De dictione οὐκ ἰᾶν vide dicta ad IX, 2, 5. *S.*

CAP. LXXVIII. 2. Αἰγινητέων τὰ πρῶτα) Saltem dictionis corruptores τὰ πρῶτα φερόμενος, ut postulat mos, elegissent. *Dio Cassius* lib. XL. p. 136. de *Sulla* Britanno sive Cassivelano, τὸν τῶν τὰ πρῶτα ἐν τῇ νήσῳ δυναστῶν φερόμενον. *Aelianus* Anim. XIII. 17. αὐλωπίδες (ex thynnorum genere) ῥώμην τε καὶ ἀλκὴν τὰ πρῶτα φέροιτο ἄν. Resecui inportunum, et ab schedis *Gronovio*que proscriptum, φέρων. Conf. lib. VI. c. 100. et praeter ceteros *Ti. Hemsterhusium* in *Luciani* Timon. c. 36. et *Xenophont. Ephesium* in Miscell. Observ. Vol. V. p. 30. Quod succedit continuo ἴκετο πρὸς Παυσανίην in scriptis quibusdam libris, valide sese commendat. WESS. — Equidem solicitatum ἴετο nolim. *S.*

Ibid. Αἰγινητέων τὰ πρῶτα φέρων) Si Codicibus etiam aliis abest φέρων, non repertum in *Mediceo*, *vir inter Aeginetas Princeps* hic dictus videbitur Αἰγινητέων τὰ πρῶτα: quam sermonis elegantiam, his etiam usus *Herodoti*, pertractavit Vir summus ad *Lucian.* [Tim. c. 35.] T. I. p. 147. Pro φέρων si qui Codices darent φερόμενος, Lampon censeri posset dictus Αἰγινητέων τὰ πρῶτα φερόμενος, ut Hermotimum scribit φερόμενον οὐ τὰ δεύτερα τῶν εὐτυχῶν παρὰ βασιλῆϊ, lib. VIII. c. 104., quod commodum excitat Clar. *Gronov.* Dicitur quis τὰ πρῶτα et τὰ δεύτερα φέρεσθαι, non φέρειν. *Lucian.* [Var. Hist. II. 18.] T. II. p. 115., Οἱ ἀμφ' Ἀριστιππέου τε καὶ Ἐπίκουρον τὰ πρῶτα παρ' αὐτοῖς ἐφέροντο. Dedisse videtur *Eunapius* in *Iambl.* p. 21. Ἀνατολίῳ τῷ μετὰ Πορφύριον τὰ δεύτερα φερομένῳ. *Moschus* Eid. III. vs. 57. μὴ δεύτερα τῆϊο φέρηται. *Callimachus* Hymn. in Del. vs. 4. Δῆλος δ' ἰθύλει τὰ πρῶτα φέρεσθαι Ἐκ Μουσέων. VALCK.

10. μὴ ὑπάρχειν ἔργα ἀτάσθαλα ποιέων) Vidi ad marginem Aldinae docti viri manu, μὴ ὑπάρχων -- ποιέειν, quorum ultimum in *Ask.*; sed eius opera supervacua. Noster lib. VII. 8, 2. οἵ γε ἐμὲ καὶ πατέρα τὸν ἐμὸν ὑπῆρξαν ἄδικα ποιεῦντες: quibus conparia Cl. *Valckenarius* ad *Euripid.* Phoeniss. p. 533. conduxit plurima. Aeginetae Lamponis consilium Pausanias iure sprevit, laudatus propterea a *Pausania* III. 4. WESS. — In *Vers. lat.* pro nudo verbo *susci-*

piat, scriptum *ultro suscipiat* volueram, quo vocabulo *ultro* vis graeci verbi ὑπάρχειν exprimeretur. Vellae latina haec erant; *eaveat nefanda facinora perpetrare ut Graecus.* Loco verbi *perpetrare* Gronovius *inchoare* posuit. S.

CAP. LXXIX. 10. ἔστιν μὲν ποιεῖν) Dictum laudabiliter. At *quantum mutatus ab illo Hectore* in *Thucydidis* lib. I. 132. Redi tamen ad *Nostri* lib. V. 32. Proximum ex mastis ψυχῇσί τε τῇσι τῶνδε [*lin.* 13.] aliorum arbitrio relinquitur. WESS. — At haud cunctanter recipi τῇσι debuerat. S.

16 *seq.* εὐ μέντοι ἴσθι ἔχων λόγον τοιόνδε μήτε πρεσβὺς ἐμοῦ γε) Ore Ionico pronunciata, atque in speciem lenissima, gravem tamen continent comminationem, illis simillima, quae Alexandro Macedoni dixisse feruntur Athenienses VIII. 143. εὐ τε τοῦ λοιποῦ λόγους ἔχων τοιούσδε μὴ ἐπιβαίνειν Ἀθηναίοισι, μηδὲ δοκέων χρηστὰ ὑπουργέειν ἀθέμιστα ἔρδειν πατρίοισι. Iuxta *Lycurgum* c. Leocr. p. 156, 42. Alexandrum Athenienses μαινομένῳ δεῖν κατέλυσαν: secundum *Arbitidem* T. V. p. 260. illi dixerunt qualia Medeae Creon *Euripidis* vs. 358. *si te secundo lumine hic offendero, Moriere.* Lamponis istius consilium repellentis Spartani Regis responsum respicit *Pausanias* III. [c. 4.] p. 214. VALCK.

CAP. LXXX. 4. κλίνας τε ἐπιχρύσους) Non fuere ἀλύχρυσοι καὶ ἀλάργυροι, quales in *Philon. Iud.* de Somn. p. 626. E., sed *inaurati* et *inargentati.* Ex solido auro et argento memorabuntur c. 80. In talibus et alibi peccatur. Vide I. 50. WESS.

15. ἅτε ἐόντα χαλκὸν δῆθεν) *Quasi vero aes foret.* Rudi simplicitate Helotarum, aurum atque aes vix internoscentium, abusi Aeginetae sunt. Quid vieto ad Grandsonium Carolo Audace, Burgundiae duce, vasis eius argenteis, stannum arbitrati, fecerint, quoque modo gemmas, truncas pretiosissimas et pretii ingentis, tanquam vilissima aeruginosa abiecerint Helvetii, dudum ab ipsis genus elegantiae *Ph. Comineus* Memor. lib. V. 2. exposuit. WESS.

CAP. LXXXI. 3. ἐπὶ τοῦ τριποδίσκου ὄφις) Durabat in tempora *Pausaniae*, aureo tripode dudum a Phocensibus interverso et conflato, lib. X. 13. Quam vero Cel. Gronovius ex *Wheloco*, adposuit *tricipitis colubri* figuram, dum huius videri, ab Ampl. *Cupero* veritati respondere negatum

Epistol. lib. II. p. 197. Litem meam non facies: sit tamen verum amemus, *unus* hic *draco* et *triceps* describitur, δράκων χαλκοῦς *Pausaniae*; monumentum autem Constantinopolitanum tres exhibet serpentes, scitissime contortiplicatos: dubium praeterea, Delphis-ne Byzantium venerit; sed, fieri hoc potuisse, nolo infitiari. Porro *Iovis Olympii ex aere statuam* copiosius *Pausanias* expingit lib. V. c. 23. WESS.

CAP. LXXXII. 2 *seqq.* ὡς Ξέρξης φεύγων *etc.*) Quae hoc capite continentur, ubi pleraque descripta prostant apud *Athen.* IV. p. 138. alia deteriora, pauca quaedam vulgatis leguntur meliora. Pro ἀρτοκόπους, [*lin.* 6.] ἀρτοποιοὺς praebet *Athen.*, quae duo saepe permutantur in Codd. Ut apud *Herod.*, alibi quoque iunguntur ἀρτοκόποι et ὀψοποιοί: multa notantur ad *Thom. Mag.* in Ἀρτοκόπος: dubium quid scripserit *Plutarch.* T. II. p. 401. E. Vulgatorum loco [*lin.* 17 *seq.*] forte cui non displicebit *Athenaei* lectio, ἐς ἑκατέρου τῶν δείπνων τὴν παρασκευήν. Firmant Herodotei Codices, ut patet ex Diss. *Herod.* p. 89., quam habet *Athenaeus* τοῦ Μήδων ἡγεμόνος τὴν ἀφροσύνην: absque Codicibus nemini suspecta mentio fuisset τοῦ Μήδων βασιλῆος, quum supra tradiderit, ὡς Ξέρξης φεύγων ἐκ τῆς Ἑλλάδος Μαρδονίῳ τὴν κατασκευὴν κατελίπετο τὴν ἑωυτοῦ: quin *Xerxi* potius congruere, quam *Mardonio* videntur ista, ὃς τοσήνδε δίαιταν ἔσχον, ἦλθε ἐς ἡμέας οὕτω οἰζυρὴν ἔχοντας ἀπαιρησόμενος: in quibus ὡς ἡμέας legisse suspicor Sophistam, [*Athenaeum,*] qui voci Ionicae οἰζυρὴν vulgarem substituit ταλαίπωρον. VALCK. — Quod pro κατασκευὴν *lin.* 4 *seq.* σκηνὴν scriptum oportuisse suspicatus sim, pauci lectores, puto, futuri sunt qui improbent. Quis enim ferat τὴν κατασκευὴν χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ κατεσκευασμένην? Quo magis mirari subit, quod in vulgatum communi consensu conspirarint librarii omnes, neque multum ab his dissentiant *Athenaei* codices, hoc loco, ut paullo ante, παρασκευὴν exhibentes. *S.*

7. 15. ἦν πολλὸν τὸ μέσον) *Amplum discrimen.* Supra lib. I. 126. οἱ δὲ ἔφασαν, πολλὸν εἶναι αὐτίων τὸ μέσον, in simili negotio. *Euripides* Alcest. vs. 914. οἴμοι πολὺ γὰρ τὸ μέσον! *Io. Chrysostomus* Or. de Evangelii Profectu, T. III. p. 562. C. πολὺ δὲ τὸ μέσον τούτων κρίνατε. Alii, uti *Heliodorus* Aethi-

Vide p. 218. οὐ γὰρ πάνυ τῷ μέσῳ. Adde *Abreschii* Lectiori. Aristaenet. p. 249. WESS.

τοῦ Μήδων ἡγεμόνος) Placeret τοῦ Μήδου ἡγεμόνος ex *Arch.*, modo plures iuberent libri. Alterum dubio caret. *Macedonii* delicias et superfluum adparatum Pausanias, non absentis Persarum *regis*, perstringit et taxat. Additum αὖθις ἐλθὼν ἔχοντας ἄκαιρα, irruenti, ut ferocientis impetum sisterent, Carolo Audaci testati de se suaeque regionis habitu Helvetii fuerunt, eodem *Comineo* lib. V. c. 12. Memor. prohibente. WESS.

CAP. LXXXIII. [3. θήκας χρυσοῦ καὶ ἀργύρου) Θήκην, *thecam*, III. 130, 20. *repositorium* sive *pateram* intellexeram, et in Adnot. dixeram, eodem modo vocab. istud hoc etiam loco intelligi posse. Mutavi, ad hunc locum quod spectat, sententiam. Possent quidem θήκας χρυσοῦ καὶ ἀργύρου *paterae aureae et argenteae* intelligi; sed adiecta h. l. verba καὶ τῶν ἄλλων χρημάτων, i. e. *et aliarum rerum pretiosarum*, satis declarant, θήκας hic *loculos*, ut erat in *Vallae* latinis, aut *scrinia* dici. *S.*]

6 seq. κεφαλὴ οὐκ ἔχουσα ῥαφὴν οὐδεμίαν) *Pollucis* aut alius exemplo respexisse haec *Theophilum Protospatharium* (de Fabrica Corpor. Hum. lib. IV. 4. in *Fabricii* Bibl. Gr. T. XII. p. 858.) puto, κεφαλὰς ἀῤῥάφους, *sine omni sutura*, inter ossa praeliis deiectorum et computrescentium ab scriptoribus reperta adfirmantem memorari. Ὀδόντας μονοφυεῖς [*lin.* 9.] *Pyrrho*, Epirotarum regi, et Prusiae, Bithyni regis filio cognomini, tribuit *Valerius Maxim.* lib. I. 8. Exter. 12. et *Festus* in *Monodos*. Illud autem paullo impeditius et salebrosius, [*lin.* 4.] ἐφάνη δὲ καὶ τόδε ὕστερον ἐπὶ τούτοις τῶν νεκρῶν. Si esset ἐφάνη δὲ καὶ τόδε ὕστερον ἔτι τούτοις, τῶν νεκρῶν κεφαλαλθίντων τὰς σάρκας: tum, *postea demum, nudatis carne cadaveribus, adparuisse τόδε*, nempe id, quod de *cranio sine sutura* et de *maxilla* proditur, sententia declararet. Et sic doctissimus *Abreschius*. VALCK. — Commode *post τόδε minori puncto* distingueretur oratio, verbaque ista συμφόρων — χώρων *parentheseos* notis interciperentur: quo significaretur, cohaerere illa τῶν νεκρῶν περιλαλθίντων τὰς σάρκας, αἰρίδη κεφαλὴ etc. *S.*

CAP. LXXXIV. 8. Διονυσοφάνης) Ita et *Pausanias* lib. IX. 2. Similis variatio in Διονυσοδώρου Historici titulo.

Unde vero *Pausanias*, Artonten multa huic Ephesiae elargitum ob patrem contumulatum acceperit, nescio. WESS. — At hoc ipsum *Herodotus* noster haud obscure eodem hoc loco significavit. *S.*

CAP. LXXXV. 4. ἔνθα μὲν τοὺς ἱρέας θάψαι) Acquiesco in elegantissima Cl. *Valckenarii*, ἱρέας sive ἱρείας corrigentis, coniectura; eoque promtius, quod Ἀσίων Ἡροδότου collector vocem hic invenisse videatur. Eandem mens eruditissimi *de Pauw*, sic commentanti: *Locus est depravatus, et sacerdotem requirit, qui thure et offa pristinum faciat; quo certe officio ego nunc fungar hic, qui inter Divae Orithiae sacerdotes fortasse locum aliquem mereri possum. Scribe, et scribe emendatione certissima, ἔνθα μὲν τοὺς ἡγεμόνας θάψαν*, et *similiter statim post*, ἐν μὲν - - - ἔνθα οἱ ἡγεμόνες. *Plutarchus audiendus est in Vita Lycurgi* (p. 50 D.) *quo nemo melius ἱρέας nobis depinxit.* Ἱρέας δὲ καλοῦσι, [inquit,] τοὺς ἔτος ἤδη δεύτερον ἐκ παίδων γεγονότας, - - - οὗτος οὖν ὁ ἱρὴν, ὅπως ἔτι νεογνὸς, ἄρχει τῶν ὑποτεταγμένων ἐν ταῖς μάχαις. *Quid censes? quidquam-ne certius aut acconmodatius? Ἱρέες erant ordinum ductores; hos in uno tumulo tumularunt una cum quatuor illis praestantissimis heroibus.* Quae, quantumvis pluscula, placuit describere, ut confidentiae et dictionis genus viri iuvenis, nam admodum adolescentis sunt, in obscuro ne maneret. WESS.

Ibid. τοὺς ἱρέας) Suum etiam in expeditionibus habebant μάντιν, qui per extispicinam Deorum mentem scrutaretur; sed nusquam alibi, opinor, in historia Graeca Spartiatae memorantur ἱρέες, *sacerdotes*, qui praeliis interfuerint. Visus mihi semper est *Herod.* aliam hic primitus vocem posuisse; sed, quaenam illa fuerit, mihi quidem non liquet. Memoratur in *Glossis Herod.* Εἰρήν. Quibus alibi nusquam locus est in Musis, hic Grammaticum legisse suspicabar in suo Codice ἱρέας et paulo post ἱρέες. Coniecturam memorare dignatus est Celeberr. *Wess.* in Diss. *Herod.* p. 206. et removit difficultatem, quae opponi posset. Neutrum fortasse, nec ἱρέας, neque ἱρέας, sed scripsisse potius alicui videbitur *Herod.* τοὺς ἱππέας, et οἱ ἱππέες: quia distinguuntur a ceteris Spartiatis; Nostro autem memorantur VIII. 124. τριηκόσιοι Σπαρτιητέων λογάδες, - - - οἵπερ ἱππέες καλέονται. VALCK.

[4. Ποτιδαίους etc.) De his conf. c. 71, 10 seq. et de *Anomphareto* sigillatim, c. 53 seq. *S.*]

13. ὡς ἐγὼ νομίζομαι) Ablegatum hinc longissime cupiunt voculam ὡς, sicuti et lib. II. 8.; nullo iure, uti ad monitum ibi. Recipi autem [a *Gronovio*] non debuerat ἀπαθεχνουμένους, sanequam intolerabile, atque *Plutarcho* multisque aliis damnatum. Attigit, non absque censura, *Abreschius* Dilucidat. Thucidid. p. 6. Multo quoque χώματα χῶσαι κεινὰ [lin. 14.] plausibilius et veritati adfinius. Aliorum sepulchra caesorum cadavera habebant recondita, erantque adeo τάφοι πλήρεις. Contra ea, κενὰ, vacua et *inania*, quae deinceps fuerunt aggesta, meraque adeo *cenotaphia*. Atque, haec Scriptorem voluisse, res clamat, agnita a viris Cl. *Th. Gale* et *D'Orvillio* ad *Charit.* p. 147. Et quis in tanto Codicum scriptorum consensu haesitaret? WESS.

13. ἀπαθεχνουμένους) Non alibi repertum hinc etiam eiicietur, restituto Herodoteo ἀπαθεχνεομένους. Pro τῇ ἀπαστοῖ fortasse suo more scribendi posuerat τῇ ἀπαστοῦ: vid. supra notata p. 42. [Adn. ad I. 85, 3.] Paulo post [lin. 14.] ex Codicibus et *Plutarcho* χώματα restituentus κεινὰ, quod patet ex Diss. *Herod.* p. 63. VALCK.

18. χῶσαι Κλεάδην) Eos non audio, qui Ἀλεάδην obtrudunt, victima litterarum A. et K. lapsos. Praeter alios contra venit *Plutarch.* Malign. p. 873. A. ubi Κλεάδας ὁ Πλαταιεύς. Χῶσαι in tumulis *terrâ congestis*, tritum. *Euripides* Iphigen. Taur. vs. 703. Τύμβον τε χώσαντ' et Aulid. vs. 1443. ἐπεὶ μοι τύμβος οὐ χωσθήσεται etc. WESS.

CAP. LXXXVI. 3. ἐμαυτὸν αὐτέων τοὺς μηδισαντας) Quia mox sequitur, ἐν ἡμέρῃσι δὲ αὐτῶν, vere mihi *Koenius* correxisse videtur, ἐμαυτὸν ἀστέων τοὺς μηδ. Ἀστέων Ionico flexu legitur infra c. 93. Idem vitium a viris doctis saepe sublatum, velut a *Leopardo* Em. I. cap. 16. *Is. Vossio* ad *Melam* II. c. 3. *Io. Pierson.* Veriss. p. 38. hic illic veterum scriptis etiam nunc inhaeret. In fragm. Orat. *Isaei* apud *Dionys. Halic.* T. II. p. 176, 28. scribendum: ὅτι ἡ μήτηρ ἐστὶ τε ἐστὶ, καὶ ὁ πατὴρ etc. vs. 39. ἢν αὐτοὶ ὁμολογεῦσιν εἶναι, pro vulgatis αὐτὴ et αὐτὴν. In *Epicharmi* loco apud *Diogenem Laert.* III. 16. procul omni dubio corrigendum: *nihil mirum*, οὐδὲν ἀστοῖον ἐστιν. Reliquit men-

dam ill. *Grotius* in versu *Mosehionis*, Excerpt. ex *Stephani* Eclog. p. 147. Αὗτη δ' ἐπυργώσαντο: *urbes* postulare sententiam Poëtae, uniquique patebit attendenti, atque adeo etiam reponendum, Ἄστη δ' ἐπυργώσαντο, καὶ πτερύγωσις Ἐπευξαν εἶναι. VALCK. — Hoc quidem loco nil magnopere obstabat quin vulgatum teneretur. conf. c. 67, 3. Poteat autem genitivus αὐτέων duplici modo accipi, sive ut intelligas πασῶν τῶν αὐτέων, sive ut ἑκαστέων αὐτῶν idem valeat ac ἑκαστέων τε καὶ αὐτέων vel πασῶν αὐτῶν. Ad sententiam quidem, nil interest. S.

CAP. LXXXVII. 4 *seq.* μὴ πρότερον ἀπαναστῆναι λυσάμενος ἢ ἐξέλωσι) Tale superius [c. 86, 6.] μὴ ἀπαλλαγῆναι ἀπὸ τῆς πόλιος πρότερον ἢ ἐξέλωσι: et cap. 16. πρότερον ἢ τυφλὸν ἐν Πλαταιῇσι τὸν μάχην. Aliter, et prius vulgato congruenter, lib. VI. cap. 46. οὐ γὰρ δὴ πρότερον ἀπαλλάξεσθαι, πρὶν ἢ σφέας ὑποχειρίους ἐποιήσατο. Iunge *Gronovio* observata lib. V. 118. cuius in vicinio μὴ ἀπαλλάσσειν [*lin.* 7.] laudandus opera. WESS. — Πρὶν μὴ ἀπαλλάσσειν [*lin.* 7.] intelligo πρὶν κακὰ et conf. V. 4, 6. et VI. 12, 11. S.

8. χρήματά σφι δῶμεν ἐκ τοῦ κοινοῦ) Aequissima postulatio, si professio veritate fulciretur. Qui citra fraudem et dolum reipublicae consulunt, impune illis esse debet, quando res secus cadit. Nam consilii datores ob eventum, quem praestare non possunt, plectere, quamquam tristes istiusmodi poenae in annalibus plures, a consilio dando, ne aliud adponam, merito omnes deterrebit. Egregiae ad hanc rem Ampl. *Bynkershoekii* Quaest. Iur. Publ. lib. II. 2. disquisitiones sunt. Sed horum oratio influcta, et causa dispar est. Civitatem Thebanam pauci eorum oppresserant dominatu, invitamque in factionem compulerant. Haec fide *Pausaniae*: τῆς δὲ αἰτίης τοιῆσδε ἁμαρτίης σφίσιν οὐ μετεστι, ὅτι ἐν ταῖς Θήβῃσι ἀλιγαρχίη, καὶ οὐχὶ ἡ πατρίη πολιτείη τυγχάνουσα ἰσχυεν, lib. IX. 6. WESS.

CAP. LXXXVIII. [5 *seq.* τοὺς δὲ ἄλλους ἀνδρας τοὺς ἐξιόντας οἱ Θηβαῖοι, οἱ μὲν ἰόντες) Si, οἱ μὲν intelliguntur *idem qui traditi sunt a Thebanis*, fuerit ἀναπολογία quaedam sermonis, facile quidem ferenda: sed poterunt etiam οἱ μὲν intelligi *Thebani*. S.]

7. χρήματα ἐπιτελέσειαν) Divinationem *Aem. Porti*, audacter abs *Genevensi* Editore insertam contextui, veram schedae praestant. Itaque de *Aldino* et nupero ἐπιτέλεον,

alibi invisitato, commentabor nihil. [Vide *Var. Lect.*] *Pausaniae* potius humanissimam et aequissimam declarationem, qua *Attagini liberos insontes dimisit*, praedicabo. Φαίη, optime omnium, τοῦ μηδισμοῦ παῖδας οὐδὲν εἶναι μεταιτίους. Delicta scelerum auctores luunt; infantes consilii absque vi innocentia. *Cicero* verissime: *Ferret-ne civitas ulla talorem istiusmodi legis, ut condemnaretur filius aut nepos, si pater aut avus deliquisset?* Nat. Deor. lib. III. 38. Multa *P. Faber* Semest. III. 8. WESS.

CAP. LXXXIX. 1 *seq.* Ἀρτάβαζος - - - Φεύγων etc.) Sua hinc sumsisse videtur *Polyaenus* VII. c. 33, 3. Ἀρτάβαζος Φαρνάκου Φεύγων ἐκ Πλαταιῶν προῆλθεν εἰς Θετταλίαν, quaeque sequuntur. Ibidem Thessalis dixisse fertur Artabazus: Μαρδόνιος δὲ νενικηκὼς ἕπεται, καὶ τὰ ἔργα τῆς νίκης αὐτὸς ἀπαγγελεῖ: prout scribendum vidit doctiss. *Koenius*, qui *Herodotum* infra dedisse suspicabatur: αὐτὸς δὲ ὁμῆ Μαρδόνιος καὶ ὁ στρατὸς αὐτοῦ εὐθὺς [*lin.* 15. ubi οὗτος edd. et mssti] κατὰ πόδας ἡμεῖν ἑλαύνων προσδόκιμός ἐστι. VALCK.

12. ἑλῶν ἐς Θρηίκην) Laudatore *Gronovio* recte hoc gloriatur. Ἐξ ὅτου βασιλεὺς Καμβύσης ἤλασε ἐς Αἴγυπτον lib. III. 63. Artem, qua Artabazus suae exercitusque saluti apud Thessalos consuluit, *Polyaenus* hinc derivavit lib. VII. 33, 3. Paene autem illud *Ask.* [*lin.* 7.] ὦυτός τε κινδυνεύσει sine dicto praeterierat. Ionum, vice αὐτός, affirmant esse *Corinthus* et *Phavorinus*: ὦυτὸς ἀντὶ τοῦ αὐτὸς Ἰωνίς φασι. Et tale iudicant, συμφέρεται ὦυτὸς εἶναι lib. II. 79., cuius loco ὦυτὸς alibi. Non nihil addubito. WESS. — Equidem haud dubie errasse et Grammaticos istos, et librarios, si qui illorum rationi favent, censeo. Ἑωυτῶ, ἑωυτῷ etc. ionicae sunt formae, pro ἑαυτοῦ, ἑαυτῷ: item ὦυτός, pro ὁ αὐτός: non ὠυτὸς aut ὦῦτος, pro simplici αὐτός. *S.*

23 *seq.* λιμῷ συστάντας καὶ καμάτῳ) Persimiles Persici exercitus aerumnae lib. VIII. 115.; quales, neglecto adparatu, nulla congesta annona, frequentissimae. Consequens διέβη πλοίοισι germanum agnoscit χρῆν πλοίῳ διαβαίνειν lib. I. 186. Auctor vitae Homeri c. 19. ἴσχεσζεν αὐτοῦ συνεξευρεῖν αὐτῷ πλοῖον, ὅπως ἂν εἰς τὴν Χίον διαβαίη. Nolo plura, uti nec Latina, de quibus Cl. *P. Burmannus* in Declam. VI. 21. *Quinctiliani*. WESS. — Λιμῷ συστάντας vulgo *fame effectos* interpretantur: nos, ex propria vi

verbi, *fame conflictatos*. Vide ad VII. 170, 9. notata. *S.*

CAP. XC. [3 *seqq.* Ἐπεὶ γὰρ δὴ ἐν τῇ Δήλῳ *etc.*] Vide lib. VIII. cap. 130-132. *S.*]

9. Θεομήστορος) In suo Cod. *Valla* reperit Θεομνήστορος, in *Med. Gronovius*, Θεομήτορος. Sed ut hic, sic supra VIII. 85. idem ille dicitur Θεομήστωρ, ubi narratur quam ob causam Sami fuerit a Persis tyrannus constitutus. Paulo post [*lin.* 12.] scribendum puto, ὡς, ἢν μοῦνον ἰδωσι αὐτοὺς οἱ Ἴωνες, ἀποστήσονται ἀπὸ Περσέων: sequitur enim eodem tempore, καὶ ὡς οἱ βάρβαροι οὐκ ὑπομενέουσι. VALCK.

12. ἀποστήσονται ἀπὸ Περσέων) Ecce iterum negligentiae specimen. [Vide *Var. Lect.*] Veritatem, quam sollertissimi viri *Aldus* et *Camerarius* tenuerunt, insecuti neglexerunt omnes. Tantum-ne molestiae eos *inspicere*? Praesertim cum illam verbi formam res ipsa postularet. Eadem in proximis socordia. WESS.

CAP. XCI. 7. Δίκομαι τὸν οἰωνὸν τὸν Ἡγησιστράτου) Vide lib. VIII. 114., ubi Aristophaneum Δίκου τὸν ἄνδρα, καὶ τὸν ὄφιν τοῦ Διός, stabilire τὰν Ἡγησίστρατον *Arch.* videtur. In *hominis nomine*, *exercitus ductore*, bonum *omen* erat; quale Augusto ad Actium ante aciem asellus cum asinario dedit: *Eutyches homini*, *bestiae Nicon erat nomen*, inquit *Sueton.* in August. c. 96. Eadem ex superstitione, rem memorabilem adgressuri, eos potissimum adsciscebant, quibus *fausta nomina*; uti Vespasianus, Capitolium dedicaturus, in *Taciti* Histor. IV. 53. cum *Lipsii* Nota. WESS.

Ibid. δίκομαι τὸν οἰωνόν) Non, quod vulgatur τὸν Ἡγησιστράτου, sed τὸν Ἡγησίστρατον *Galen.* exhibet ex *Arch.*, neque aliter legit *Valla*. Hoc si *Herodotus* adiecit, scripsisset potius me iudice, δίκομαι οἰωνὸν τὸν Ἡγησίστρατον, *velut omen accipio nomen Hegesistrati*: ut paulo post dicitur, οἰωνὸν τὸ οὔνομα ποιεύμενος. In *Plauti* Pseud. II. IV. 22. Χαρῖνον οἰωνὸν ποιῶ. *Euripid.* Phoen. vs. 865. Οἰωνὸν ἐθέμην καλλίνικα τὰ στέφη. Sed e vicinis notissimum forsan ab alia manu nomen fuit adiectum *Hegesistrati*, ab *Herodoto* autem scriptum Δίκομαι τὸν οἰωνόν, ὁ ξεῖνε Σάμιε. Romanorum illud, *accipio omen*, sic solet Graecis simpliciter dici: δίκομαι τὸν οἰωνόν, sive τὸν ὄρνιν, τὴν κληδόνα· τὸ μάντευμα· τὸ χρηστήριον. VALCK.

CAP. XCII. 1 *seq.* Ταῦτά τε ἅμα ἠγόρευε καὶ τὸ ἴδιον τρηχὺν) Est loquendi forma frequens *Euripidi*. Dederat

formam ad hanc normam Noster supra VIII. c. 5, τοῦτό τε ἅμα ἀκούων, καὶ ἔτυπτε ἐπὶ τὸν νῶτα τὸν Ἀδειμάντου: ut c. 17. τοῦτό τε ἅμα — ἐπόμενος καὶ ἔτυπτε. VALCK. — Ero eo quo hinc 2. scribitur καὶ τὸ ἔργον προσῆγε, suspicatus eram προσῆκε, oportuisse, verbo neutraliter sumto, et *procedebat opus*, sed communi consensu vulgatum tenent libri, in quo adquiescendum, intelligendumque, et *sermoni* eum ipsam *adiecit*, i. e. et rem ipsam praestitit. S.

9. Ἀπολλωνίης δὲ τῆς ἐν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ) Ita *Pausanias* eum alibi, tum VI. 14. *Menepiolemus* ἐξ Ἀπολλωνίας τῆς ἐπὶ τῷ Ἰονίῳ. De *Orico*, [*CAP. XCIII.* 5.] ad eundem Ionium sinum, *Steph. Byz.*, πόλις ἐν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ. Adiunge *Cononis* Narrat. XXX., cui *Euenius* est Πυθίνιος. *Montem*, unde amnis (fortasse *Aous*) labebatur, *Strabo* Ἄκαμα adpellat lib. VII. p. 486. [p. 316. ed. Cas.] Ἀδαμαντα tamen *Steph. Byz.* ex *Hecataeo*. Lege *Casaubano* observata. WESS.

CAP. XCIII. 1. κατίλαβε Εὔηνον) *Euenium* hunc Apolloniatam aliquoties in *Cononis* Narrat. XXXII. Πυθίνιον dici vidit *Koenius*. Istius erat is Apolloniae civis, quae Nostro ἡ ἐν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ dicitur: ταῖς ἐν πόντῳ Ἰονίῳ Φοίβου ὕμνοις ἀνακρεκόμενος, apud *Pausan.* V. [c. 22.] p. 435. Situs urbis in Excerptis e *Cnone* definitur, et ποταμὸς Ἄωος διὰ μέσης αὐτῆς ῥέων dicitur ἐκβάλλων εἰς τὸ Ἰόνιον πέλαγος. Iuxta *Herodotum* [lib. 4 seq.] flumen ῥέει διὰ τῆς Ἀπολλωνίης χώρης ἐς θάλασσαν, παρ' Ὠρικὸν λιμένα. Portum *Oricum* hinc attigit *Eustathius* in *Dionys.* vs. 398. conf. *Strabo* VII. p. 486. B. VALCK.

11. Φυλάσσουσι ἐνιαυτὸν ἕκαστον) *Custodiunt per annum singuli*, eorum nempe, qui ad illud munus per vices obeundum essent electi, civium opibus et genere potentissimi. In Excerptis e *Cnone* legitur: τῶν δ' ἐπιφανῶν ἦν ὁ Πυθίνιος, καὶ ἄρχει ἄλλου ἐν διαδοχῇ τῶν ἀρίστων εἶχον προβούλων τὴν ἐπιμέλειαν. VALCK.

Qui *somno sopitus* eivm *neglexerat custodiam*, elegantem dicitur κατακωμάσας τὴν Φυλακήν: nam pro κατακεκωμηκότος, recte mihi rescripsisse *Reiskius* videtur καὶ περὶ αὐτῷ κατακωμάσαντος τὴν Φυλακήν, et deinceps, ὡς τὴν Φυλακὴν κατακωμάσαντα. Idem illud, vel hinc sumtum, vel ex ipso *Hecataeo*, praebet *Aelianus* de Nat. Anim. XIII. 22. Λέγει μὲν Ἑκαταῖος ὁ Μιλήσιος Ἀμφιάρεων τὸν Οἰ-

ἡλίου καταλειμμένους τὴν φυλακήν. Legitur apud Cononem: ἀμυνάσαντος τούτου, αὐτῶν (τῶν ἱερῶν τοῦ ἡλίου προβάτων) ἑξήκοντα φύσει διαφέρειν: ut apud Nostrum, λύκοι — διαθεῖεν τῶν προβάτων ὡς ἑξήκοντα. VALCK.

Ibid. καταλειμμένους τὴν φυλακήν) Consentiunt scripta exemplaria; atque iterum proxime. Recius tamen cum Reiskio κατακοιμισαμένους τὴν φυλακήν: *ita dum vigiliae dormiendo tramittuntur*, suum sibi locum expetunt Aelian. de Animal. III. 13. *Grues ὑπὲρ τοῦ μὴ κατακοιμίσασθαι τὴν φυλακήν, ἑστῶσι μὲν ἀσκαλίζουσι, ne vigilias tempus edormiant, alternis pedibus nituntur*; et lib. I. 15. ἡγοῦμαι μᾶλλον προφῆς καὶ προσθήκην τὸ μὴ κατακοιμίσασθαι τὴν φυλακήν: quod alibi τὴν φρουρὰν οὐ καταλυτάξειν scribit. WESS. — Similiter *Xenoph.* Mem. Socr. II. 1, 30. ἡμέρας τὸ πλεῖστον καταλυμαίνουσι. Nec vero ex his exemplis tuto colligitur, non potuisse *Herodotum* eumdem pro sententiam alterâ verbi formâ uti; quum praesertim aliquin etiam idem valeat καταλειμμένους atque κατακοιμισθέντας. S. A. 16. ἀπαγαγόντες μὲν ὑπὸ τὸ δικαστήριον) Herodotei moris est. Alii aliter, de quibus cfr. *Ruhnkenius* ad *Timaei Lex.* p. 188. [p. 263 seq. ed. sec.] WESS. — Aliis passim dicitur ἀπάγειν εἰς δίκην et εἰς δικαστήριον, ut hic olim legebatur τῷ τοῦ δικαστηρίου: optimo tamen consilio Cl. *Gronov.* ex Mss. Cod. reposuit ὑπὸ τὸ δικαστήριον, quippe Herodoteum. ὑπὸ δικαστήριον ἀπαγωγὴ extat lib. VI. c. 72., ubi ὑπὸ reperitur in eadem locutione VI. 81. 108. et 136., ubi Xanthippus Miltiadem θανάτου ὑπαγαγὼν ὑπὸ τὸν δῆμον ἰδίωκε. Pro ἀπήγαγον scribendum ὑπάγων θανάτου in Xenophontis Ἑλλην. lib. V. p. 538, 27. VALCK. — Similiter latine dicimus, *sub iudicem adducere*. S. 20 seq. πρόβατα δὲ σφι — ἐγένετο) *Pecora* vertebat *Valla*, expresso, quod scriptus illi liber ostendebat. Consimile in *Arch.* et *Vind.*; errorem docti homines *Paul. Leopardus* Emendd. VIII. 1. et *Palmerius* indicarunt. Ego vero dubito, num ἱρὰ ἡλίου πρόβατα ova fuerint an boves. Scio in *Cononis* Narrat. pro *ovibus* ab interprete haberi, sed et laxiorem vocis esse potestatem. Malui in re dubia *pecora*. Confer Schol. ad *Iliad.* Γ. 124. et *Eustachium* in *Erotian.* p. 920 [p. 502 seq. ed. Franz.] Mox [*lin.* 22.] τί ἐπιρρώσειεν, *postea quam consuluerant*, correctio *Reiskii*

postulat, WESS. — Conf. *Var. Lect. Vallae* Latina G novissime refinxit: *Erant autem illis praedicta et in Dodo et in Delphis. Interrogati mox prophetae de causa mali pr santis, responderunt* etc. quae *Wesselingius* etiam tenu quamvis impedita. Nam προφῆται, quae dicit Scripto nix alia intelligi possunt, nisi *responsa* illa prophetarum quae mox adponuntur. conf. c. 94, 1. Neque necessar προφῆται *praedictum* significat, verum etiam quodlibet *or dictum responsum, effatum*, λόγιον, θεοπρόπιον, ut ait *Hesychius* Sic sane apud ipsum *Herodot.* V. 63, 6. προφῆται non *pra dictum* aliquod est, sed tale *effatum* quo nil aliud nisi *in sum* et *praeceptum* quoddam continebatur. *S.*

[45. αὐτοὶ γὰρ ἐποιμήναι τοὺς λόγους) Loquuntur pr phetae, sed uterque dei nomine, cuius propheta est. a τοὶ igitur intelliguntur Iupiter Dodonaeus et Apollo De phicus. *S.*]

CAP. XCIV. [4. ἐν θώκῳ) Lib. VI. 63, 5. ἐν θρόν cum doctis Interpretibus *in consessu* reddidimus: hic sati fuit *in sella, in sedili.* conf. I. 181, 14. *S.*]

6. ταῦτα δὲ ὑπακούοντες) Intellige *simulatum dolorem*, qu Eucnium callide illexerunt et fefellerunt, sive, uti *Co non*, τέχνῃ λαβόμενοι. Notus in talibus verbi usus ex *Euripid.* Androm. vs. 428. ᾧ σ' ὑπήγαγον, h. e. ἐθέλοντα καὶ ἑκ πάτησα καὶ προσεψεύσάμην, ex Scholiastae doctrina. *Appia nus* Civil. III. [c. 37.] p. 894. ᾧ δὴ μάλιστα ὑπαχθέντες, *qua re maxime deliniti.* Errorem *Vallae* intactum *Abreschius* Diluc. Thucydid. p. 526. noluit. WESS. — *Plutarch.* Solon. p. 82, 2. ὑπαχθέντες οἱ Μεγαρεῖς τῇ ὄψει, *hac specie de ceptι Megarenses.* Confer Nostrum infra *l.* 19. *S.*

21. ἔμφυτον μαντικὴν τέχνην) *Divinitus* insitam, ut ille *Homeri* gloriator, Θεὸς δέ μοι ἐν φρεσὶν οἴμας Παντοίας ἐνέφυ σεν, Odyss. χ'. 348. Alia Demosthenis ἔμφυτος αἰσχρηλόγια καὶ πονηρία, *pudendissima animo* ex toto vitae genere *haerens*, iuxta *Dinarchi* criminationem, Orat. in Demosth. p. 104. Alia Demetrii Phalerei ἔμφυτος ἀκρασία in fragmento *Euri dis* apud *Athen.* lib. XII. p. 542. c. WESS.

CAP. XCV. 1. Δωδώνης) Δωδώνης eligebatur ex Poëta, qui *Herodoto* nihil praescribit. WESS. — Quis Δωδώνης; h. l. maluerit, incompertum mihi. Libri quidem omnes in vulgatum consentiunt. *S.*

3. ἐπιβαντεύων τοῦ Εὐηνίου οὐτόματος ἐξελάμβανε ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἔργα) De usu isto verbi ἐπιβαντεύειν dictum est lib. III. 63. Loci iustam sententiam nec *Valla*, nec *Portus*, assecutus est. Nulla Deiphono in Graecia *molestia* ex invaso Euenii nomine; *operas vaticinandi contra Graecium conduxerat*: hoc verba volunt, neque aut *Reiskium* aut *Abreschium* Diluc. Thucyd. lib. III. p. 315. latuit. Potior insuper ἐπιὼν τὴν Ἑλλάδα, *Graeciam obiens*, ex suspicione plausibili, si scripti Codd. adstipularentur. Decepit *Vallam* rarior verbi potestas, qua *Plutarch.* T. II. pag. 596. E. ἐλαβών γάρ ἵππον ἀλινδούμενον γράψαι, *cum pingere equum semet volutantem conduxisset*: et in Pelopida p. 291. B. ἐκλαβὼν παρὰ τῆς πόλεως πίνακα γράψαι μάχης ἱππέας. WESS. — Nempe, ut ἐκδιδόναι dicunt Graeci, *opus faciendum elocare*, sic ἐκλαμβάνειν ἔργον dicitur *qui opus faciendum conducit*: sive, quod eodem redit, ἐκδιδοῖ is, qui *alterius operam conducit*; ἐκλαμβάνει, qui *suam operam alteri elocat*. Alienam ab auctoris mente *Vallae* versionem, Deiphono negotium in *Graecia fuisse exhibitum*, tenuerat *Gronovius*, eamdemque in contextu intactam *Wesselingius* reliquit, in subiecta Nota corrigere satis habens. Caeterum vide *Var. Lect. S.*

CAP. XCVI. 3. πρὸς Καλλάμοισι) Hoc, sive πρὸς Ἀχιλλέως Arch., alii eruent. WESS. — Vide quae in *Var. Lect.* notavimus. *S.*

4. παρεσκευάζοντο ἐς ναυμαχίην) Exterminavi ὡς, alioqui haud intolerabile, addi quippe et omitti solitum c. 97. Codicum conspirante imperio: non item ἀπίκλειον [*lin.* 10.] ad sententiam necessarium. Poterat utique, si quid prae se inconmodi ferret, ex cap. seq. [ex cap. 98, 5.] ἐπίκλειον lenissimâ *tingi* medicinâ. Geminum lib. VIII. 74. ὡς ἐς τὴν Πελοπόννησον χρεὼν εἴη ἀποπλώειν. WESS.

Ibid. ὡς ἐς ναυμαχίην) Omissam in *Med.* vocalem ὡς si praebent alii Codices, sede non moverem, qua aptissime haeret: παρεσκευάζοντο ὡς ἐς ναυμαχίην: ut *Xenoph.* Ἑλλ. II. p. 267, 33. πάντα παρασκευασάμενος ὡς ἐς ναυμαχίαν: p. 269, 4. ὡς ἐς πολιορκίαν παρεσκευάζειν τὴν πόλιν. *Thucyd.* VI. c. 67., παρεσκευάζοντο ὡς ἐς μάχην: idem saepe dicitur, ὡς ἐπὶ ναυμαχίαν. VALCK.

CAP. XCVII. [3. ἐς Γαίσωά τι καὶ Σκολοπόεντα) Γαίσων fluvius, ex *Ephoro* notus apud *Athen.* VI. p. 311, e.

VIII. p. 518. οὐ γὰρ πιμφῆ τῷ μέσῳ. Adde *Abreschii* Lection. Aristaenet. p. 249. WESS.

2. τοῦ Μήδων ἀγεμόνος) Placeret τοῦ Μήδου ἡγεμόνος ex *Arch.*, modo plures iuberent libri. Alterum dubio caret. *Macedonii* delicias et superfluum adparatum Pausanias, non absentis Persarum *regis*, perstringit et taxat. Additum αὖθις αὖθημὴν ἴσχοντας ἀκμὰς, irruenti, ut ferocientis impetum sustinerent, Carolo Audaci testati de se suaeque regionis habitu Helvetii fuerunt, eodem *Comineo* lib. V. c. 1. Memor. prohibente. WESS.

CAP. LXXXIII. [3. θήκας χρυσοῦ καὶ ἀργύρου) Θήκην, *thecam*, III. 130, 20. *repositorium* sive *pateram* intellexerunt, et in Adnot. dixeram, eodem modo vocab. istud hoc etiam loco intelligi posse. Mutavi, ad hunc locum quod spectat, sententiam. Possent quidem θήκας χρυσοῦ καὶ ἀργύρου *pateras aureas et argenteas* intelligi; sed adiecta h. l. verba καὶ τῶν ἄλλων χρημάτων, i. e. *et aliarum rerum pretiosarum*, satis declarant, θήκας hic *loculos*, ut erat in *Vallae* latinis, aut *scrinia* dici. *S.*]

6 seq. κεφαλὴ οὐκ ἔχουσα ἰωφὴν οὐδεμίαν) *Pollucis* aut alius exemplo respexisse haec *Theophilum Protospatharium* (de Fabrica Corpor. Hum. lib. IV. 4. in *Fabricii* Bibl. Gr. T. XII. p. 858.) puto, κεφαλὰς ἀῤῥάφους, *sine omni sutura*, inter ossa praeliis deiectorum et conputrescentium ab scriptoribus reperta adfirmantem memorari. Ὀδόντας μονοφυεῖς [*lin.* 9.] *Pyrrho*, Epirotarum regi, et Prusiae, Bithyni regis filio cognomini, tribuit *Valerius Maxim.* lib. I. 8. Exter. 12. et *Festus* in *Monodos*. Illud autem paullo impeditius et salebrosius, [*lin.* 4.] ἐφάνη δὲ καὶ τόδε ὕστερον ἐπὶ τούτοις, τῶν νεκρῶν περιλωβήτων τὰς σάρκας: tum, *postea demum, nudatis carne cadaveribus, adparuisse tôde*, nempe id, quod de *cranio sine sutura* et de *maxilla* proditur, sententia declararet. Et sic doctissimus *Abreschius*. VALCK. — Commode *post τόδε minori puncto* distingueretur oratio, verbaque ista συμφέρον - - χώρων *parenthesos* notis interciperentur: quo significaretur, cohaerere illa τῶν νεκρῶν περιλωβήτων τὰς σάρκας, αὐτὴν κεφαλὴν etc. *S.*

CAP. LXXXIV. 8. Διονυσοφάνης) Ita et *Pausania* lib. IX. 2. Similis variatio in Διονυσοδώρου Historici titulo

Unde vero *Pausanias*, Artonten multa huic Ephesiae elargitum ob patrem contumulatum acceperit, nescio. WESS. — At hoc ipsum *Herodotus* noster haud obscure eodem hoc loco significavit. *S.*

CAP. LXXXV. 4. ἔνθα μὲν τοὺς ἱρέας θάψαι.) Acquiesco in elegantissima Cl. *Valckenarii*, ἱρέωας sive ἱρέας corrigentis, coniectura; eoque promtius, quod *Aelius Herodori* collector vocem hic invenisse videatur. Eadem mens eruditissimo *de Pauw*, sic commentanti: *Locus est depravatus, et sacerdotem requirit, qui thure et offa piaculum faciat; quo certe officio ego nunc fungar hic, qui inter Divae Criticae sacerdotes fortasse locum aliquem merevi possum. Scribe, et scribe emendatione certissima, ἔνθα μὲν τοὺς ἱρέωας ἔθαψαν*, et *similiter statim post*, ἐν μὲν - - - ἔνθα δὲ ἱρέωας. *Plutarchus audiendus est in Vita Lycurgi* (p. 50 D.) *quo nemo melius ἱρέωας nobis depinxit.* Ἱρέωας δὲ καλοῦσι, [inquit,] τοὺς ἔτος ἤδη δεύτερον ἐκ παίδων γεγονότας, - - - οὗτος οὖν ὁ ἱρεὼν, οἵους ἔτη γεγονὼς, ἄρχει τῶν ὑποταγμένων ἐν ταῖς μάχαις. *Quid tibi videntur?* quidquam-ne certius aut accommodatius? Ἱρεῶνες erant ordinum ductores; hos in uno tumulo tumularunt una cum quatuor illis praestantissimis heroibus. Quae, quantumvis pluscula, placuit describere, ut confidentiae et dictionis genus viri iuvenis, nam admodum adolescentis sunt, in obscuro ne maneret. WESS.

Ibid. τοὺς ἱρέας.) Suum etiam in expeditionibus habebant μάντιν, qui per extispicinam Deorum mentem exploraret; sed nusquam alibi, opinor, in historia Graeca Spartiatae memorantur ἱρεῖς, *sacerdotes*, qui praeliis interfuerint. Visus mihi semper est *Herod.* aliam hic primitus vocem posuisse; sed, quaenam illa fuerit, mihi quidem non liquet. Memoratur in *Glossis Herod.* Εἰρήν. Quibus alibi nusquam locus est in Musis, hic Grammaticum legisse suspicabar in suo Codice ἱρέωας et paulo post ἱρέωες. Coniecturam memorare dignatus est Celeberr. *Wess.* in Diss. *Herod.* p. 206. et removit difficultatem, quae opponi posset. Neutrum fortasse, nec ἱρέωας, neque ἱρέας, sed scripsisse potius alicui videbitur *Herod.* τοὺς ἱππέας, et οἱ ἱππέες: quia distinguuntur a ceteris Spartiatis; Nostro autem memorantur VIII. 124. τριηκόσιοι Σπαρτιητέων λογάδες, - - - οἵπερ ἱππέες καλέονται. VALCK.

[4. Ποσειδώνιος etc.) De his conf. c. 71, 10 seq. et de *Amompharete* sigillatim, c. 53 seq. *S.*]

13. ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι) Ablegatum hinc longissime cupiunt voculam ὡς, sicuti et lib. II. 8.; nullo iure, uti admonitum ibi. Recipi autem [a *Gronovio*] non debuerat ἀπαθανατίζοντας, sanequam intolerabile, atque *Plutarcho* multisque aliis damnatum. Attigit, non absque censura, *Abreschius* Dilucidat. Thucidid. p. 6. Multo quoque χώματα χώραν κεινὰ [lin. 14.] plausibilius et veritati adfinius. Aliorum sepulchra caesorum cadavera habebant recondita, erantque adeo τάφοι πλήρεις. Contra ea, κεινὰ, vacua et inania, quae deinceps fuerunt aggesta, meraque adeo cenotaphia. Atque, haec Scriptorem voluisse, res clamat, agnita a viris Cl. *Th. Gale* et *D'Orvillio* ad *Charit.* p. 147. Et quis in tanto Codicum scriptorum consensu haesitaret? WESS.

15. ἀπαισχυνομένους) Non alibi repertum hinc etiam eiicietur, restituto Herodoteo ἀπαισχυνομένους. Pro τῇ ἀπιστοῦ fortasse suo more scribendi posuerat τῇ ἀπιστίᾳ: vid. supra notata p. 42. [Adn. ad 1. 85, 3.] Paulo post [lin. 14.] ex Codicibus et *Plutarcho* χώματα restituentur κεινὰ, quod patet ex Diss. *Herod.* p. 63. VALCK.

18. χῶσαι Κλεάδην) Eos non audio, qui Ἀλκάδην obtrudunt, vitiosa litterarum A. et K. lapsos. Praeter alios contra venit *Plutarch.* Malign. p. 873. A. ubi Κλεάδας ὁ Πλαταιεύς. Χῶσαι in tumulis terrâ congestis, tritum. *Euripides* Iphigen. Taur. vs. 703. Τύμβον τε χώσον: et Aulid. vs. 1443. ἵνα μοι τύμβος οὐ χωσθήσεται etc. WESS.

CAP. LXXXVI. 3. ἐξαιτίων αὐτέων τοὺς μηδίσαντας) Quia mox sequitur, ἐν πολλοῖσι δὲ αὐτέων, vere mihi *Koenius* correxisse videtur, ἐξαιτίων ἀντέων τοὺς μηδ. Ἀντέων Ionico flexu legitur infra c. 93. Idem vitium a viris doctis saepe sublatum, velut a *Leopardo* Em. I. cap. 16. *Is. Vossio* ad *Melam* II. c. 3. *Io. Pierisono* Veritim. p. 38. hic illic veterum scriptis etiam nunc inhaeret. In fragm. Orat. *Isaei* apud *Dionys. Halic.* T. II. p. 176, 28. scribendum: ὅτι ἡ μήτηρ αὐτοῦ τε ἐστι, καὶ ὁ πατὴρ: et vs. 39. ἣν αὐτοὶ ὁμολογοῦσιν αὐτὴν εἶναι, pro vulgatis αὐτοῦ et αὐτὴ. In *Epicharmi* loco apud *Diogenem Laert.* III. 16. procul omni dubio corrigendum: *nihil mirum*, ἀνδρὶ τοιούτων ἐόντι. Reliquit men-

dam ill. *Grotius* in versu *Moschionis*, Excerpt. ex *Stobaei* Eclog. p. 447. Αὗτη δ' ἐκυρίευσαντο: *urbes* postulare sententiam Poëtae, unicuique patebit attendenti, atque adeo etiam reponendum, Ἄστη δ' ἐκυρίευσαντο, καὶ πιμπλαμένης Ἐρινύων οἴκους. VALCK. — Hoc quidem loco nil magnopere obstabat quin vulgatum teneretur. conf. c. 67, 3. Potest autem genitivus αὐτέων duplici modo accipi, sive ut intelligas τῶν πολιητέων αὐτέων, sive ut ἑκατέρων αὐτῶν idem valeat ac ἑκατέρων ἐξ αὐτῶν vel παρ' αὐτῶν. Ad sententiam quidem nil interest. *S.*

CAP. LXXXVII. 4 *seq.* μὴ πρότερον ἀπαναστ. πολιορκήσαντας ἢ ἐξέλωσι) Tale superius [c. 86, 6.] μὴ ἀπανίστασθαι ἀπὸ τῆς πόλιος πρότερον ἢ ἐξέλωσι: et cap. 16. πρότερον ἢ νικήσαι ἐν Πλαταιῇσι τὴν μάχην. Aliter, et prius vulgato congruenter, lib. VI. cap. 45. οὐ γὰρ δὴ πρότερον ἀπανίστη - - πρὶν ἢ σφέας ὑποχειρίους ἐποιήσατο. Iunge *Gronovio* observata lib. V. c. 18. cuius in vicinia μὴ ἀκαπλήσῃ [*lin.* 7.] laudabilis opera. WESS. — Πλέω μὴ ἀκαπλήσῃ (*lin.* 7.) intellige πλέω κακά, et conf. V. 4, 6. et VI. 12, 11. *S.*

8. χρήματά σφι δῶμεν ἐκ τοῦ κοινοῦ) Aequissima postulatio, si professio veritate fulciretur. Qui citra fraudem et dolum reipublicae consulunt, impune illis esse debet, quando res secus cadit. Nam consilii datores ob eventum, quem praestare non possunt, plectere, quamquam tristes istiusmodi poenae in annalibus plures, a consilio dando, me aliud adponam, merito omnes deterrebit. Egregiae ad hanc rem Ampl. *Bynkershoekii* Quaest. Iur. Publ. lib. II. 2. disquisitiones sunt. Sed horum oratio insuetum, et causa dispar est. Civitatem Thebanam paucorum oppresserant dominatu, invitamque in factionem compulerant. Haec fide *Pausaniae*: τῆς δὲ αἰτίης τάνυς ἁμωσία σφέων οὐ μέτεστι, ὅτι ἐν τοῖς Θήβαις ὀλιγαρχία, καὶ οὐχὶ ἡ πάντων πολιτέων ἰσονομίη ἴσχυεν, lib. IX. 6. WESS.

CAP. LXXXVIII. [5 *seq.* τοὺς δὲ ἄλλους ἄνδρας τοὺς ἐξιδόσθαι οἱ Θηβαῖοι, οἱ μὲν ἐδόκεον) Si οἱ μὲν intelliguntur *iidem qui traditi sunt a Thebanis*, fuerit ἀμαχελουΐη quaedam sermonis, facile quidem ferenda: sed poterunt etiam οἱ μὲν intelligi *Thebani*. *S.*]

7. χρήμασι ἐπιτοιθέσθαι) Divinationem *Aem. Porti*, audacter abs *Genevensi* Editore insertam contextui, veram schedae praestant. Itaque de *Aldino* et nupero ἐπιτοίθιον,

alibi invisitato, commentabor nihil. [Vide *Var. Lect.*] *Pausaniae* potius humanissimam et aequissimam declarationem, qua *Attagini liberos insontes dimisit*, praedicabo. Φάς, optime omnium, τοῦ μηδισμοῦ παῖδας οὐδὲν εἶναι μεταίτιους. Delicta scelerum auctores luunt; infantes consilii absolvit innocentia. *Cicero* verissime: *Ferret-ne civitas ulla talem istiusmodi legis, ut condemnaretur filius aut nepos, si pater duit avus deliquisset?* Nat. Deor. lib. III. 38. Multa *P. Faber* Semest. III. 8. WESS.

CAP. LXXXIX. 1 *seq.* Ἀρτάβαζος - - Φεύγων etc.) Suo hinc sumsisse videtur *Polyaenus* VII. c. 33, 3. Ἀρτάβαζος Φαρνάκου Φεύγων ἐκ Πλαταιῶν προῆλθεν εἰς Θετταλίαν, quaeque sequuntur. Ibidem Thessalis dixisse fertur Artabazus: Μαρδόνιος δὲ νενικηκὼς ἕπεται, καὶ τὰ ἔργα τῆς νίκης αὐτὸς ἀπαγγελεῖ: prout scribendum vidit doctiss. *Koenius*, qui *Herodotum* infra dedisse suspicabatur: αὐτὸς δὲ ὁμὶν Μαρδόνιος καὶ ὁ στρατὸς αὐτοῦ εὐθὺς [*lin.* 15. ubi οὗτος edd. et mssti] κατὰ πόδας ἡμῖν ἱλαύνων προσδόκιμός ἐστι. VALCK.

12. ἱλῶν ἐς Θρηϊκην) Laudatore *Gronovio* recte hoc gloriatur. Ἐξ ὅτου βασιλεὺς Καμβύσης ἤλασε ἐς Αἴγυπτον lib. III. 63. Artem, qua Artabazus suae exercitusque saluti apud Thessalos consuluit, *Polyaenus* hinc derivavit lib. VII. 33, 3. Paene autem illud *Ask.* [*lin.* 7.] ὦὐτός τε κινδυνεύσει sine dicto praeterierat. Ionum, vice αὐτός, adfirmant esse *Corinthus* et *Phavorinus*: ὦὐτὸς ἀντὶ τοῦ αὐτὸς Ἰωνίς φασι. Et tale iudicant, συμφέρεται ὦὐτὸς εἶναι lib. II. 79., cuius loco αὐτὸς alibi. Nonnihil addubito. WESS. — Equidem haud dubie errasse et Grammaticos istos, et librarios, si qui illorum rationi favent, censeo. Ἑωυτῷ, ἑωυτῷ etc. ionicae sunt formae, pro ἑαυτοῦ, ἑαυτῷ: item ὦὐτός, pro ὁ αὐτός: non ὦὐτός aut ὦῦτός, pro simplici αὐτός. *S.*

23 *seq.* λιμῷ συνστάντας καὶ καμάτῳ) Persimiles Persici exercitus aerumnae lib. VIII. 115.; quales, neglecto adparatu, nulla congesta annona, frequentissimae. Consequens διὶβη πλοίοισι germanum agnoscit χρῆν πλοίῳ διαβαλνειν lib. I. 186. Auctor vitae Homeri c. 19. ἔχρῃζεν αὐτοῦ συνεξυφειῖν αὐτῷ πλοῖον, ὅπως ἂν εἰς τὴν Χίον διαβαίη. Nolo plura, uti nec Latina, de quibus Cl. *P. Burmannus* in Declam. VI. 21. *Quinctiliani*. WESS. — Λιμῷ συνστάντας vulgo *fame. erectos* interpretantur: nos, ex propria vi

verbi, *fame conflictatos*. Vide ad VII. 170, 9. notata. *S.*

CAP. XC. [3 *seqq.* Ἐπεὶ γὰρ δὴ ἐν τῇ Δήλῳ *etc.*) Vide lib. VIII. cap. 130-132. *S.*]

9. Θεομήστορος) In suo Cod. *Valla* reperit Θεομνήστορος: in *Med. Gronovius*, Θεομήτορος. Sed, ut hic, sic supra VIII, 85. idem ille dicitur Θεομήστωρ, ubi narratur quam ob causam Sami fuerit a Persis tyrannus constitutus. Paulo post [*lin.* 12.] scribendum puto, ὡς, ἢν μοῦνον ἴδωνται αὐτοὺς οἱ Ἴωνες, ἀποστήσονται ἀπὸ Περσέων: sequitur enim eodem tempore, καὶ ὡς οἱ βάρβαροι οὐκ ὑπομενέουσι. VALCK.

12. ἀποστήσονται ἀπὸ Περσέων) Ecce iterum negligentiae specimen. [Vide *Var. Lect.*] Veritatem, quam sollertissimi viri *Aldus* et *Camerarius* tenuerunt, insecuti neglexerunt omnes. Tantum-ne molestiae eos inspicere? Praesertim cum illam verbi formam res ipsa postularet. Eadem in proximis socordia. WESS.

CAP. XCI. 7. Δίκομαι τὸν οἰωνὸν τὸν Ἡγησιστράτου) Vide lib. VIII. 114., ubi Aristophaneum Δίκον τὸν ἄνδρα, καὶ τὸν ὄφιν τοῦ Διός, stabilire τὸν Ἡγησίστρατον *Arch.* videtur. In hominis nomine, *exercitus ductore*, bonum *omen* erat; quale Augusto ad Actium ante aciem asellus cum asinario dedit: *Eutyches homini, bestiae Nicon erat nomen*, inquit *Sueton.* in August. c. 96. Eadem ex superstitione, rem memorabilem adgressuri, eos potissimum adsciscebant, quibus *fausta nomina*; uti Vespasianus, Capitolium dedicaturus, in *Taciti* Histor. IV. 53. cum *Lipsii* Nota. WESS.

Ibid. δίκομαι τὸν οἰωνὸν) Non, quod vulgatur τὸν Ἡγησιστράτου, sed τὸν Ἡγησίστρατον *Galenus* exhibet ex *Archo*, neque aliter legit *Valla*. Hoc si *Herodotus* adiecit, scripsisset potius me iudice, δίκομαι οἰωνὸν τὸν Ἡγησίστρατον, *velut omen accipio nomen Hegesistrati*: ut paulo post dicitur, οἰωνὸν τὸ οὔνομα ποιεύμενος. In *Plauti* Pseud. II. IV. 22. Χαῖρέν οἰωνὸν ποιῶ. *Euripid.* Phoen. vs. 865. Οἰωνὸν ἐθέμην καλλίνικα τὰ στέφη. Sed e vicinis notissimum forsan ab alia manu nomen fuit adiectum *Hegesistrati*, ab *Herodoto* autem scriptum Δίκομαι τὸν οἰωνόν, ὦ ξεῖνε Σάμιε. Romanorum illud, *accipio omen*, sic solet Graecia simpliciter dici: δίκομαι τὸν οἰωνόν, sive τὸν ὄρνιν τὴν κληδόνα· τὸ μάντευμα· τὸ χρηστήριον. VALCK.

CAP. XCII. 1 *seq.* Ταῦτά τε ἅμα ἠγόρευε καὶ τὸ ἔγγυον πρηνῆς) Est loquendi forma frequens *Euripidi*. Dederat

forsan ad hanc normam Noster supra VIII. c. 5., σωθῆναι τὰ ἄμα τέκνα, καὶ ἔπεμπε ἐπὶ τὴν μία τὴν Ἀδημάντου: ubi c. 17., τὰ ἄμα τέκνα τι ἄμα — ἐκόμιζε καὶ ἔπεμπε. VALCK. — Ero eo quod lin. 2. scribitur καὶ τὸ ἔργον προσῆγε, suspicatus eram πρέπειν, opportuisse, verbo neutraliter sumto, et *procedebat* quidem, communi consensu vulgatum tenent libri, in quo acquiescendum; intelligendumque, et *sermoni eum ipsam adiecit*, i. e. et *re ipsa praestitit*. S.

9. Ἀπολλωνίης δὲ τῆς ἐν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ) Ita *Pausanias* cum alibi, tum VI. 14. *Menecrates* ἐξ Ἀπολλωνίας τῆς ἐν τῷ Ἰονίῳ. De *Orico*, [*CAP. XCIII.* 5.] ad eundem Ioniam sinum, *Steph. Byz.*, πόλις ἐν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ. Adiunge *Cononis* Narrat. XXX., cui *Euenius* est Πυθόνιος. *Montenotundae* amnis (fortasse *Aous*) labebatur, *Strabo* Δάσιμον appellat libr. VII. p. 486. [p. 316. ed. Cas.] Δάσιμον tamen *Steph. Byz.* ex *Hecataeo*. Lege *Casaubano* observata. WESS.

CAP. XCIII. 1. κατίλαβε Εὐήνου) *Euenium* hunc Apolloniatam aliquoties in *Cononis* Narrat. XXX. Πυθόνιον dici vidit *Koenius*. Istius erat is Apolloniae civis, quae Nostro ἐν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ dicitur, τῶν ἐν πόντῳ Ἰονίῳ Φοίβου ἄγκυρα ὑπερκειμένης, apud *Pausan.* V. [c. 22.] p. 436. Situs urbis in Excerptis e *Canone* definitur, et πεσοῦσα Ἀώου διὰ μέσης πόλεως ῥέων dicitur διαβάλλειν εἰς τὸ Ἰόνιον πέλαγος. Iuxta *Herodotum* [lin. 4. seq.] flumen ῥεῖ διὰ τῆς Ἀπολλωνίης χώρης ἐς θάλασσαν, παρ' Ὠρικὸν λιμένα. Portum *Oricum* hinc attigit *Eustathius* in *Dionys.* vs. 398. conf. *Strabo* VII. p. 486. B. VALCK.

11. Φυλάσσουσι ἐνιαυτὸν ἕκαστον) *Custodiunt per annum singuli*, eorum nempe, qui ad illud munus per vices obeundum essent electi, civium opibus et genere potentissimi. In Excerptis e *Canone* legitur: τῶν δ' ἐπιφανῶν ἦν ὁ Πυθόνιος, καὶ ὅτε, ἄλλου ἐν διαδοχῇ τῶν ἱερῶν εἶχον παραδόντος τὴν ἐπιμέλειαν. VALCK.

14. Qui somno sopitus eorum neglexerat custodiam, elegantem dicitur κατακοιμίσας τὴν φυλακήν: nam pro κατακοιμήσας recte mihi ascripsisse *Reiskius* videtur καὶ ὅτε αὐτῷ κατακοιμίσαιτο τὴν φυλακὴν, et deinceps, ὡς τὴν φυλακὴν κατακοιμίσαντα. Idem illud, vel hinc sumtum, vel ex ipso *Hecataeo*, praebet *Aelianus* de Nat. Anim. XII. 32. Λέγει μὲν Ἑκαταῖος ὁ Μιλήσιος Ἀμβρακιωτῶν τὸν Οἰ-

κλίνας καταλοιμῶσαι τὴν φυλακήν. Legitur apud Cononem: ἀραθύναντος τούτου, αὐτῶν (τῶν ἱερῶν τοῦ ἥλιου προβάτων) ἐξόπισθεν λύκοι διεσπάραξαν: ut apud Nostrum, λύκοι — διέφθειραν τῶν προβάτων ὡς ἑξήκοντα. VALCK.

Ibid. καταλοιμῶσαι αὐτοὺς τὴν φυλακήν) Consentiunt scripta exemplaria, atque iterum proxime. Rectius tamen eum *Reiskio* καταλοιμήσαντες τὴν φυλακήν: id enim, *dum vigiliae dormiendo transmittuntur*, suum sibi locum arripuit *Aelian.* de Animal. III. 13. *Grues* ὑπὲρ τοῦ μὴ καταλοιμῶσι τὴν φυλακήν, ἑστῶσι μὲν ἀσκαλίζουσαι, *ne vigiliae tempus edormiant, alternis pedibus nituntur*; et lib. II. 15. κρεῖττον πόσιον τροφῆς καὶ προσφορώτερον τὸ μὴ καταλοιμῶσθαι τὴν φυλακήν: quod alibi τὴν φρουρὰν οὐ καταστρατεύειν scribit. WESS. — Similiter *Xenoph.* Mem. Socr. II. 1, 30. τῆς ἡμέρας τὸ χρησιμώτατον καταλοιμήσουσι. Nec vero ex his exemplis tuto colligitur, non potuisse *Herodotum* eundem sententiam alterâ verbi formâ uti; quam praesertim alioquin etiam idem valeat καταλοιμᾶν atque καταλιμᾶν. S. A. 16. ἀναγαγόντες μιν ὑπὸ δικαστήριον) Herodoteï mos est. Alii aliter, de quibus cl. *Ruhnkenius* ad *Timaei* Lex. p. 188. [p. 263 seq. ed. sec.] WESS. — Aliis passim dicitur ὑπάγειν εἰς δίκην et εἰς δικαστήριον, ut hic olim legebatur τῷ δικαστηρίῳ: optimo tamen consilio Cl. *Gronov.* ex *Mss.* God. reposuit ὑπὸ δικαστήριον, quippe Herodoteum. ὑπὸ δικαστήριον ὑπαγθῆς extat lib. VI. c. 72., et ὑπὸ reperitur in eadem locutione VI. 81. 106. et 136., ubi Xanthippus Miltiadem θανάτου ὑπαγαγὼν ὑπὸ τὸν δῆμον ἰδίωσε. Pro ἀπηγον scribendum ὑπῆγον θανάτου in *Xenophontis* Ἑλλην. lib. V. p. 538, 27. VALCK. — Similiter latine dicitur, *sub iudicia trahere*. Sed

20 seq. πρόφατα δὲ σφι ἐόντα) *Pecora* vertebat *Valla*, expresso, quod scriptus illi liber ostendebat, Consimile in *Arch.* et *Vind.*; errorem docti homines *Paul. Leopardus* Emendd. VIII. 1. et *Palmerius* indicarunt. Ego vero dubito, num ἱρὰ πρόβατα *oves* fuerint an *boves*? Scio in *Cononis* Narrat. pro *ovibus* ab interprete haberi, sed et latiorem vocis esse potestatem. Malui in re dubia *pecora*. Confer Schol. ad *Iliad.* Σ. 124. et *Eustathium* in *Erotian.* p. 92*v* [p. 302 seq. ed. *Franz.*] Mox [*lin.* 22.] τι ἐπιρρήσιν, *posteaquam consuluerant*; correctio *Reiskii*

postulat WESS. — Conf. *Var. Lect. Vallae* Latina *Gr novimsic*, refinxit: *Erant autem illis praedicta et in Dodo et in Delphis. Interrogati mox prophetae de causa mali pra santis, responderunt* etc. quae *Wesselingius* etiam tenui quamvis impedita. Nam *πρόφαντα*, quae dicit Scripto nix alia intelligi possunt, nisi *responsa* illa prophetarum quae mox adponuntur. conf. c. 94, 1. Neque necessari *πρόφαντον praedictum* significat, verum etiam quodlibet or *dictum responsum, effatum*, λόγιον, ὑποκρίσιον, ut ait *Hesychius* Sic sane apud ipsum *Herodot.* V. 63, 6. *πρόφαντον* non *prae dictum* aliquod est, sed tale *effatum* quo nil aliud nisi *iu sum* et *praeceptum* quoddam continebatur. *S.*

[45. *αὐτοὶ γὰρ ἐπορμῆσαι τοὺς λόγους*) Loquuntur pro phetae, sed uterque dei nomine, cuius propheta est. *αὐ τοὶ* igitur intelliguntur Iupiter Dodonaeus et Apollo Del phicus. *S.*]

CAP. XCIV. [4. *ἐν θώκῳ*) Lib. VI. 63, 5. *ἐν θώκῳ* cum doctis Interpretibus *in consessu* reddidimus: hic sati fuit *in sella, in sedili.* conf. I. 181, 14. *S.*]

6. *ταύτῃ δὲ ὑπαγόντες*) Intellige *simulatum dolorem*, quo Euenium callide illexerunt et fefellerunt, siue, uti *Co non*, τέχνῃ ἰλαράμενοι. Notus in talibus verbi usus ex *Euri pid.* Androm. vs. 428. ᾧ σ' ὑπήγαγον, h. e. ἐδιλίασα καὶ ἐξ απάτησα καὶ προτρεψάμην, ex Scholiastae doctrina. *Appia nus* Civil. III. [c. 37.] p. 894. ᾧ δὴ μάλιστα ὑπαχθέντες, *qua re maxime deliniti.* Errorem *Vallae* intactum *Abreschius* Dilue. Thucydid. p. 526. noluit. WESS. — *Plutarch.* Solon. p. 82, 2. ὑπαχθέντες οἱ Μεγαρεῖς τῇ ὄψει, *hac specie de cepti Megarenses.* Confer Nostrum infra *l.* 19. *S.*

21. ἔμφυτον μαντικὴν εἶχεν) *Divinitus insitam*, ut ille *Homeri* gloriator, Θεὸς δέ μοι ἐν φρεσὶν οἴμας Παντοίας ἐνέφυ σεν, Odyss. χ΄ 348. Alia Demosthenis ἔμφυτος αἰσχροκέρδεια καὶ πανοῦργος, *penitissime animo* ex toto vitae genere *haerens*, iuxta *Dinarchi* criminationem, Orat. in Demosth. p. 104. Alia Demetrii Phalerei ἔμφυτος ἀκρασία in fragmento *Duri dis* apud *Athen.* lib. XII. p. 542. c. WESS.

CAP. XCV. 1. Δυσφόρος) Δυσφόβος eligebatur ex Poëta, qui *Herodoto* nihil praescribit. WESS. — Quis Δυσ φόβος h. l. maluerit, incomperfum mihi. Libri quidem omnes in vulgatum consentiunt. *S.*

3. *ἐπιβατεύων τοῦ Εὐηνίου οὐνόματος ἐξελάμβανε τὴν Ἑλλάδα ἔργα*) De usu isto verbi *ἐπιβατεύειν* dictum est lib. III. 63. Loci iustam sententiam nec *Valla*, nec *Portus*, assecutus est. Nulla Deiphono in Graecia *molestia* ex invaso Euenii nomine; *operas vaticinandi contra Graeciam conduxerat*: hoc verba volunt, neque aut *Reiskium* aut *Abreschium* Diluc. Thucyd. lib. III. p. 315. latuit. Prior insuper *ἐπιὼν τὴν Ἑλλάδα*, *Graeciam obiens*, ex suspicione plausibili; si scripti Codd. adstipularentur. Decepit *Vallam* rarior verbi potestas, qua *Plutarch.* T. II. pag. 396. c. *ἐλαβὼν γάρ ἵππον ἀλινδούμενον γράψαι*, *cum pingere equum semet volutantem conduxisset*: et in Pelopida p. 291. b. *ἐλαβὼν παρὰ τῆς πόλεως πίνακα γράψαι μάχης ἱππικῆς*. WESS. — Nempe, ut *ἐκδιδόναι* dicunt Graeci, *opus faciendum elocare*, sic *ἐκλαμβάνειν ἔργον* dicitur *qui opus faciendum conducit*: sive, quod eodem redit, *ἐκδιδοῖ* is, qui *alterius operam conducit*; *ἐκλαμβάνει*, qui *suam operam alteri elocat*. Alienam ab auctoris mente *Vallae* versionem, Deiphono negotium in *Graecia fuisse exhibitum*, tenuerat *Gronovius*, eamdemque in contextu intactam *Wesselingius* reliquit, in subiecta Nota corrigere satis habens. Caeterum vide *Var. Lect. S.*

CAP. XCVI. 3. *πρὸς Καλαμοισι*) Hoc, sive *πρὸς Ἀκμίοισι Arch.*, alii eruent. WESS. — Vide quae in *Var. Lect.* notavimus. *S.*

4. *παρεσκευάζοντο ἐς ναυμαχίην*) Exterminavi *ὡς*, alioqui haud intolerabile, addi quippe et omitti solitum c. 97. Codicum conspirante imperio: non item *ἀπίκλιον* [*lin.* 10.] ad sententiam necessarium. Poterat utique, si quid prae se inconmodi ferret, ex cap. seq. [ex cap. 98, 5.] *ἀπίκλιον* lenissimâ fingi medicinâ. Geminum lib. VIII. 74. *ὡς ἐς τὴν Πελοπόννησον χρεὼν εἴη ἀποπλώειν*. WESS.

Ibid. *ὡς ἐς ναυμαχίην*) Omissam in *Med.* voculam *ὡς* si praebent alii Codices, sede non moverem, qua aptissime haeret: *παρεσκευάζοντο ὡς ἐς ναυμαχίην*: ut *Xenoph.* Ἑλλ. II. p. 267, 33. *πάντα παρασκευασάμενος ὡς ἐς ναυμαχίαν*: p. 269, 4. *ὡς ἐς πολιορκίαν παρεσκευάζετο τὴν πόλιν*. *Thucyd.* VI. c. 67., *παρεσκευάζοντο ὡς ἐς μάχην*: idem saepe dicitur, *ὡς ἐπὶ ναυμαχίαν*. VALCK.

CAP. XCVII. [3. *ἐς Γαίσωνά τε καὶ Σκολοπόεντα*) Γαίσων fluvius, ex *Ephoro* notus apud *Athen.* VI. p. 311, e.

Gessus apud *Plin.* V. xxix, 31. *Gaesus Melae* I. 17. Σχολ. πότις, aliunde non cognitus, ex hoc *Herodoti* loco colligitur amnis fuisse, in *Gaesonem* haud procul ab ostio aquas suas exonerans. *S.*]

4 seq. Φίλιστος - - Νείλεω τῷ Κόδρου ἀπικόμενος) De migratione Ionica et *condita Mileto*, sociisque expeditionis, nulla tamen *Philisti* mentione, *Pausanias* lib. VII. c. 2. etc *Strabo* lib. XIV. p. 939. [pag. 633. ed. Cas.] quorum huic Codri filius Νηλεύς, illi Νειλεύς, sicuti *Nostro*. Ista *Strabonis* aliorumque scribendi ratio Clar. *Perizonio* unice ac *Aelian.* Var. VIII. 5. ob Marmor Arundel. probatur; absque caussa tamen, siquidem in laceria eius tabulis ΝΕΛΕΥΣ, ΕΤΣΙΙΚΙΣ., unde Νειλεὺς ὥκιστ formatur tantum. Hoc leve, neque ab eruditissimo *H. Valesio* ad *Ammian.* lib. XXVIII. 1. contemtum. Ioniçam vocem κτίστην, quam κτίτην ad *Dionys.* explicuit *Eustathius*, optime docti viri illustrarunt, WESS.

6. ἐπὶ Μιλήτου κτίστου) Ἐπὶ τὴν Μιλήτου κτίσιν, velut Herodoteum, legitur apud *Eustath.* in *Dionys.* vs. 825., qui sinceram nobis formam κτιστὴν servavit ad *Hom. Il.* Σ. p. 1245, 40. quam illinc *Herodoto* iam restituit *Portus*: alia huius moduli supra prostant pag. 42. [Adnot. ad I. 85, 3.] Ad κτίστην accedit *Hesychii* Δωμῆς· κατασκευή. Eidem Φαστὺς est σκίμπους, ἔπαυλις: apud *Suidam* Ἀφιστεῖς sunt ἀφικόμενοι. Ad *Hesych.* quaedam notata sunt in Ἀφιστῆς. σωφρονιστῆς miror apud *Platonem* reperiri, T. II. pag. 933. E. VALCK.

CAP. XCVIII. 3. ἀπορίη τε ἴσχοντο) Praepositio [ἐν], quam schedae offerunt, locum reciperare poterit. τίλος Δαρεῖός τε ἐν ἀπορίῃσι ἴσχετο, lib. IV. 131. Alibi tamen abest; vide lib. III. 129. Ἀποβάθρας, [lin. 7.] paratas in pugnae navalis usum, *tabulata* expresserat *Valla*, merito desertus. *Scalae* fuerunt ad descensum nauticae. *Thucydides* IV. 12. Βασίσας ἔχων ἐπὶ τὴν ἀπόβασιν καὶ ἀμυνόμενος ἀποβαίνειν, ἀνεχάζετο: ubi docte *Dukerus*, sicuti *Ti. Hemsterhusius* in *Luciani* Dial. Mort. X. 10. WESS. — Latinum nomen *scala* graeco adposuit *Pollux* I. 93. ἀποβάθρα καὶ διαβάθρα καὶ σκάλαι καλοῦνται: ubi commode *Lungermanus*: „Videtur autem, inquit, sic nominandus et *ponticulus* ille qui a nautis in litus vel ripam eiicitur, inserviens tam

conscendendae navi quam exscendendae." Potuerat adiicere, usos etiam esse similibus pontibus ad transscendendum suis e navibus in naves hostiles; quod quidem ex hoc *Herodoti* loco satis intelligitur. *S.*

12. πρῶτον μὲν ἐν τῇ νηΐ etc.) Duas literas male repetitas legendumque suspicor, πρῶτον μὲν τῇ νηΐ παραπλέων, ἐγχείμψας τῷ αἰγιαλῷ τὰ μάλιστα Λευτυχ. VALCK.

Ibid. ἐγχείμψας) Nihil quidem interest, ἐγχείμψας scribatur an ἐγχείψας, prius tamen tanquam suavius posuisse videtur, ut II. 60. ἐγχείμψαντες τὴν βάριν τῇ γῇ: ubi non variant Codices. VALCK. — Contra se, tanquam in acie, Codices consistunt scripti: partis prioris ἐγχείψας vinceret, si vetustatis ratio duceretur, quod antea lib. II. 60. animadversum. Praeconis μεγαλεφωνοτάτου ἐν τῷ στρατοπέδῳ voce ad Ionas usum Leutychiden, auctor *Diodorus* est lib. XI. 34., nonnulla eius ex ore memorans a vero alieniora. WESS.

13. Percultum ὑπὸ κήρυκος προτρέψαι, voce praeconia. Tale *Theophrasti* in *Stobaei* Serm. XLII. p. 280. εἰ μὲν ὑπὸ κήρυκος κελεύοιτο πωλεῖν. *Xenophontis* Laced. Republ. pag. 286. c. ὥσπερ ὑπὸ κήρυκος. In *Aeschyli* Choëph. vs. 838. audax videtur ὑπαγγελος, vice ὑπ' ἀγγέλου. WESS.

21 *sqq.* Per praeconem Ionibus ista *Leutychides* eadem dicitur mente significasse, qua ad Artemisium *Themistocles* similia lapidibus incidi curaverat: ἢ γὰρ ὃν λαθόντα τὰ ῥήματα τοὺς βαρβάρους ἔμελλε τοὺς Ἴωνας πείσειν, ἢ ἐπειτα ἀνενεχθέντα ἐς τοὺς βαρβάρους ποιήσειν ἀπίστους τοῖς Ἕλλησι: inquibus scribi mallet *Koenius* ἐπεὶ ψὶ ἀνενεχθέν. prout supra legitur lib. VIII. c. 22. VALCK. — At, cur mutata h. l. malimus vulgata verba, ἐπειτα ἀνενεχθέντα, nullam prorsus causam exputare equidem possum. *S.*

CAP. XCIX. 17 *seq.* τοῖσι καὶ κατιδοῦσι νεοχμόν ἄν τι ποιεῦν, δυνάμιος ἐπιλαβομένοισι) Cuncta Persas cum spectent, de sermonis adsuetudine expectasse, τοὺς καὶ κατιδόντας - - ἐπιλαβομένους: quam etiam in sententiam *Diodorus* XI. 33. ac *Polyaenus* VII. 35. abierunt. *Valla* ad Ionas, res novas animo agitantes, adplicuit, quasi τοῖσι καὶ κατιδοῦσι, *quibus videbatur*; sequacemque Cl. *Pavium* inpetravit. Equidem *Valckenario* calculum adposuerim, mancam arbitrato structuram, ope quidem ingenii, sed ob Msstorum taciturnitatem dubia, sanandam. Nol-

hem vero νεόχμιον ἄν τι hic eo colore et cap. 103. fingi, qu νεοχμὸς semper in substantivis nominibus ponatur. [Ne pe ea *Reiskii* erat sententia.] Adesse mutaturo debuerat βο λυὶ χώρας Κρίων ὁ Μενοικίου νεοχμὸς, h. e. νέος, νεωστὶ ; ταστάσεις, ut Critici in *Sophoclis* Antig. vs. 164. WESS. mibid. τοῖσι καὶ κατεδόκεον etc.) Aliud quid requ videtur, a quo pendeant isti dativi: forsan excidit vox praecedentis similem terminationem. Dici, ni fallor,] ἐπῆλθε, τοῖσι καὶ κατεδόκεον ἐνεὸν νεοχμοῦ ἄν τι ποιέειν δυνάμ ἐπιλαβεσθαι: *quibus et inesse putabant, ut facultatem ade novum molirentur.* De Samiis et Milesiis, quos sibi suspec iusserint Persae τὰ τῆς Μιλήτου ἄκρα φυλάσσειν, *Polyaen.* V c. 45. VALCK. — In Attico scriptore utique non fere dum id esset, quod hic communi consensu libri omnes e hibent: sed hanc veniam sibi *Herodotus* postulat. Verbu κατα δοκεῖν alibi apud Nostrum, vel absolute positum, v eum accusativo et infinitivo, aut cum nudo accusati constructum, non aliam fere vim, atque simplex δοκεῖ habet, *existimare.* Hoc loco κατὰ praepositio propria quamdum vim verbo addit, ut significet *contra aliquem ex stimare*, i. e. vel *condemnare* vel saltem *suspectum haber* Atque hac notione videri quidem poterat cum genitiv casu iungendum id verbum: sed, quemadmodum pro e quod καταγελᾶν τινός, et καταχρίνειν τινός vulgo dicitur, κ ταγελᾶν τινὶ usurpat Noster III. 37, 5. 38, 2. saepiusquealib et καταχρίνειν τινὶ VII. 146, 7. (conf. Adn. ad VII. 9, 5. Var. Lect. VII. 10, 71.) sic et κατα δοκεῖν τινὶ usurpavit S [19 *seq.* συνοφόρησαν τὰ γέφυρα) Conf. supra, c. 61; 13. 6 7. et infra c. 102, 7 seqq. *S.*]

CAP. C. 4. ἐπὶ τῆς κυμα τώγης) Verissime *Eum thius*, ἐν ἀκτῇ, ἔνθα τὰ κύματα ἄγονται; sive *littoris crepi ne, quam verberat unda maris.* Ex qua vocis notione egre *Luciano* in Hermotim. c. 84. Celeb. *Graevius* subvenit, iuria taxatus ab *Elsnero*, Schediasm. Critic. c. 1., *fluct* uti hic *Valla*, seu *maris fluctuationes* intelligente. Quid t de Homero, quem Vitae Auctor c. 19. καθήμενον ἐπὶ τῆς κυμα τωγῆς, et c. 34. ἐκαθέζετο ἐπὶ τῆς κυμα τωγῆς ἀδυν ἔχων describit, censebimus? Nonne mortalium in stu dissimis, sedente, et, corpore ex valetudine adfecto, cumbente in *fluctuatione aestus marini?* cum citra maris

sperginem in sicco liceret. Vera atque elegans Democriteae est observatio apud *Sextum Empir.* lib. VII. contra Mathem. p. 396. non aves duntaxat, quales columbae et graculi, aggregari, sed et res inanimatas, καθάπερ ὁρᾷν πάρεστι ἐπὶ τῶν παρακυμαινομένων σπερμάτων καὶ ἐπὶ τῶν παρὰ ταῖς κυματωγαῖς ὑπολίθων: ubi *fluctuationes maris* si volueris, risam debebis, neque emendabere, nisi iucundissimo placidi maris et elegantissime congestarum concharum et calculorum in litoris cavidine adspectu. Quid multa? Redi ad lib. IV. 196., nec dubitabis. WESS. — Quid sit κυματωγή, docuit *Wess.* in Diss. Herod. p. 207. VALCK. — De accentu vocabuli vide in *Var. Lect.* notata. *S.*

ἡ δὲ Φήμη διὰ πάσης) *Famam de victoria ad Plataeas a Graecia repetita*, quam divinitus ortam censuit *Herodotus*, a Leutychide rei ignaro prudenter confictam veram alii statuerunt. *Diodorus* Sic. XI. c. 33. οἱ περὶ τὸν Δεωτυχίδην, οὔπω μὲν πυνθανόμενοι περὶ τῆς νίκης, ἀφ' ἑαυτῶν δὲ πολλάκις τὴν εὐημερίαν, ὑφάνασαν στρατηγήματος ἕνεκεν τοῦτο πανουργεύσαντες. vid. *Casaubon.* ad *Polyaenum*, Spartiatae strategema commemorantem lib. I. cap. 33. VALCK.

ἡ ἀφ' ἑαυτῆς ἡμέρη συμπεπτωκυῖα τοῦ τε ἐν Πλαταιῇσι etc.) Incaecina et impedita videntur. Quid quaeso ἡ ἀφ' ἑαυτῆς συμπεπτωκυῖα, et τῆς αὐτῆς inprimis? Non equidem obliviscor libri VIII. 15. συνίστασι δὲ ὥστε ταῖς αὐταῖς ἡμέραις τὰς ναυμαχίας γενέσθαι ταύτας: sed discrevit, uti apparet, sicuti quod sequetur mox c. 100. [c. 101, 1.] *Portus*, has verborum difficultates animadvertens, ex arbitratu accessiones adiunxit, quae fastidium movent. Iustior eiusdem admonitio, *Vallam* συμπίπτοντες aut συμπεσόντες legisse videri: vertisse quippe, *etsi tunc eodem die contigit utraque clades*, ea, *quae ad Plataeas* etc. Idem ego ambabus amplecterer. Belle distincta τῆς αὐτῆς ἡμέρης, συμπίπτοντες τοῦ τε — καὶ τοῦ ἐν Μυκ. μέλλοντος ἔσεσθαι τρώματος, Φήμη τοῖσι etc. decurrent, atque *ad Plataeas acceptam* et *ad Mycalen futuram Persarum cladem*, *utramque eodem die* iungent. Quae loci in medela, sive malis coniectura, suffragatores viros doctissimos *Pavium* et *Reiskium* produco. Res autem ipsa suadet, neque *Diodorus* lib. XI. 36., aut *Polyaenus* lib. I. 33. infitiantur, *Leotychidae* in sparso de parta ad Plataeas victoria rumore imperatoriam eminuisse fraudem. WESS.

alibi invisitato, conmentabor nihil. [Vide *Var. Lect.*] *Pausaniae* potius humanissimam et aequissimam declarationem, qua *Attagini liberos insontes dimisit*, praedicabo. Φάς, optime omnium, τοῦ μηδισμοῦ παῖδας οὐδὲν εἶναι μεταιτίους. Delicta scelerum auctores luunt; infantes consilii absolvit innocentia. *Cicero* verissime: *Ferret-ne civitas ulla latorem istiusmodi legis, ut condemnaretur filius aut nepos, si pater aut avus deliquisset?* Nat. Deor. lib. III. 38. Multa *P. Faber* Semest. III. 8. WESS.

CAP. LXXXIX. 1 *seq.* Ἀρτάβαζος - - - Φεύγων etc.) Sua hinc sumsisse videtur *Polyaenus* VII. c. 33, 3. Ἀρτάβαζος Φαρνάκου φεύγων ἐκ Πλαταιῶν προῆλθεν εἰς Θετταλίαν, quaeque sequuntur. Ibidem Thessalis dixisse fertur Artabazus: Μαρδόνιος δὲ νενικηκὼς ἕπεται, καὶ τὰ ἔργα τῆς νίκης αὐτὸς ἀπαγγελεῖ: prout scribendum vidit doctiss. *Koenius*, qui *Herodotum* infra dedisse suspicabatur: αὐτὸς δὲ ἡμῖν Μαρδόνιος καὶ ὁ στρατὸς αὐτοῦ εὐθὺς [*lin.* 15. ubi οὗτος edd. et mssti] κατὰ πόδας ἡμεῖν ἑλαύνων προσδόκιμός ἐστι. VALCK.

12. ἐλῶν ἐς Θρηίκην) Laudatore *Gronovio* recte hoc gloriatur. Ἐξ ὅτου βασιλεὺς Καμβύσης ἤλασε ἐς Αἴγυπτον lib. III. 63. Artem, qua Artabazus suae exercitusque saluti apud Thessalos consuluit, *Polyaenus* hinc derivavit lib. VII. 33, 3. Paene autem illud *Ask.* [*lin.* 7.] ὦν τὸς τι κινδυνεύσει sine dicto praeterierat. Ionum, vice αὐτὸς, adfirmant esse *Corinthus* et *Phavorinus*: ὦν τὸς ἀντὶ τοῦ αὐτὸς Ἰωνές φασι. Et tale iudicant, συμφέρεται ὦν τὸς εἶναι lib. II. 79., cuius loco ὦν τὸς alibi. Nonnihil addubito. WESS. — Equidem haud dubie errasse et Grammaticos istos, et librarios, si qui illorum rationi favent, censeo. Ἑωυτοῦ, ἑωυτῷ etc. ionicae sunt formae, pro ἑαυτοῦ, ἑαυτῷ: item ὦν τός, pro ὁ αὐτὸς: non ὦντὸς aut ὦῦτὸς, pro simplici αὐτὸς. *S.*

23 *seq.* λιμῷ συνεστάντας καὶ καμάτῳ) Persimiles Persici exercitus aerumnae lib. VIII. 115.; quales, neglecto adparatu, nulla congesta annona, frequentissimae. Consequens διέβη πλοίοισι germanum agnoscit χρῆν πλοίῳ διαβαλεῖν lib. I. 186. Auctor vitae Homeri c. 19. ἔχρῃζεν αὐτοῦ συνεξευρεῖν αὐτῷ πλοῖον, ὅπως ἂν εἰς τὴν Χίον διαβαίη. Nolo plura, uti nec Latina, de quibus Cl. *P. Burmannus* in Declam. VI. 21. *Quinctiliani*. WESS. — Λιμῷ συνεστάντας vulgo *fame erectos* interpretantur: nos, ex propria vi

verbi, *fame conflictatos*. Vide ad VII. 170, 9. notata. *S.*

CAP. XC. [3 *seqq.* Ἐπεὶ γὰρ δὴ ἐν τῇ Δήλῳ *etc.*) Vide lib. VIII. cap. 130-132. *S.*]

9. Θεομήστορος) In suo Cod. *Valla* reperit Θεομνήστορος: in *Med. Gronovius*, Θεομήτορος. Sed ut hic, sic supra VIII. 85. idem ille dicitur Θεομήστωρ, ubi narratur quam ob causam Sami fuerit a Persis tyrannus constitutus. Paulo post [*lin.* 12.] scribendum puto, ὡς, ἢν μοῦνον ἴδωσι οἱ Ἴωνες, ἀποστήσονται ἀπὸ Περσέων: sequitur enim, eodem tempore, καὶ ὡς οἱ βάρβαροι οὐκ ὑπεμείνασι. VALCK.

12. ἀποστήσονται ἀπὸ Περσέων) Ecce iterum negligentiae specimen. [Vide *Var. Lect.*] Veritatem, quam solertissimi viri *Aldus* et *Camerarius* tenuerunt, insecuti neglexerunt omnes. Tantum-ne molestiae eos inspicere? Praesertim cum illam verbi formam res ipsa postularet. Eadem in proximis socordia. WESS.

CAP. XCI. 7. Δίκομαι τὸν οἰωνὸν τὸν Ἡγησιστράτου) Vide lib. VIII. 114., ubi Aristophaneum Δίχου τὸν ἄνδρα, καὶ τὸν ὄρνιν τοῦ διαῦ, stabilire τὰν Ἡγησίστρατον *Arch.* videtur. In hominis nomine, *exercitus ductore*, bonum *omen* erat; quale Augusto ad Actium ante aciem asellus cum asinario dedit: *Eutyches homini, bestiae Nicon erat nomen*, inquit *Sueton.* in August. c. 96. Eadem ex superstitione, rem memorabilem adgressuri, eos potissimum adsciscebant, quibus *fausta nomina*; uti Vespasianus, Capitolium dedicaturus, in *Taciti* Histor. IV. 53. cum *Lipsii* Nota. WESS.

Ibid. δίκομαι τὸν οἰωνὸν) Non, quod vulgatur τὸν Ἡγησιστράτου, sed τὸν Ἡγησίστρατον *Galenus* exhibet ex *Archo*, neque aliter legit *Valla*. Hoc si *Herodotus* adiecit, scripsisset potius me iudice, δίκομαι οἰωνὸν τὸν Ἡγησίστρατον, *velut omen accipio nomen Hegesistrati*: ut paulo post dicitur, οἰωνὸν τὸ οὔνομα ποιεύμενος. In *Plauti* Pseud. II. IV. 22. Χαρίσιν οἰωνὸν ποιῶ. *Euripid.* Phoen. vs. 865. Οἰωνὸν ἰθίμην καλλίνικα τὰ στέφη. Sed e vicinis notissimum forsan ab alia manu nomen fuit adiectum *Hegesistrati*, ab *Herodoto* autem scriptum Δίκομαι τὸν οἰωνόν, ὦ ξεῖνε Σάμιε. Romanorum illud, *accipio omen*, sic solet Graecis simpliciter dici: δίκομαι τὸν οἰωνόν, sive τὸν ὄρνιν τὴν κληδόνα· τὸ μάντευμα· τὸ χρηστήριον. VALCK.

CAP. XCII. 1 *seq.* Ταῦτά τε ἄμα ἠγέρετο καὶ τὸ ἔργον πρῆσσον) Est loquendi forma frequens *Euripidi*. Dederit

forsan ad hanc normam Noster supra VIII. c. 5., σκῦτός τε ἅμα ἐκόμιζε, καὶ ἔπεμπε ἐπὶ τὴν νῆα τὴν Ἀδμήτου: ubi c. 7. τὰ τε ἄλλα — ἐκόμιζε καὶ ἔπεμπε. VALCK. — Pro eo quod lin. 2. scribitur καὶ τὸ ἔργον προσῆγε, auspicatus eram προσῆκε, oportuisse, verbo neutraliter sumto, et procedebat quidem, sed communi consensu vulgatum tenent libri, in quo acquiescendum, intelligendumque, et sermoni eum ipsum adiecit, i. e. et eum ipsum praestitit &c.

9. Ἀπολλωνίης δὲ τῆς ἐν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ) Ita Pausanias eum alibi, tum VI. 14. Menecrates ἐξ Ἀπολλωνίας τῆς ἐν τῷ Ἰονίῳ. De Orico, [CAP. XCIII. 5.] ad eundem Ionium sinum, Steph. Byz., πόλις ἐν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ. Adiunge Cononis Narrat. xxx., cui Euenius est Πυθίνης. Monten. unde amnis (fortasse Aous) labebatur, Strabo Δάσιον adpellat libr. VII. p. 486. [p. 316. ed. Cas.] Ἀάμωνα lamen Steph. Byz. ex Hecataeo. Lege Casaubono observata. WESS.

CAP. XCIII. 1. κατίκεσθε Εὐήνου) Euenium hunc Apolloniatam aliquoties in Cononis Narrat. xxx. Πυθίνην dici vidit Koenius. Istius erat is Apolloniae civis, quae Nostro ἡ ἐν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ dicitur, τὴν ἐπὶ πόντῳ Ἰονίῳ Φοίβου ἄγαλμα ἀποφαίνουσαν, apud Pausan. V. [c. 22.] p. 435. Situs urbis in Excerptis e Canone definitur, et τετρακοῖς Ἀώου διὰ μέσης αὐτῆς ῥέων dicitur ἐκβάλλειν εἰς τὸ Ἰόνιον πέλαγος. Iuxta Herodotum [lin. 4 seq.] flumen ῥεῖ διὰ τῆς Ἀπολλωνίης χώρης ἐς θάλασσαν, παρ' Ὁμηρον λιμένα. Portum Onicum hinc attigit Eustathius in Dionys. vs. 398. conf. Strabo VII. p. 486. B. VALCK.

11. Φυλάσσουσι ἐνιαυτὸν ἕκαστον) Custodiunt per annum singuli, eorum nempe, qui ad illud munus per vices obeundum essent electi, civium opibus et genere potentissimi. In Excerptis e Canone legitur: τῶν δ' ἐπιφανῶν ἦν ὁ Πυθίνης, καὶ ὅσοι ἄλλοι ἐν διαδοχῇ τῶν ἱερῶν εἶχον παθήκοντα τὸν ἐπιμέλειαν. VALCK.

11. Qui eorum sopitus civium neglexerat custodiam, elegantius dicitur μετημελήσας τὴν φυλακήν: nam pro κατακεκμηκὼς recte mihi rescripsisse Reiskius videtur καὶ ὑπὸ ταύτῃ κεκμηκὼς τὴν φυλακήν, et deinceps, ὡς τὴν φυλακὴν κατακομίσαντα. Idem illud, vel hinc sumtum, vel ex ipso Hecataeo, praebet Aelianus de Nat. Anim. XIII. c. 22. λέγει μὲν Ἐμπεδοκλῆς ὁ Μιλήσιος Ἀμεινίαν τὸν Ὀϊ-

ἡλίου καταλοιμῶσαι τὴν φυλακήν. Legitur apud Cononem: ἀμαυρώσαντος τούτου, αὐτῶν (τῶν ἱερῶν τοῦ ἡλίου προβάτων) ἐξάπινα φύσαι δυσκάρμαξαν: ut apud Nostrum, λύκοι — διὰ θείαν τῶν προβάτων ὡς ἐξήνεγκε. VALCK.

Ibid. καταλοιμώσαντος τὴν φυλακήν) Consentiunt scripta exemplaria; atque iterum proxime. Rectius tamen eorum Reiskio καταλοιμήσαντος τὴν φυλακήν: id enim, *ubi vigiliae dormiendo tramittuntur*, suum sibi locum expetunt. Aelian. de Animal. III. 13. *Grues ὑπὲρ τοῦ μὴ καθεύδειν τοὺς φύλακας τὴν φυλακὴν, ἑστῶσι μὲν ἀσκαμβίζουσαι, ne vigiliae tempus dormiant, alternis pedibus nituntur*; et lib. I. 15. ἄριστα μάστιγι τροφῆς καὶ προσβύτερον τὸ μὴ καταλοιμῆσαι τὴν φυλακήν: quod alibi τὴν φρουρὰν οὐ καταπαυτικῶς scribit. WESS. — Similiter *Xenoph. Mem. Socr.* II. 1, 30. τῇ ἡμέρᾳ τὸ χρησιμώτατον καταλοιμίζουσι. Nec vero ex his exemplis tuto colligitur, non potuisse *Herodotum* eandem sententiam alterâ verbi formâ uti; quùm praesertim alioquin etiam idem valeat καταλοιμᾶν atque καταλοιμίζειν. S. A. 16. ἀπαγαγόντες μιν ἐπὶ τὸ δικαστήριον) Herodoteï mos est. Alii aliter, de quibus cum *Ruhnkenio* ad *Timaei* Lex. p. 186. [p. 263 seq. ed. sec.] WESS. — Aliis passim dicitur ὑπάγειν εἰς δῆμον et εἰς δικαστήριον, ut hic olim legebatur ἐπὶ τὸ δικαστήριον: optimo tamen consilio Cl. *Gronov.* ex Med. Cod. reposuit ἐπὶ δικαστήριον, quippe Herodoteum. ὑπὸ δικαστήριον ὑπαγθεὶς extat lib. VI. c. 72., et ὑπὸ reperitur in eadem locutione VI. 81. 108. et 136., ubi Xanthippus Miltiadem θανάτου ὑπαγαγὼν ὑπὸ τὸν δῆμον ἰδίωσε. Pro θανάτου scribendum ὑπαγὼν θανάτου in *Xenophontis* Ἑλλην. lib. V. p. 538, 27. VALCK. — Similiter latine dicimus, *sub iudicium vocare*. WESS.

20 seq. πρόβατα δὲ οἱ — ἐγένετο) *Pecora* vertebat *Valla*, expresso, quod scriptus illi liber ostendebat. Consimile in *Arch.* et *Vind.*; errorem docti homines *Paul. Leopardus* Emendd. VIII. 1. et *Palmerius* indicarunt. Ego vero dubito, an ἱρὰ ἡλίου πρόβατα oves fuerint ut *boves* Scio in *Cononis* Narrat. pro *ovibus* ab interprete haberi, sed et laxiorem vocis esse potestatem. Malui in re dubia *pecora*. Confer Schol. ad *Iliad.* Γ. 124. et *Eustachium* in *Erotian.* p. 920 [p. 502 seq. ed. Franz.] Mox [*lin.* 22.] ἐπείτε ἐκιμήσαντο, *postquam consuluerant*; correctio *Reiskii*

postulat WESS. — Conf. *Var. Lect. Vallae* Latina *Graeca sic* refinxit: *Erant autem illis praedicta et in Dodona et in Delphis. Interrogati mox prophetae de causa mali praesantis, responderunt* etc. quae *Wesselingius* etiam tenuit quamvis impedita. Nam προφῆται, quae dicit Scriptor mix alia intelligi possunt, nisi *responsa* illa prophetarum quae mox adponuntur. conf. c. 94, 1. Neque necessari προφῆται *praedictum* significat, verum etiam quodlibet *oraculi responsum, effatum*, λόγιον, θεοπρόπιον, ut ait *Hesychius*. Sic sane apud ipsum *Herodot.* V. 63, 6. προφῆται non *praedictum* aliquod est, sed tale *effatum* quo nil aliud nisi *ius sum* et *praeceptum* quoddam continebatur. *S.*

[45. αὐτοὶ γὰρ ἐπομόσαι τοὺς λόγους) Loquuntur prophetae, sed uterque dei nomine, cuius propheta est. αὐτοὶ igitur intelliguntur Iupiter Dodonaeus et Apollo Delphicus. *S.*]

CAP. XCIV. [4. ἐν θώκῳ) Lib. VI. 63, 5. ἐν θώκῳ cum doctis Interpretibus *in consessu* reddidimus: hic satis fuit *in sella, in sedili.* conf. I. 181, 14. *S.*]

6. ταύτῃ δὲ ἐπαύοντας) Intellige *simulatum dolorem*, quo Euenium callide illexerunt et fefellerunt, sive, uti *Conon*, τέχνῃ ἰλαράμενοι. Notus in talibus verbi usus ex *Euripid.* Androm. vs. 428. ᾧ σ' ὑπήγαγον, h. e. ἐθελήσαντα καὶ ἐξαπάτησα καὶ περιτρέψαμεν, ex Scholiastae doctrina. *Appianus* Civil. III. [c. 37.] p. 894. ᾧ δὴ μάλιστα ὑπαχθέντες, *qua re maxime deliniti.* Errorem *Vallae* intactum *Abreschius* Diluc. Thucydid. p. 526. noluit. WESS. — *Plutarch.* Solon. p. 82, 2. ὑπαχθέντες οἱ Μεγαρεῖς τῇ ὄψει, *hac specie decepti Megarenses.* Confer Nostrum infra I. 19. *S.*

21. ἔμφυτον μαντικὴν τέχνην) *Divinitus insitam*, ut ille *Homeri* gloriator, Θεὸς δέ μοι ἐν φρεσὶν οἴμας Παντοίας ἐνέφυσεν, Odyss. χ΄ 348. Alia Demosthenis ἔμφυτος αἰσχροκέρδεια καὶ πανουργία, *penitissima animo* ex toto vitae genere *haerens*, iuxta *Dinarchi* criminationem. Orat. in Demosth. p. 104. Alia Demetrii Phalerei ἔμφυτος ἀκρασία in fragmento *Duridis* apud *Athen.* lib. XII. p. 542. c. WESS.

CAP. XCV. 1. Δηίφοβος) Δηίφοβος eligebatur ex Poëta, qui *Herodoto* nihil praescribit. WESS. — Quis Δηίφοβος h. l. maluerit, incompertum mihi. Libri quidem omnes in vulgatum consentiunt. *S.*

3. ἐπιβατεύων τοῦ Εὐηνίου ὀνόματος ἐξελάμβανε ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἔργα) De usu isto verbi ἐπιβατεύειν dictum est lib. III. 63. Loci iustam sententiam nec *Valla*, nec *Portus*, assecutus est. Nulla Deiphono in Graecia *molestia* ex invasu Euenii nomine; *operas vaticinandi contra Graeciam conduxerat*: hoc verba volunt, neque aut *Reiskium* aut *Abreschium* Diluc. Thucyd. lib. III. p. 315. latuit. Prior insuper ἐπιὼν τὴν Ἑλλάδα, *Graeciam obiens*, ex suspicione plausibili; si scripti Codd. adstipularentur. Decepit Vallam rarior verbi potestas, qua *Plutarch.* T. II. pag. 396. E. ἐλαβεν γὰρ ἵππον ἀλινδούμενον γράψαι, *cum pingere equum semet volutantem conduxisset*: et in Pelopida p. 291. B. ἐκλαβὼν παρὰ τῆς πόλεως πίνακα γράψαι μάχης ἱππικῆς. WESS. — Nempe, ut ἐκδιδόναι dicunt Graeci, *opus faciendum elocare*, sic ἐκλαμβάνειν ἔργον dicitur *qui opus faciendum conducit*: sive, quod eodem redit, ἐκδιδοῖ is, qui *alterius operam conducit*; ἐκλαμβάνει, qui *suam operam alteri elocat*. Alienam ab auctoris mente *Vallae* versionem, Deiphono negotium in *Graecia fuisse exhibitum*, tenuerat *Gronovius*, eamdemque in contextu intactam *Wesselingius* reliquit, in subiecta Nota corrigere satis habens. Caeterum vide *Var. Lect. S.*

CAP. XCVI. 3. πρὸς Καλάμοισι) Hoc, sive πρὸς Ἀκμοῖσι *Arch.*, alii eruent. WESS. — Vide quae in *Var. Lect.* notavimus. *S.*

4. παρεσκευάζοντο ἐς ναυμαχίην) Exterminavi ὡς, alioqui haud intolerabile, addi quippe et omitti solitum c. 97., Codicum conspirante imperio: non item ἀπίπλοον [*lin.* 10.] ad sententiam necessarium. Poterat utique, si quid prae se inconmodi ferret, ex cap. seq. [ex cap. 98, 5.] ἐπίπλοον lenissimâ *tingi* medicinâ. Geminum lib. VIII. 74. ὡς ἐς τὴν Πελοπόννησον χρεὼν εἴη ἀποπλώειν. WESS.

Ibid. ὡς ἐς ναυμαχίην) Omissam in *Med.* voculam ὡς si praebent alii Codices, sede non moverem, qua aptissime haeret: παρεσκευάζοντο ὡς ἐς ναυμαχίην: ut *Xenoph.* Ἑλλ. II. p. 267, 33. πάντα παρασκευασάμενος ὡς ἐς ναυμαχίαν: p. 269, 4. ὡς ἐς πολιορκίαν παρεσκευάζων τὴν πόλιν. *Thucyd.* VI. c. 67., παρεσκευάζοντο ὡς ἐς μάχην: idem saepe dicitur, ὡς ἐπὶ ναυμαχίαν. VALCK.

CAP. XCVII. [3. ἐς Γαίσωά τε καὶ Σκολοπόεντα) Γάισων fluvius, ex *Ephoro* notus apud *Athen.* VI. p. 311, e.

Gessus apud *Plin.* V. xxix, 31. *Gaesus Melae* I. 17. Σησηπόις, aliunde non cognitus, ex hoc *Herodoti* loco colligitur amnis fuisse, in *Gaesonem* haud procul ab ostio aquas suas exonerans. *S.*]

4 *seq.* Φίλιστος - - Νείλεω τῷ Κόδρου ἀποικήσαντος) De migratione Ionica et *condita Mileto*, sociisque expeditionis, nulla tamen *Philisti* mentione, *Pausanias* lib. VII. c. 2. etc. *Strabo* lib. XIV. p. 939. [pag. 633. ed. Cas.] quorum huic Codri filius Νηλεύς, illi Νειλεύς, sicuti *Nostro*. Ista *Strabonis* aliorumque scribendi ratio Clar. *Perizonio* unice ad *Aelian.* Var. VIII. 5. ob Marmor Arundel. probatur; absque caussa tamen, siquidem in laceris eius tabulis ΝΒ. . ΕΥΣΙΙΚΙΣ., unde Νειλεὺς ᾤκισε formatur tantum. Hoc leve, neque ab eruditissimo *H. Valesio* ad *Ammian.* lib. XXVIII. 1. contemtum. Ioniçam vocem κτίστου, quam κτίσιν ad *Dionys.* explicuit *Eustathius*, optime docti viri illustrarunt. WESS.

6. ἐπὶ Μιλήτου κτίστου.) Ἐπὶ τὴν Μιλήτου κτίσιν, velut Herodoteum, legitur apud *Eustath.* in *Dionys.* vs. 825., qui sinceram nobis formam κτίστου servavit ad *Hom.* Il. ε'. p. 1245, 40. quam illinc *Herodoto* iam restituit *Portus*: alia huius moduli supra prostant pag. 42. [Adnot. ad I. 85, 3.] Ad κτίστου accedit *Hesychii* Δωμιχής· κατασκευή. Eidem Φραστύς est σκίψις, ἴνυια: apud *Suidam* Ἀφραστύς sunt ἀφυΐαι. Ad *Hesych.* quaedam notata sunt in Ἀτραστύς. σωφρονιστύς miror apud *Platonem* reperiri T. II. pag. 933. *E.* VALCK.

CAP. XCVIII. 3. ἀποβὰς τε ἔσχετο) Praepositio [ἐν], quam schedae offerunt, locum reciperare poterit. τέλος Δαρεῖός τε ἐν ἀποβάσι ἔσχετο, lib. IV. 131. Alibi tamen abest; vide lib. III. 129. Ἀποβάθρας, [lin. 7.] paratas in pugnae navalis usum, *tabulata* expresserat *Valla*, merito desertus. *Scalae* fuerunt ad descensum nauticae. *Thucydides* IV. 12. Βασιάδαι ἔχοντες ἐπὶ τὴν ἀπόβασιν καὶ παρασκευὴν ἀποβαίνειν, ἀνεκάπτη: ubi docte *Dukerus*, sicuti *Fr. Hemsterhusius* in *Luciani* Dial. Mort. X. 10. WESS. — Latinum nomen *scala* graeco adposuit *Pollux* I. 93. ἀποβάθρα καὶ διαβάθρα καὶ σκάλαι καλοῦσι: ubi commode *Iungermanus*: „Videtur autem, inquit, sic nominandus et *ponticulus*, ille qui a nautis in litus vel ripam eiicitur, inserviens tam

conscendendae navi quam exscendendae." Potuerat adiicere, usos etiam esse similibus *pontibus* ad transscendendum suis e navibus in naves hostiles; quod quidem ex hoc *Herodoti* loco satis intelligitur. *S.*

12. πρῶτον μὲν ἐν τῇ νηΐ etc.) Duas literas male repetitas legendumque suspicor, πρῶτον μὲν τῇ νηΐ παραπλέων, ἐγχείμψας τῷ αἰγιαλῷ τὰ μάλιστα Λευτυχ. VALCK.

Ibid. ἐγχείμψας) Nihil quidem interest, ἐγχείμψας scribatur an ἐγχρίψας, prius tamen tanquam suavius posuisse videtur, ut II. 60. ἐγχείμψαντες τὴν βάριν τῇ γῇ: ubi non variant Codices. VALCK. — Contra se, tanquam in acie, Codices consistunt scripti: partis prioris ἐγχείψας vinceret, si vetustatis ratio duceretur, quod antea lib. II. 60. animadversum. Praeconis μιγαλεφωνοτάτου ἐν τῷ στρατοπέδῳ voce ad Ionas usum Leutychiden, auctor *Diodorus* est lib. XI. 34. nonnulla eius ex ore memorans a vero alieniora. WESS.

13. Percultum ὑπὸ κήρυκος προηγόρευε, voce praeconis. Tale *Theophrasti* in *Stobaei* Serm. XLII. p. 280. εἰ μὲν ὑπὸ κήρυκος κελεύοιτο πωλεῖν. Xenophontis Laced. Republ. pag. 286. c. ὥσπερ ὑπὸ κήρυκος. In *Aeschyli* Choëph. vs. 838. audax videtur ὑπαγγελος, vice ὑπ' ἀγγέλου. WESS.

21 *seqq.* Per praeconem Ionibus ista *Leutychides* eadem dicitur mente significasse, qua ad Artemisium *Themistocles* similia lapidibus incidi curaverat: ἢ γὰρ ὃν λαθόντα τὰ ῥήματα τοὺς βαρβάρους ἔμελλε τοὺς Ἴωνας πείσειν, ἢ ἐπειτα ἀντεισχθέντα ἐς τοὺς βαρβάρους πείσητον ἀπίστους τοῖσι Ἕλλησι: in quibus scribi mallet Koenius ἐπεὶ τε ἀντεισχθέντα, prout supra legitur lib. VIII. c. 22. VALCK. — At, cur mutata h. l. malimus vulgata verba, ἐπειτα ἀντεισχθέντα, nullam prorsus causam exputare equidem possum. *S.*

CAP. XCIX. 17 *seq.* τοῦτο, καὶ κατιδόκιον νεοχμόν ἄν τι ποιεῖν, δυνάμιος ἐπιλαβόμενοισι) Cuncta Persas cum spectent, de sermonis adsuetudine expectasses, τοῦτο καὶ κατιδόκιον — — ἐπιλαβόμενοι: quam etiam in sententiam *Diodorus* XI. 33. ac *Polyaenus* VII. 38. abierunt. *Valla* ad Ionas, res novas animo agitantes, adplicuit, quasi τοῖσι καὶ κατιδόκιοι, *quibus videbatur*; sequacemque Cl. *Pavium* inpetravit. Equidem *Valckenario* calculum adposuerim, manicam arbitrato structuram, ope quidem ingenii, sed ob Mssorum incuriam dubia, sanandam. Nol-

lem vero νεόχμιον ἄν τι hic eo colore et cap. 103. fingi, quo νεοχμός semper in substantivis nominibus ponatur. [Nempe ea Reiskii erat sententia.] Adesse mutaturo debuerat βασιλεὺς χώρας Κρίων ὁ Μενοικέως νεοχμὸς, h. e. νίος, νεωστὶ κα ναστὰς, ut Critici in *Sophoclis* Antig. vs. 164. WESS. in ibid. τοῖσι καὶ κατεδόκεον etc.) Aliud quid requiri videtur, a quo pendeant isti dativi: forsan excidit vox o praecedentis similem terminationem. Dici, ni fallor, po tuit: τοῖσι καὶ κατεδόκεον ἐνεὸν νεοχμὸν ἄν τι ποιέειν δυνάμει ἐπιλαβομένοισι: *quibus et inesse putabant, ut facultatem adep nova molirentur.* De Samiis et Milesiis, quos sibi suspecto iusserint Persae τὰ τῆς Μυκάλης ἄκρα φυλάσσειν, *Polyaen.* VII c. 45. VALCK. — In Attico scriptore utique non feren dum id esset, quod hic communi consensu libri omnes ex hibent: sed hanc veniam sibi *Herodotus* postulat. Verbum καταδοκεῖν alibi apud Nostrum, vel absolute positum, ve cum accusativo et infinitivo, aut cum nudo accusativ constructum, non aliam fere vim, atque simplex δοκεῖν habet, *existimare.* Hoc loco κατὰ praepositio propriam quamdam vim verbo addit, ut significet *contra aliquem exi stimare*, i. e. vel *condemnare* vel saltem *suspectum habere* Atque hac notione videri quidem poterat cum genitivo casu iungendum id verbum: sed, quemadmodum pro eo quod καταγελᾶν τινός, et καταιρίνειν τινὸς vulgo dicitur, κα τὰ γελᾶν τινὶ usurpat Noster III. 37, 5. 38, 2. saepiusque alibi et καταιρίνειν τινὶ VII. 146, 7. (conf. Adn. ad VII. 9, 5. e Var. Lect. VII. 10, 71.) sic et καταδοκεῖν τινὶ usurpavit *S.* [19 seq. συνεφόρησαν τὰ γίγια) Conf. supra, c. 61, 13. 62 7. et infra c. 102, 7 seqq. *S.*]

CAP. C. 4. ἐπὶ τῆς κυματώγης) Verissime *Eusta thius*, ἐν ἀκτῇ, ἔνθα τὰ κύματα ἄγονται; sive *littoris crepidi ne, quam verberat unda maris.* Ex qua vocis notione egregi *Luciano* in Hermotim. c. 84. Celeb. *Graevius* subvenit, in iuria taxatus ab *Elsnero*, Schediasm. Critic. c. 1., *fluctus* uti hic *Valla*, seu *maris fluctuationes* intelligente. Quid tum de Homero, quem Vitae Auctor c. 19. καθήμενον ἐπὶ τῆς κυ ματωγῆς, et c. 34. ἐκειμᾶτο ἐπὶ τῆς κυματωγῆς ἀδυνάτου ἔχων describit, censebimus? Nonne mortalium in stupi dissimis, sedente, et, corpore ex valetudine adfecto, de cumbente in *fluctuatione aestus marini?* cum citra maris ac

sperginem in sicco liceret. Vera atque elegans Democriti est observatio apud *Sextum Empir.* lib. VII. contra Mathem. p. 396. non aves duntaxat, quales columbae et graculi, aggregari, sed et res inanimatas, καθάπερ ὁρῶν αὐτοὺς ἐπὶ τὰ τῶν κοσμουμένων στεμμάτων καὶ ἐπὶ τῶν παρὰ τοῖς κομψοτέροις ἀνθέων: ubi *fluctuationes maris* si volueris, nisi dubitabis, debebis, neque emendabere, nisi iucundissimo placidi maris et elegantissimo congestarum concharum et calculorum in littoris crepidine adspectu. Quid multa? Redi ad lib. IV. 196., nec dubitabis. WESS. — Quid sit κυματαγωγὸς, docuit *Wess.* in Diss. Herod. p. 207. VALCK. — De accentu vocabuli vide in *Var. Lect.* notata. *S.*

99. ἐπὶ Φήμην διήκουσα) *Famam de victoria ad Plataeas a Graecia reportata*, quam divinitus ortam censuit *Herodotus*, a Leutychide rei ignaro prudenter confictam verbis alii statuerunt. *Diodorus* Sic. XI. c. 35. οἱ περὶ τὸν Διοσκορίδην, οὐκ ὀλίγον μὲν κατανοήσαντες περὶ τῆς νίκης, ἀφ' ἑαυτῶν δὲ πλάσαντες τὴν ὑπαρχίαν, ἀφήκαν στρατηγήματος ἕνεκεν τοῦτο πεποιηκέναι. vid. *Casaubon.* ad *Polyaenum*, Spartiatae strategema commemorantem lib. I. cap. 33. VALCK.

τῇ αὐτῇ ἡμέρῃ συμπεπτωκυίης τοῦ τε ἐν Πλαταιῇσι etc.) Incecinna et inpedita videntur. Quid quaeso ἐπὶ μιῇ ἡμέρῃ συμπεπτωκυίης, et τῇ αὐτῇ inprimis? Non equidem obliviscor libri VIII. 15. συνέπιπτε δὲ ἔστι ταῖς αὐταῖς ἡμέραις τὰς ναυμαχίας γενέσθαι ταύτας: sed discrepant, uti adparet, sicuti quod sequetur mox c. 100. [c. 101, 1.] *Portas*, has verborum difficultates animadvertens, ex arbitratu accessiones adiunxit, quae fastidium movent. Iustior eiusdem admonitio, *Vallam* συμπίπτοντες aut συμπεσόντες legisse videri, vertisse quippe, *etsi tunc eodem die contigit utraque clades*, ea, *quae ad Plataeas* etc. Idem ego ambabus amplectebar. Belle distincta τῇ αὐτῇ ἡμέρῃ, συμπίπτοντος τοῦ — καὶ τοῦ ἐν Μυκ. μέλλοντος ἔσεσθαι τρώματος, Φήμη τοῖσι etc. decurrent, atque *ad Plataeas acceptam et ad Mycalen futuram Persarum cladem, utramque eodem die*, iungent. Quae loci in medela, sive malis coniectura, suffragatores viros doctissimos *Pavium* et *Reiskium* produco. Res autem ipsa suadet, neque *Diodorus* lib. XI. 35., aut *Polyaenus* lib. I. 33. infitiantur, *Leotychidae* in sparso de parta ad Plataeas victoria rumore imperatoriam eminuisse fraudem. WESS.

15. Terendam videri consentientem librorum omnium scripturam monui in *Var. Lect.* Quod si αὐτῆς abesset, nemo non turbatura erat haec locutio, *coincidente die utriusque cladis*. Terenda vero etiam videtur vocis αὐτῆς abundantia: est enim, quasi dixisset *in eumdem diem utraque clades coincidit*. S.

CAP. CI. 3 *seq.* In istis, παρ' αὐτὸ τὸ Δημήτριον, ο ἀγῶνες - - - ἡ μάχη, mihi quoque vocula οὖ ex syllaba vi detur praecedente nata, et delenda cum *Reiskio* et *Koenio*. VALCK.

10. μηνὸς τε τοῦ αὐτοῦ) Mensis Attici Boëdromionis di tertio, teste *Plutarcho* in Camillo pag. 138. A. et de Glor Athn. p. 348. F., nec sibi tamen constante in Aristid. pag 350. D. *Aeliani* in sexto Thargelionis die error Var. lib. II [25, dudum castigatus est. WESS.

14. ἡ κληδὼν αὕτη σφι ἐσέπτατο) In praecedentibus ἰοῦσι δὲ ἐφθέγξατο τὰ ἐσέπτατο. Eadem ergo φήμη ac κληδών, sive *omen* sicuti lib. III. 155. et V. 72. Pertinent huc, admotaque sunt a doctissimo *Berglero*, ex *Procopii Sophistae* Epist. LII οὐ γὰρ ὁ μόνον Ἡσίοδος θεὸν αὐτὴν ἀνομανεῖ, ἀλλὰ καὶ Ἀθηναῖοι, τὴν ἐν Μυκάλῃ μάχην αὐδημερὸν ἐγνωκότες, οὐκ ἀνεκτὸν ἔφασαν, εἰ μὴ θεὸν ἡγοῦντο τὴν Φήμην: valde tamen miraculum augent, cum Athenis victoriam, eadem die, qua ad Mycalen reportata fuit, cognitam produnt. Deam Attica superstitione habitam, Φήμην δημοσίᾳ θύομεν ὡς θεῷ, testis *Aeschines* περὶ Παράπρ. p. 47. WESS.

CAP. CII. 1. καὶ τοῖσι προσιχέσι etc.) Vir doctus: *aut προσιχέως legendum, aut delendum est τεταγμένοισι*. Nimis pro imperio. Anne lenia in adfectis remedia, si qua opus. Tale hic nihil: omnia enim Herodoti moris et obvia. Mox μάχεσθαι ἐκόν ex schedis bene *Gronovius*. μάλιστά κου lib. VII, 21. et consimilia non latent. WESS.

[6. ἔτι καὶ δὴ) Vide *Var. Lect.* Quaenam vis particulae τὰ insit necdum potui exputare. Commode superioribus intertexta fuisset, ἐν ᾗ δὲ οἱ Λακεδαιμόνιοι ἔτι περιῆσαν, οὗτοι etc. S.]

17. συνεσπίπτειν) Quod praebuit *Med.* Codex, aliis etiam usitato more scribendi posuerat *Herod.* sive συνεσέπιπτον ἐς τὸ τεῖχος: ut III. cap. 78. οἱ συνεσπίπτουσι, nempe ἐς τὸν κάνεον. Plura dedit Cl. *Abresch.* in Dilucid. Thu-

cyd. p. 656. Hic ante vulgatum [scil. ante Gron. vulgatum συνέπιπτον] ter in eumdem sensum reperitur apud *Polybium*: II. cap. 35., οἱ δὲ κατόπιν ἑπόμενοι συμπεσόντες τῆς πόλεως ἐκράτησαν. VIII. c. 9, 45. συνηκολούθησεν αὐτοῖς καὶ συνέπεσεν εἰς τὴν πόλιν. VI. c. 1, 2. ἐσέβαλε πρὸς τὴν μητέρα, et duo tresve αὐτῷ συνέπεσον: hic συνεισέπεσον, *Casaubonus*; primo loco συνεισπεσόντες, corrigebat *Koenius*. VALCK. — Sic *Polyb.* IV. 71, 12. συνέπεσον (sc. εἰς τὴν πόλιν) διὰ τῆς πύλης. Idem verbum frequentavit *Appianus*, cuius loca huc spectantia in Indice Graecitatis olim indicavi. *S.*

[20. κατ' ὀλίγους γενόμενοι, i. q. ὀλίγοι γενόμενοι. Vide *Wess.* ad VIII. 113, 14. *S.*]

20 *seq.* Ubi *Persae* ἐμάχοντο τοῖσι αἰεὶ ἐς τὸ τεῖχος ἰσοπίτοοι Ἕλλησι, eleganter adhibetur αἰεί, ut saepius apud veteres. Vid. not. in pag. 353. [Adnot. ad IV. 162, 14.] VALCK.

CAP. CIII. 5. Περίλεος) *Galeo* probatum dabunt forte Codices Περίλεως: id ipsum *Valla* reperit, cui Sicyonius hic dicitur *Perilaus*. VALCK. — Vide *Var. Lect. S.*

8. ἐπιμαλὸς τὴν μάχην) Nequidquam Codices quidam innovant. Vertitur *pertinacior*. Praeferrem, *Stephano* monitore, *in alterum partem inclinantem*; qualis Ἄρης ἐπιμαλής, sive ἐπιμόρος, vel ἐπιμοθία *Aeschyli* Pers. vs. 956. Sed relege observata eruditissimi viri [*Valckenarii*] ad lib. VIII. 71. WESS.

CAP. CIV. 1 *seq.* προστίτακτο μὲν τῶν Πιερίων) Supervixi c. 98. [cap. 99, 14.] Persae τὰς δίδυνς προστίτακτοι εἶναι Μιλησίοισι φυλάσσειν. Ergo πρὸς τῶν Πιερίων, nisi ex composito verbo pendere iubeas, praestiterit. Namque δίδυμοι Πιερίων quis dixerit? WESS. — In istis, Μιλησίοισι δὲ προστίτακτο μὲν τῶν Πιερίων τὰς δίδυμας τηρεῖν, a praepositione verbi προστίτακτο genitivus pendere videtur τῶν Πιερίων: nisi scriptoris, quo modo saepe solet, προστίτακτο μὲν ἐκ τῶν Πιερίων: *Milesiis* imperatum fuerat *a Persis*. Supra cap. 98. τὰς δίδυμας τὰς ἐς κεφυὰς τῆς Μυκάλης φερούσας προστέτακτο τοῖσι Μιλησίοισι φυλάσσειν. VALCK. — Genitivus τῶν Πιερίων a verbo προστίτακτο pendere, mea quidem sententia, nullo pacto potest. Nec vero opus videtur, ut προστέτ. τοὺς (συμμάχους) Πιερίων corrigendum suspicemur. Propalle

dicturus erat Scriptor, τοῖς Πέρσησι τὰς διόδους τηρεῖν: sed, quoniam alius adest dativus Μιλησίοισι, variandi causa nunc genitivum posuit, et τῶν Περσέων τὰς διόδους, *exitus Persarum*, dixit *exitus viarum quibus se Persae recipere possent*. S.

CAP. CV. 2. Ἑρμόλυκος ὁ Εὐθύνου) Licuit semper in ambiguis, a forte fortuna oblatum arripere. Εὐθύνου, sed obscuri hominis, meminit *Aristoteles*, Rhetor. II. 19. p. 92. Δεινὸν εἶναι, inquiebat Isocrates, εἰ ὁ μὲν Εὔθυνος ἔμαθεν, αὐτὸς δὲ μὴ δυνήσεται εὑρεῖν. Neque ignotus Εὐθύνεος ex vetere responso, Εὐθύνεος κεῖται μοιριδίῳ θανάτῳ i. e. *Cicerone* interpretante, *Euthynous potitur, fatorum numine, letho*, Disp. Tuscul. I. 49. *Hermolycum πυγματιαστὴν* non *Pausanias* lib. I. 23. ignorat. WESS.

CAP. CVI. 8 *seq.* ὅπη χρεὼν εἴη) Dederunt plures manu exarati ὅπη lib. V. 87., pessum absque caussa a viro Celeberrimo datum. Iustum et ego κατοικίσαι iudico, iustissimum ἀπεῖναι. Quid autem προκατῆσθαι, [*lin.* 11.] apertum ex lib. VIII. 36. WESS.

15. τοῖσι ἐν τέλεϊ ἐοῦσι) Nemo de scripturae veritate dubitabit in posterum. Οἱ ἐν τέλει, *qui in magistratu sunt*. Sic lib. III. 18. τιθέναι τὰ κρέα τοὺς ἐν τέλεϊ ἑκάστους ἐόντας, *singulos civium magistratus*. Ismene in *Sophoclis* Antig. vs. 66. τοῖς ἐν τέλεσι βεβῶσι πείσομαι: et Philoct. vs. 384. Οὐκ αἰτιῶμαι κεῖνον ὡς τοὺς ἐν τέλει. Sed abstineo. Vide tamen Schol. ad *Gregorii Nazianz.* Stelit. I. p. 13. WESS. — Scripsisse videtur, ut est in *Med.* Cod., Πελοποννησίων μὲν τοῖσι ἐν τέλεϊ ἐοῦσι, *Principibus civitatum Peloponnesi*. In Editione *Gronovii* memorati *magistratus Peloponnensium* nulli fuerunt: [nempe sic perperam scriptum in *Gronovii* Latinis, *Peloponnensium*, et mox iterum *Peloponnenses*, pro eo quod oportebat *Peloponnesiorum* et *Peloponnesii*. In eiusdem *Gronovii* Graecis temere servatum erat τέλεσι, et omissum verbum ἐοῦσι: de quibus corrigendis erratis in Notis monuit Editor.] *magistratus Lacedaemoniorum Vallae* nitebantur verbis *Schol. Thucyd.* p. 40, 97. [ad lib. I. c. 58.] quibus etiam plus semel abusus est *Meursius*: vere monuit Clar. *Duker.*, non Lacedaemoniorum tantum, sed et aliorum, *magistratus* τέλη fuisse dictos. Magistratus autem et viri principes, οἱ ἐν ἀξιώμασι, saepius etiam dicuntur οἱ ἐν

τέλει ὄντες. Meminit *Thucyd.* V. 27. τῶν ἐν τέλει ὄντων Ἀργείων. Syracusanorum magistratus, οἱ ἐν τέλει ὄντες apud eumdem VII. 73. ubi paulo post vocantur ἄρχοντες. Hinc *Philoni Iudaeo* inter Aegyptios et Persas viri principes sunt Αἰγυπτίων οἱ ἐν τέλει, et οἱ ἐν τέλει Περσῶν, pag. 363. B. et pag. 778. B. Ut *Herodoto* Πελοποννησίων τοῖσι ἐν τέλει, sic *Aeschylus* apud *Stobaeum* p. 63, 31., Κλύειν τὸν ἰσόλον ἄνδρα χρὴ τῶν ἐν τέλει. *Sophocl.* Phil. vs. 922, τῶν ἐν τέλει κλύειν. VALCK.

[18. οὐδὲ Πελοποννησίους περὶ τῶν σφετέρων ἀποικίων βουλεύειν) Miratus sum, ad vulgatam ante nos scripturam Πελοποννησίοισι neminem interpretum adhaesisse, nihil certe ad hunc locum ab interpretibus adnotatum. Nam, quod vulgo interpretantur omnes, *neque Peloponnesiis de ipsorum* (nempe *Atheniensium*) *coloniis consultandum*, ea sententia, ut in *Var. Lect.* monui, Graecis verbis non inest, nisi aut ad dativum Πελοποννησίοισι intercidisse verbum κατήκειν, ἐξεῖναι, aliud-ve simile, statueremus, aut Πελοποννησίους corrigeremus, ubi quidem ad infinitivum βουλεύειν, ex pervulgato Graecorum usu, verbum δεῖν subintelligendum. Unam rationem video, qua vulgatum Πελοποννησίοισι defendi possit; si statuamus hos *Peloponnesios*, hic nominatos, opponi illis *Peloponnesiis* τοῖς ἐν τέλει ἐοῦσι; unde haec prodiret sententia: *neque Peloponnesiis* (nempe *reliquis Peloponnesiis*) *placuit de coloniis Atheniensium consultare.* At huic interpretationi duo obstare momenta videntur: primum, quod in hanc sententiam dicturus haud dubie *Herodotus* fuisset τοῖσι ἄλλοισι Πελοποννησίοισι: alterum, quod deliberantium concilio non privati homines, sed soli οἱ ἐν τέλει ἐόντες, interfuisse videantur. *S.*]

23. πίστι τε καταλαβόντες) Sive adsit, seu deficiat enclitica, parum intererit. Adest lib. III. 74., ubi vide. Statim ἐμμενεῖν aut ἐμμενέειν ob adiunctum μὴ ἀποστήσεσθαι aequius melius, quod *Portum* haud praeteriit. WESS. — Amat vero etiam Noster, ut formas, sic et tempora variare verborum. Caeterum vide *Var. Lect. S.*

CAP. CVII. 9. δίννος μέγιστός ἐστι) Explicatur ab *Eustathio* [ad Iliad. p. 537 extr. ed. Bas. p. 668. ed. Rom.] et Criticis ad *Sophoclis* Aiac. vs. 243., *Lycophronis*que Alex. vs. 774. Persarum illud convicium innuebatur cap. 20. huius Musae, et recentiorum eorundem abs *Theophylacto*

Hist. Mauric. lib. III. 8. Non requiretur, credo, simil aliarum nationum opprobrii virus. Quis Virgiliani obl viscitur, *O vere Phrygiae, neque enim Phryges*, Aeneid. I 617. ubi de Persis *I. Lud. la Cerda* egregie. WESS.

12. καὶ μὴν ἐπιθέοντα Φραοθεὶς etc.) Pristinum φθὰς ser tentiae congruere, largior atque agnosco ultro. Sed enii tanta Codicum adparet consensio, iussus adeo urgens, u obdiendiam relinquere abnuam. Φραοθὶς, *advertens*: Φρο ἔσθαι et ἐπιφράζεσθαι cap. 19. et in *Porti* penu copiosissim sunt. Vicino ἁρπάζει μέσον [*lin.* 15 *seq.*] *Livii* respondet a ripit *medium Servium*, lib. I. 48. et *Dionysii* in eadem hist ria, μετέωρον ἐξαρπάσας, *sublimem rapiens*. WESS.

12. ἐπιθέοντα φθὰς) *Irruentem cernens*, *Valla*: ne ille φθὰς, sed legit in suo Cod. Φραοθὶς, quod in *Arch.* e *Eton.* inventum exhibet etiam margo Ed. *Steph.* Φραοθὶς ἐπιφραοθὶς, et καταφραοθὶς *Herodoto* in istum sensum adhi bentur; sed neque alterum φθὰς hinc alienum est, ha etiam usurpatum structura: vid. ad Phoen. *Eurip.* vs. 98 Φθὰς si qui dant Codices, videri forte poterit utr posuisse *Herodotus*: καὶ μὴν, ἐπιθέοντα Φραοθὶς, Φθ - - - ἁρπάζει μέσον, καὶ ἐξάρας πάλι ἐς τὴν γῆν: *quum ac currentem cerneret, praevertens Xenagoras* - - - *medium arr pit, et sublatum in terram statuit*: ut apud *Terentium*, *subl mem medium arriperem, et capite pronam in terram statueren* συναρπάσας ἐξῆρε est in *Xenoph.* Κυρ. Παιδ. p. 35, 340. Ἁρ μετέωρον εἰς τὸ βάραθρον ἐμβαλὼν. *Aristoph.* Eq. 1359. VALCK

19 *seq.* προνομίων, οὐδὲν ἔτι etc.) Dedi schedis *Gronovi* que, et βαρβάρων vocem in exilium egi; necessariam min me esse, praecedentia commonstrant. In sequentibus m nuendis modum excedit *Mediceus*. Vide superius lib. V 42. Verissimum [*lin.* 22.] ἐξ Ἀθηνέων. WESS.

CAP. CVIII. 2 *seq.* ὡς δὲ οἱ προσπίμποντι) Quo s sensu cognitum hoc verbum, erudite docuit vir Cla in Miscell. Obs. Nov. T. III. p. 7. Ut λόγους προσπέμπειν, s προσενεγκεῖν λόγους περὶ συνουσίας dixit *Xenophon* Κυρ. Παιδ. V p. 91, 1. et *Lucian.* T. I. [Dial. Deor. VI. 2.] p. 257, ubi συμῶν, in eundem sensum magis frequentatum, tractav Vir summus. *Amorem Xerxis*, fratris uxorem frustra s licitantis, hinc attigit *Tzetzes* Chiliad. II. vs. 6. Errat, saepius in historia, *Maximus Tyrius* XXVI. 7. ubi Xer

ἰσι) Ἀμηστριν ἦεν τὴν τοῦ παιδὸς γαμετήν: errorem correxerunt *D. Heins.* et *Jo. Davis.*, quo vocat *Amestrin*, quae *Artaynte* fuerat ex *Herodoto* dicenda. VALCK.

4. βίην προσεφέρετο) Praestabilius videtur προσέφερε, uti in duobus Msstis; sic sane ἀναγκαίην προσφέρειν lib. VII. 172. *Tzetzes* haec ad *Lycophron.* excerpens p. 142. Χέρξες, ait, εἰς ἔρωτα τῆς Μασίστιδος ἐμπέπτωκε γυναικός, confundens imperite Masistium et Masisten, regis fratrem, qui idem error Chiliad. II. 6. WESS. — Ferendum fortasse προσφέρετο erat: quod quum, utpote ex rariore verbi usu, suspectum fuisset docto cuidam librario, facile credas in προσέφερε ab eodem fuisse mutatum. *S.*

7. πρήσσει τὸν γάμον τοῦτον etc.) Haec salebrosa doctis viris. *Reiskius* addit distinguitque πρήσσει τὸν γάμον τούτων τῷ παιδὶ -- Δαρείῳ μνέεται θυγατέρα. *Abreschius* vero, πρήσσει τοῦτο, τὸν γάμον λαμβάνει τῷ παιδὶ -- θυγατέρος τῆς γυναικὸς ταύτης. Quorum auxilium manu descripti libri aversantur. Sentio, θυγατέρα τῆς γυναικὸς per adpositionem, quam vocant, aptanda ad τὸν γάμον, neque adeo sollicitanda esse. *Maximi Tyrii* (Orat. XXVI. pag. 317.) memoriae in his lapsum *D. Heinsius* et *Davisius* fecerunt manifestum. WESS.

CAP. CIX. 7 seq. τῇ δὲ κακῶς γὰρ ἴδοι etc.) Ex vetere *Aldi* scriptura formabatur, τὴν δὲ, κακῶς --- εἶπαι. Recepta probior; neque ulla necessitudo, ut ἢ δὲ, κακῶς γὰρ ἴδοι --- εἶπε, fingatur. In formulae enim frequentissimo usu multiplex variatio, notata ad lib. I. 8. WESS. — Sic loqui amat *Herodotus*, cuius in sermone τῇ δὲ κακῶς γὰρ --- πρὸς ταῦτα εἶπε, idem valet ac si dixisset, ἢ δὲ (τῇ γὰρ παντοίη ἴδοι κακῶς γενέσθαι) πρὸς ταῦτα εἶπε. *S.*

CAP. CX. 6 seqq. βασιλήϊον δεῖπνον etc.) Hinc attigit *Athenaeus* IV. pag. 146. B. describens Herodotea quae sequuntur; ubi similiter αὔριον τῷ δείπνῳ Περσιστὶ fuisse dicitur τυκτὰ, Ἑλληνιστὶ δὲ τέλειον. VALCK.

8. ἡμέρῃ τῇ ἐγένετο βασιλεύς) Intererit parum, sive praepositio [ἐν] accedat, seu tacita relinquatur. *Vallae* Latina, *die quo rex creatus est*, me arbitro, perperam. Et hinc manavit tamen docta Cl. *Relandi* (Dissert. de Vet. Ling. Pers. p. 257.) originatio vocis ΤΥΚΤΑ, quasi coenae ἐνθεσμοθρόνου, inque memoriam regiae inaugurationis celebratae.

Nisi errore, quod nolim, in devium exeo, *regis natali est dies*. Viam monstrat *Noster* lib. I. 133. quando de Persis, Ἡμέρην δὲ ἁπασέων μάλιστα ἐκείνην τιμᾶν νομίζουσι, τῇ ἕκαστος ἐγένετο, qua eorum quisque natus *fuit*: tum *Plato*, Alcibiad. I. p. 121., exposito natali die, eoque festo, regii principis, εἶτα, adiungens, εἰς τὸν ἄλλον χρόνον ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ βασιλέως γενέθλια πᾶσα θύει καὶ ἑορτάζει ἡ Ἀσία: quibus adprime adcommodis nihil adstruo. ΤΥΚΤΑ explicent, qui poterunt. WESS.

ad. τὴν κεφαλὴν σμᾶται) Habet et σμᾶται *Athenaeus*: noster forte scripserat σμῆται. Si in nullo Codice legitur σμήσται, neque legisse videbitur illud *Valla*; cuius ornatum eam mihi moverat superius [Adnot. ad III. 148, 5.] memoratam coniecturam. *Casaubonum* σμᾶται hic explanantem sequitur *Gronovius*. VALCK. — *Omnes ita*; [nempe σμᾶται:] nec *Vallam* suspicor, etsi laxius expresserit, aliud ob oculos habuisse. Magnum *Athenaei* Animadversorem laudo vehementer, de *smegmate*, nisi *fragrantius oleum* praetuleris, quo regium caput fuerit delibutum et deinde defrictum, coniectantem. Omnium aptissima sunt, a Cl. *Gronovio* itidem signata, haec de lib. IV. 73., ubi Scythae, a funere recentes, σμησάμενοι τὰς κεφαλὰς καὶ ἐκπλυνάμενοι, utique capita, sive foedati antea, seu quomodocunque liti, defricantes atque abluentes. Huc referre mihi posse videor *Strabonis* verba, ὅταν δὲ βασιλεύς, *Indorum rex*, λούῃ τὸν τρίχα, μεγάλην ἑορτὴν ἄγουσι, καὶ μεγάλα δῶρα πέμπουσι, lib. XV. p. 1046. A. [p. 718 med. ed. Cas.] habent certe quidem adfine aliquid. Porro [*lin.* 12.] δίεται τοῦ Εἴρξεω Codicis *Arch.* minime futile: plures idem si praeberent, in maiore versaretur honore. WESS. — Nunc, quum unus hic codex δίεται pro χρήζει habet, videtur istud ex scholio natum. *S.*

CAP. CXI. 14. κιλεύων με γυναῖκα *etc.*) Proxime consequens ταύτην με κελεύεις hoc ad sanitatem revocat. Absentia vocis τρεῖς [*lin.* 15.] in tot bonae notae membranis consideratione meretur, siquidem sine ea filum sermonis cohaeret, et filiarum quoque nullus finitur numerus. Superat eius tamen praesentia scribarum captum, videturque adeo adprobanda. Reliit [*lin.* 18.] μετίστα, cui dialectus favet, et Calliope c. 61. WESS. — Probatorum

complurium codicum reprobata consensu (quibuscum haud dubie alii etiam, si diligentius excutiantur, facere reperientur) vox τριῖς a lectore quodam olim margini adiecta fuisse videtur, et dein temere a nonnemine in contextum adscita. Equidem prope absum ut abiiciendam censeam. *S.*

19. μίγα μὲν ποιεῦμαι) Ne hac in dictione Scriptorem se secederet, primas *Arch.* et *Vind.* concessi, qua super re ad lib. III. 42. WESS.

Ibid. μεγάλα μὲν ποιεῦμαι) Hic certe placet lectio *Arch.* μίγα μὲν ποιεῦμαι. In istiusmodi formulis μίγα ferme tantum reperitur; eâdem qua hîc structurâ positum in *Xenophontis* Κυρ. Παιδ. V. p. 76., ἐγὼ μίγα ποιοῦμαι ζῆλον τοῦτο τὸ χωρίον τοῖς ἐνθάδε συμμάχοις καταλιπεῖν, ut est in Cod. MS. pro καταλιπεῖν. Ut μίγα ποιοῦμαι, frequentatur et μίγα ἡγοῦμαι, et μίγα τίθεμαι. Merito tamen dubitat vir Celeberr. probandum-ne sit apud *Herod.* III. c. 42., quod vulgatur μίγα ποιεύμενος ταῦτα, an, quod offerunt duo Codices, μεγάλα ποιεύμενος ταῦτα. VALCK. — Alia Nostri loca a *Wess.* ad III. 42, 12. citata, perquam probabile mihi faciunt, μεγάλα hîc revera ab ipsius Scriptoris manu esse. Haud immerito vero mireris, duo illos codices *Arch.* et *Vind.* qui hîc a cunctis aliis discedentes, μίγα pro illorum μεγάλα dant, eosdem lib. III. 42. μεγάλα dare, ubi reliqui omnes in μίγα consentiunt. Ac fieri quidem potest ut fallar, sed etiam atque etiam ego suspicor, eumdem eruditum illum sive lectorem sive librarium, cui multae debentur lectiones, quae commodiores videri poterant, quam hae in quas reliqui omnes consentiunt codices, et hoc loco μεγάλα, quod ei insolentius visum esset, suo arbitratu in μίγα mutasse, et III. 42. quum μίγα ποιούμενος scripsisset *Herodotus*, μεγάλα posuisse, quod sequenti ταῦτα aptius respondere videretur. *S.*

CAP. CXII. 5. τοὺς τε μαζοὺς ἀποταμοῦσα) Dirum inpotentis matronae facinus! Geminum aliud, ex inpia eius religione susceptum, lib. VII. 114. Et illam tamen, adeo effraenata rabie inmanem, exsecrabilem, animo factisque conscleratam, doctorum haud pauci reginam *Estheram* esse, regis *Ahasueri* consortem tori (nominis quadam adfinitate, sicuti mihi videtur, delusi) censent.

Istud illi viderint; cum enim in caussam nunc non d scendo: tu τοὺς τε μαστροὺς ubi volueris, aderit e scripi facultas, modo ne adscripta lib. IV. 202. flocci fecerı WESS.

CAP. CXIII. 8 *seq.* ὡς ἐμοὶ δοκεῖν) Formulae v terem cultum membranae reddunt. Eadem lib. IV. 168 aliisque locis. Ἐμοὶ δοκεῖν *Sophocles*, *Thucydides*, *Philostr Lus* etc. Adi *Abreschium* Dilucid. *Thucydid.* p. 5. WESS. 14. τὴν στρατιὴν τὴν ἐκείνου) Suspicor vocem στρατιὴν ex proximis inhaerentem memoriae scribentis, alterius v ce male fuisse repetitam. Qui Susis abierat cum liberis καὶ ὅπλοις τισὶ καὶ ἄλλοισι, quique necdum pervenerat a suam praefecturam, is minus commode dici poterat iam nunc secum habuisse *exercitum*. Multo mihi videretur ac commodatius, si a Xerxe missi in via dicerentur inter fecisse αὐτόν τε ἐκεῖνον, καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ, καὶ τὴν θεράπαιναν τὴν ἐκείνου, si hoc alicunde firmamentum acciperet VALCK.

CAP. CXIV. 2. περὶ Λευκτόν) Idae promontorium contra insulam Lesbon, in Scholiis ad *Nicandri* Alexiph vs. 40. et elegantissima correctione *Casauboni* apud *Athen.* lib. XIII. p. 598. c. Saepe illic navigaturos adversi mora bantur venti. *Eumenes rex - - - adversis deinde ventis quun aliquot diebus superare Lecton promontorium non potuisse* etc. apud *Livium* lib. XXXVII. 37. In proximis, de abitu Spartanorum, et Atheniensium pertinaee ad Persas inse quendos perseverantiâ, nihil fere *Thucydides* lib. I. 89 discordat. WESS. — *Lectus* promontorium saepe *Strabon* memoratum: et ibi quidem aliquoties acute scribitur Λε κτός, quemadmodum Λευκτὸν acute pingitur in *Herodoti* li bris scriptis editisque: rectius vero, quo proprium no men ab adiectivo verbali λευκτὸς distinguatur, penenut scribitur apud eumdem *Strabonem* lib. XIII. pag. 604. a 606. c. etc. ed. Casaub. et sic etiam apud *Athenaeum* l. c correxit *Casaubonus*, *filon ἐπὶ δὲ Λέκτον*, ubi mendose Λάκτον olim. S.

10. ἐκ τῆς Ἀβύδου διαβάντες) Διαβαλόντες, quod e *Arch.* memorat *Galeus*, probarem ut aliquoties adhibi tum *Herodoto* VI. 44. V. 33. et 34. In eumdem sensum διαβάλλειν posuit *Thucydid.* II. 85. VI. cap. 30. *Aristides* T

III. p. 577., εἰς Φίλας διέβαλον. *Eunapius* in Proaeres. p. 120., διέβαλεν ἐξ Ἀσίας εἰς τὴν Εὐρώπην. VALCK. — Quod in *Var. Lect.* dixi, verbum διαβαλόντες h. l. cum *Arch.* nostrum etiam codicem *F.* tueri, id indictum velim: denuo inspiciens optimas hasce membranas, quarum usuram ad hunc usque diem illustris possessor liberaliter mihi concessit, video in illis διαβάντες scriptum, uti in aliis: atque id tenere debueram. Conf. *Wess.* Adn. ad IX. 89, 24. Quum verbum διαβάλλειν *traiiciendi* notione aliàs frequentet *Herodotus*, scriptura *Arch.* διαβαλόντας h. l. eiusdem docti olim hominis industriae deberi videtur, cui multa alia, quae ille codex (et qui eum presse sequitur *Vind.*) propria habet, accepta ferenda esse et saepius aliàs monui et proxime etiam ante observavi. *S.*

CAP. CXVI. 5. ἐξ Ἐλαιοῦντος ὑφελόμενος) Quum Xerxen circumvenit Artayctes, nondum dici potera[t] Protesilai τὰ χρήματα ὑφελόμενος: hoc itaque e sequentibus huc ab alia manu videtur illatum; ab *Herodoto* autem scriptum αἰτήσας, *Vallae* lectum, dat *Arch.* Neque urbis Chersonesi Thraciae diverse scribitur Ἐλαιοῦς et Ἐλαιοῦς, docente Clar. *Wesseling.* ad *Diodori* XIII. c. 39. Mihi quoque legitima scriptio videtur Ἐλαιοῦντος. Prope Elaeunta atque huius templi Protesilai reliquias, scenam constituit suorum Heroicorum *Philostratus*, de *Artayete* nostro narrata respiciens p. 672., ubi templum memorat, ἐν ᾧ κατὰ τοὺς πατέρας ὁ Μῆδος ὕβριζε: iuxta *Herod.* spoliato templo quum Elaeunta veniret Artayctes, ἐν τῷ αὐτῷ γυμνῷ ἐμίσγετο. conf. VII. c. 33. VALCK. — De Aoristorum usu praecipiens *Hermannus*, quem in *Var. Lect.* etiam laudavi, recte monuit defendi h. l. ὑφελόμενος posse. Quare, quum in hanc scripturam veteres libri omnes, excepto *Arch.* eiusque sequacibus *Vind.* et *Vallae* exemplari, consentiant, horum αἰτήσας ex correctione parum necessaria eiusdem docti olim hominis, quem modo dixi, fuerit prognatum. *S.*

19. καὶ τοῦ αἰεὶ βασιλεύοντος) Indicatum superius ad lib. I. Hinc audax fluxit et importunum Artaxerxis, Persarum, victis Parthis, vindicis et regni instauratoris, cedere Imp. Alexandrum Romanosque omni Asia debere, ἐόντας δὴ ἄρχειν Πέρσας μέχρις Ἰωνίης τε καὶ Καρίης· - - - εἶναι γὰρ

αὐτὰ Περσῶν προγονικὰ κτήματα: *esse enim Persarum hereditarias atque a maioribus acceptas possessiones*, in *Herodiani* lib. VI. 3. Proximum καὶ τὸ τέμενος ἔσπιρε, [*lin. 20 seq.*] *fanumque sevit*, obscurius versum; nisi fanum, *locum effatum templo et sacratum* Laurentius *Livii* more et hic intellexerit. τέμενος, *ager exemtus et consecratus* iuxta Protesilai sepulchrum, sicuti *Noster* in praecedentibus. Inpendit et his operam Cl. *Olearius* ad *Philostrati* Heroic. c. 2. p. 672.; verum istiusmodi, ut noceat magis, quam prosit. WESS.

24. ἀφύκτως δέ πως αὐτῷ ἐπίπεσον) Litem primae voci schedae movent. Age, intueamur. Ἄφυκτον omne, *quod evitari quitum non est.* Ἄφυκτος θάνατος *Simonidi*, in Consol. ad Apollon. *Plutarchi* p. 107. B., ἄφυκτος ἀνάγκη Philoso pho de Pythagorae schola apud *Stobaeum* Eclog. Phys. p. 8., τὸ πεπρωμένον ἄφυκτον *Alciphroni* lib. I. Epist. 25. Sed Artaxactes, modo provide et consulto egisset, aut vitare obsidionem, aut adparatu ad eam tolerandam sese potuerat instruere. Neutrum observavit; unde *ex inproviso*, uti *Valla*, ἀφυλάκτῳ (non ἀφυλάκτως) membranae *Arch.* et *Vind.*, supervenerunt. Simile *Polyaeni* VIII. 36. ἐπιθέσθαι τοῖς πολεμίοις -- καθεύδουσι καὶ ἀφυλάκτοις. *Plutarchi* T. II. p. 262. c. καὶ τὸν Ἀριστόδημον ἄοπλον καὶ ἀφύλακτον παρεισπεσόντες διαφθείρουσι. *Herodiani* VI. 5. οὕτω γὰρ ἦτο -- ἀφυλάκτως καὶ ἀπροόπτως αὐτοῖς ἐπελεύσεσθαι. Quae cuncta ut vetustis libris paria faciam, a me inpetrant: alia opinatis praescribitur nihil. WESS. — Habet etiam ἀφυλάκτως διακεῖσθαι *Polybius* IV. 36, 4. Denique perapta utique huic loco scriptura ἀφυλάκτῳ videri poterat. Quod si tamen vulgatum olim ἀφύκτως posset defendi, in alteram scripturam eadem rursus suspicio caderet, qua alias codicum *Arch.* et *Vind.* quamlibet speciosas lectiones premi modo observavimus. Et quidni tueri locum suum ἀφύκτως possit? Non equidem ad *Hesychii* auctoritatem provocabo, ipsum hoc vocabulum in Lexico suo illustrantis: nam, quae ibi adiecta est interpretatio ἀνεξαλείπτως, satis ostendit non ibi *Herodoti* hunc locum respexisse Lexicographum. Sed, quamvis alibi, si ab hoc Nostri loco discedas, vix usquam hodie adverbium ἀφύκτως reperiatur, tamen, ut ἄφυκτον dicitur *quod effugere nemo potest*, sic nihil inpedit, quo minus

ἀφύκτως αὐτῷ ἐπέπεσον dixisse *Herodotum* credamus, *ita de improviso eum adorti sunt Athenienses, ut effugi non potuerint*, id est, *ut ille et qui cum eo erant effugere non potuerint*: nempe, quod ex insequentibus intelligitur, et navibus urbem obsederunt, et exscensione facta eamdem a continente ita circumsederunt, ut effugere nemo posset. Atque haec lectio etiam significantior est: nam, ἀφύλακτον fuisse eum ab hostibus invasum satis iam superioribus verbis, οὔτε παρεσκευασμένος ἐς τὸν πόλεμον, οὔτε προσδεκόμενος τοὺς Ἕλληνας, declaratum est. Quare, uti nunc quidem stat sententia, vulgatam olim scripturam ἀφύκτως restituendam auctori censeo. *S.*

CAP. CXVII. 7. Istud ἕστιγον τὰ παρέοντα *H. Stephanum* in iucundissimo *Isocratis* ad Demoniac. p. 8. Στέργε μὲν τὰ παρόντα, ζήτει δὲ τὰ βέλτιω, offendere non debuerat. Cautior in omni hoc genere *Th. Gatakerus* ad *Antonin.* VI. 44. WESS. — Quid sit quod *H. Stephanum* offendisse dicat Vir doctissimus haud satis video, nisi hoc spectavit quod ille in Thesaur. Graec. Ling. T. III. p. 1014. E. postquam *Isocratis* dictum adposuit στέργε τὰ παρόντα, *praesentibus acquiesce*, statim adiicit, verbum στέργειν hac notione usurpatum frequentius cum dativo casu construi; quum quidem haud minus frequenter accusativo casui iungatur, ut ostendunt exempla a *Gatakero* l. c. cumulata. *S.*

CAP. CXVIII. 1. Οἱ δ' ἐν τῷ τείχεϊ ἐς πᾶν ἤδη etc.) Interposita ἀμφὶ τὸν Ἀστακὸν τε, adprobata priscorum Codicum et *Gronovii* sententia, ablegavi unde venerant, quippe scribarum insiticium glossema. Porro τόνοι τῶν κλινέων *nervi, lectulis et sellis intendendis habiles*, quibus elixis et igne mollitis famem domare nitebantur miseri. Vide *Pollucem* X. 37. WESS.

7. οἱ Χερσονησῖται etc.) Vicem *Stephano Byz.*, qui toties auxilio nobis venit, reddemus. Excitaverat haec in Χερρόνησος, sed latuerunt eruditos eius explanatores. Vulgatur, καὶ τὸν πολίτην (*Hecataeus*) Χερρονήσιόν φησιν. Ἀψινθίοισι πρὸς μεσημβρίαν ὁμορέουσι Χερρονησῖται, ἀπὸ τῶν πύργων ἐσημήναντο τοῖσιν Ἀθηναίοισι τὸ γεγενές: quae minime apta, sed luxata *L. Holstenius* cognovit. Ubi scripseris, Ἀψινθίοισι -- ὁμορέουσι Χερρονήσιοι. Χερρονησῖται ἀπὸ τῶν πύργων etc.; redibit nexus et legitima verbis sententia. Deerit mentio *Herodoti*, quae

liberque eius IX. adiicietur commode. Ille quaedam aliter exarata hic animadvertit, Χειροτονῆται tamen *Nostro* VI. 39., et cap. 119. Calliopes: [IX. 120, 2.] nam Χειροτονίαν vox exerrat. WESS.

CAP. CXIX. 3. ἔθυσαν Πλειστώρῳ ἱπποκούρῳ Διΐ) Barbarum et crudele numen aliis relinquo, mihi manet ignotum: ignotum quoque, unde ὀλίγοι ἰόντες, quave auctoritate, in postremam venerint editionem. An de *Vallae* Latinis? nam de *Arch.* scriptura viro Celeb. notitia nulla. Pleniorem ὀλίγον ἰόντες *ad viciniam Aegos fluminis, paulumque ultra id* progressos ducit. Paucos autem admodum fuisse, qui fugerunt, liquido haud paret. Satius erit, illibatum illud servare. Omnium praeclarissime ἀνὰ Αἰγὸς ποταμῶν, quo de egregie prorsus *Oudendorpius* ad *Frontin.* II. 1, 18. WESS.

CAP. CXX. 4. καὶ ἔσπαιρον) Pati possem *Athenaei* et *Eustathii* ἤσπαιρον, si quae gravis urgeret causa. Simile *Apollodori*, Bibl. III. 13, 6. καὶ ἀσπαίροντα τὸν παῖδα ἰδὼν ἐπὶ τοῦ πυρός, ἐβόησε. *Aeschyli* Pers. vs. 983., *Euripidis* Iph. Aul. 1587. Sed *Apollon. Rhod.* IV. 874. ἐπεσόμην Παῖδας φίλων σπαίροντα διὰ φλογός. Iunge *Valckenario* observata lib. VIII. 6. Ἰχθύες νεοάλωτοι reiecti ob vocabuli raritatem videntur. Opportunum adest *Dionis Cassii* lib. XLIX. p. 473. E. τῶν τε νεοαλώτων τινὲς καὶ Δαλμάται σὺν αὐτοῖς ἐπονήσαντο, de *recens captis.* WESS.

13 *seq.* ἐπάλλοντό τι καὶ ἔσπαιρον) Quam verbo formam induit VIII. c. 3., ἤσπαιρον hinc excitat *Eustath.* in Odyss. μ'. pag. 497, 30. Errorem in vicinis *Vallae* Io. *Hartungus* iam correxit, Locor. Memorab. III. cap. 7, 18. VALCK. — Quemnam *Vallae* in vicinis errorem correxerit *Hartungus*, cuius liber ad manus non est, nescio. Illud video, verba οἱ τάφιχοι ἐπάλλοντο interpretatum *Vallam* esse *offa illa salsurae resiliit*, scilicet ex lonum idiomate ἐπάλλοντο pro ἐφάλλοντο accipientem: cuius rationem sequens *Schulzius* in Indicem Graecitatis Herodoteae ex hoc ipso loco verbum Ἐπάλλεσθαι, *resilire*, retulit. At ἐφάλλομαι aut ἐπάλλομαι non tam *resilire*, quam *insilire* et *irruere in aliquem* significat. Iam olim autem *Sylburgius* in ora *Herodoti* latine Francof. 1595. editi monuerat, esse a verbo πάλλεσθαι, *vibrare* et *concuti* significante: recte vero. Sic sane VII. 140, 14. δίμιτοι παλλόμενοι sunt *meta tremen-*

tes sive *concussi*. Sic apud Poëtam στήθεσι πάλλεται ἦτορ, *tibi pectore saliens vibrat cor*, Iliad. χ'. 452. Sic *Plutarch.* in Vita Cicer. iungit παλλόμενος καὶ τρέμων. Denique quid multa? ἰχθῦς παλλομένους perspicue memorat idem Noster I. 141, 10. *S.*

8-10. Portento, quo censebatur τὸ τεῖχος ἀναβιῶναι, ut loquitur *Philostr.* in Heroic. p. 672., sibi significasse Protesilaum *Herodoti* narrat Artayctes, ὅτι καὶ τιθνεὼς καὶ τεῖχος ἐὼν δύναμιν πρὸς θεῶν ἔχει τὸν ἀδικέοντα τίνεσθαι. Pro τίνεσθαι *Arch.* praebet τίνεσθαι: quod lectum *Eustathio* huius monstrat interpretatio, ὅτι Πρωτεσίλαος - - - δύνασθαι βλάψαι τὸν ἀδικοῦντα. Suum hic τίννυσθαι, id est τιμωρεῖσθαι, probabiliter posuerat historicus. Huc spectans *Pausan.* III. [c. 4.] p. 213. Πρωτεσίλαος, ait, ἐν Ἐλαιοῦντι, οὐδὲν ἧσσον Ἀργείων Φανερώτερος, ἄνδρα Πέρσην ἐτιμωρήσατο Ἀρταΰκτην. VALCK. — Haereo, servem-ne τίνεσθαι, an τίνεσθαι praeoptem: hoc *Eustathium* vidisse, ipsius βλάψαι testificatur. Enimvero conspectius inter variantes, quas dicunt, exstet. WESS. — Hoc rursus loco vereor ne genuinam auctoris scripturam cum curiosi correctoris invento permutarim. Quemadmodum non modo τίννυσθαι, sed multo etiam frequentius τίνασθαί τινα, *ulcisci*, *poenam de aliquo sumere*, dixit Scriptor noster: sic constanti probatorum codicum testimonio credi poterat, etiam τίνεσθαι, praesentis temporis formâ, nunc eumdem scripsisse: quin et percommoda videri debebat formula τὸν ἀδικέοντα τίνεσθαι. Sed, quoniam nusquam alibi hoc verbum in praesenti tempore occurrit, suspectum fortasse ideirco fuit olim non nemini, et in τίνεσθαι aut τινέσθαι temere mutatum. *S.*

11. ἄποινά οἱ τάδε ἰδίλω ἐπιθεῖναι) Vir eruditus *Gorn. de Paaw* ἄποινά μοι τάδε etc. quoniam τίμημα ἐπιδῖναι in *mulcta irroganda* teritur; qui mihi quidem oblitus inter coniectandum videtur, ἄποινα Nostro *praemia* esse, *quae pro capite penduntur*, lib. VI. 79. De Artayctae scelere et condigna poena *Philostratus* Heroic. cap. 2. p. 672. WESS. — Sunt utique ἄποινα *praemium* vel *pretium pro capite pensum*; sed *pendere* aut *solvere pretium* Graece non ἐπιτίθεναι, puto, sonat, verum διδόναι, aut ἐκτίνειν, ut est apud Nostrum VI. 79, 6. His adde quae in *Var. Lect.* observavimus. *S.*

20 seq. σανίδα προσπασσαλεύοντες) Cl. *Reiskius* σα-

γίδι. Frustra. *Noster* lib. VII. 33. ζῶντα πρὸς σανίδα προσδιεπασσάλευσαν, quod geminum: considerandum enim, ἀνιχρέματαν πρὸς σανίδα πασσαλεύσαντες. Vide ibi. WESS. — Conf. *Var. Lect. S.*

CAP. CXXII. 6. καὶ ταύτην τρηχίην) Paria de ingenio et habitu Persicae regionis *Plato* de Legib. III. p. 695. A. et *Herodoti* assectator *Arrianus* Exped. Alex. lib. V. 4. καὶ γὰρ καὶ Πέρσαι τότε πίνητές τε ἦσαν καὶ χώρας τραχείας οἰκήτορες, nempe principio regni Cyri. In vicinis [*lin.* 10.] οἰκὸς, toties laudatum, ex *Arch.* remigravit. WESS.

16. μαλακοὺς ἄνδρας γίνεσθαι) Addita vox robur Cyri dicto conciliat. Observatio ipsa plerumque vera est, atque excellentissime ab *Hippocrate* illuminata, de Aër. Aq. et Loc. pag. 289.; in universum tamen fallax. *Fere imperia penes eos fuere populos, qui mitiore coelo utuntur: in frigora septentrionemque vergentibus inmansueta ingenia sunt, ut ait poëta, suoque simillima coelo*, dicto *Senecae* lib. II. de Ira c. 16. Quid olim quaeso suavius cultiusque Graecia? Quid Caesaris et Taciti aetate asperius et situ magis foedum Germania? At nunc utriusque faciem intuere. *Nemo adeo ferus est, ut non mitescere possit, Si modo culturae patientem commodet aurem*, more oraculi *Horatius*. WESS.

17. οὐ γάρ τοι τῆς αὐτῆς γῆς εἶναι) Eamdem Cyri sententiam verbis diversis *Plutarchus* tradidit in Apophthegm. pag. 172. E. ubi *Persas Cyrus cupientes* ἀντὶ τῆς ἑαυτῶν, οὔσης ὀρεινῆς καὶ τραχείας, πεδιάδα καὶ μαλακὴν χώραν λαβεῖν, οὐκ εἶασεν, εἰπὼν ὅτι καὶ τῶν φυτῶν τὰ σπέρματα καὶ τῶν ἀνθρώπων οἱ βίοι ταῖς χώραις συνεξομοιοῦνται. Temporis itaque Cyri Persas velut τραχείας χώρας ἐκγόνους laudat *Plato* de Legib. p. 695. A. cui hac in parte convenit cum *Xenophonte* Κυρ. Παιδ. VII. p. 117, 5. Dantur Cyri dicto plurima veterum simillima, partim collecta *Th. Gatakero* ad *M. Antonin.* IV. 39., quorum nonnulla dederat et *Andr. Dounaeus* in *Demosth.* pag. 131. Unius ponam verba *Livii* ex lib. XXIX. c. 25. *Fertilissimus ager, eoque abundans omnium copia rerum est regio; et imbelles (quod plerumque in ubere agro evenit) barbari sunt.* Herodoti Cyrus, φιλέειν inquiebat, ἐκ τῶν μαλακῶν χώρων μαλακοὺς ἄνδρας γίνεσθαι. Herodotea non pauca *Livius* expressit imitando. VALCK.

AD LIBELLUM
DE VITA HOMERI
ADNOTATIONES WESSELINGII

QUIBUS NOSTRAE NONNULLAE ADSPERSAE.

(*Quae vel huiusmodi uncis* [ ] *intercepta sunt, vel literâ S. in fine distincta, ea nos adiecimus: reliqua omnia* WESSELINGIUM *habent auctorem.*)

CAP. I. 1. ΗΡΟΔΟΤΟΣ ὁ Ἁλικαρνασσεύς) *Herodoto*, cuius *Musas* hactenus iucundissime versavimus, Ἐξήγησιν hanc eruditissimi Viri *Io. Ger. Vossius*, *Tan. Faber*, *Th. Rykius*, *Io. Ionsius*, *Ez. Spanhemius*, *Steph. Berglerus*, aliique abiudicant; contra illi maximopere asserentes nituntur *Io. Alb. Fabricius*, *Ios. Barnesius*, *Bouherius*, quique eam ante hos decem annos Londini eleganter descriptam publicavit, *Io. Reinoldius*. Me, in partem cum sit eundum, priores trahunt. Dictionis sane tenor et filum vocabulaque conplura Herodotea non sunt. Abest Ionismi perpetua suavitas, nec de sola scribarum culpa; quod *Berglerus* in Praefatione ad *Homeri* Odysseam bene docuit, atque Herodoti studiosos fugere non potest. Adsunt opiniones praeterea, Herodoteis valide pugnantes. Et quis veterum, qualium de Homeri origine, patria, fatis, carminibusque conmemorantium magna utique corona, *Herodoto* contribuit unquam? Non nescio, sollertissimum *Fabricium* in medium collocasse *Tatianum*, Orat. ad Graec. c. 48. tradentem, περὶ τῆς ποιήσεως τοῦ Ὁμήρου, γένους τε αὐτοῦ, καὶ χρόνου, καθ' ὃν ἤκμασε sedulo Theagenem Rheginum, Stesimbrotum Thasium, Antimachum Colophonium, *Herodotumque Halicarnassensem* investigasse. At quid *Tatianus* contra tam pertinax priscorum et aequalium scriptorum silentium? Immo verba eius, ubi penitius inspexeris, tantummodo requirunt, ut Herodotus de Homeri aetate et tempore, quo vixerit, conmentatus fuerit; quod

sum in Euterpe c. 53. sedulo factitasse novimus. Primus, nisi valde fallor, *Vitam Homeri* obiter *Herodoto* attribuit *Stephanus Byzantinus*, tum *Suidas*, *Eustathius*, *Tzetzes*, omnes nimis seri. Laudant, fateor, suavem exordii huius simplicitatem et cum Clionis principio contendunt Celeb. *Fabricius* asseclaeque: sed aemulatio mera est, neque perfecta tamen. *Herodotus*, bene viri morem si teneo, [*lin.* 2.] τάδε ἀπηγήσατο, ἱστορίσας ἐπεξελθεῖν, quem et Vitae Auctor alibi amplectitur, maluisset. Ubi vero in Musis οὐ πολύφορτος, [quod hic, *lin.* 7.] *homo fortunae non amplae?* Memini πολύφορτον *multa sarcina gravem*, qualis *Moschi* πολύφορτος ἀκτίνη: item ὁλκάδα μυριόφορτον *Libanii* T. II. p. 154. D. Si οὐ πολύφορτα - - - ἔχων optaveris ex manu scripto et naves intellexeris, nexus sermonis oberit. Ut ut est, libello addidi varietates scripturae ex *Codice Barocciano* a Cl. *Reinoldio* diligentissime excerptas, praeterea ex *Palatino Iungermanni* et *Amstelodamensi*. — Haec WESS.

Nos Varietatem Lectionis adiecimus ex *Cod. Reg. Paris.* ΔΔΔΔΔ. ab eodem *Georgiade*, cui Musarum collationem debemus, nobiscum communicatam; quem codicem brevi nota *Pg.* insignivimus. Praeterea et alias huius libelli Editiones, et Editionem principem *Florentinam*, anno ΔCCCCLXXXVIII. cum Iliade et Odyssea typis excusam, passim consului, earumque Lectiones, ubi operae pretium videbatur, enotavi. *Borheckii* quidem novationes, omnia ad Ionicae dialecti normam praeter librorum auctoritatem refingentis, negligendas duxi. De *Barnesii* editione, qui hunc libellum Homero suo praefixit, monendus est Lector, quas ille discrepantes lectiones *Henr. Stephano* tribuit, non *Stephani* esse, sed *Iungermanni*; qui eas, e *codice Palatino* excerptas, in ora sui Herodoti exhibuit, unde deinde in editione Londinensi, quae *Galei* nomen praefert, repetitae sunt. Caeterum, quamquam et in Graeco huius libelli exemplo, praeeuntibus codicibus mss. tis, nonnihil passim aut mutandum aut adiiciendum censeam, et in Latina versione multa commodius efferri potuerint; tamen et Graeca et Latina, qualia a *Wesselingio* edita sunt, nihil mutans, repraesentavi. Graecarum versuum, qui frequentes inserti sunt, versionem Latinam paullo commodiorem, soluta oratione comprehensam, dedit *Ernesti* in ed. Homer. Vol. V. p. 13

seqq. cum Adnotationibus haud spernendis, cum quibus conferenda Addenda, in fine eiusdem voluminis pag. 48. Quod ad quaestionem de *Auctore libelli* adtinet, perspecto *Wesselingii* iudicio adiiciam duorum non minus magnorum Virorum auctoritatem. *Hemsterhusius* ad *Thomam Mag.* voc. Ἐπίτριξ. p. 357. in mentionem auctoris deinde libelli incidens, ait: *Herodotus, quicunque demum fuerit, ut quidem arbitror, Halicarnassensis*) *de Vita Homeri.* Apertius etiam *Valckenarius*, de eodem commentariolo loquens, (ad *Theocriti* Adoniaz. p. 247.) *Nugax libellus*, ait, *de Vita Homeri, sub Herodoti nomine vulgatus; sed, meâ quidem sententiâ, a Sophista quodam pauperculo scriptus ingenii exercendi caussâ.* Quorum illustrium Virorum in partes paucos hodie vivos doctos esse puto qui non ultro concedant. *S.*

CAP. II. 11. ὁ δὲ Θησεὺς ἦν) Io. *Meursium* vide, Thes. cap. 1. ac iunge ista *Isidori*, Orig. lib. XV. 1. *Theseus vero Smyrnam construxit, quae Homero poetae patria exstitit, et Smyrna vocata est, quod eius campos Ermus fluvius secat;* quae ridicula nominis inpositi ratio.

CAP. III. 3. ἤδη ἐπίτροχος οὖσα) Ionum est ἤδη ἐπὶ τροχοῦσα, Musae primae c. 108. et 111.

CAP. IV. 3. ὢν μονότροπος) ἰὼν μουνότροπος, in quo multisque aliis dialecti forma spernitur. Bene *solitarius* interpreti. *Euripides* Androm. vs. 281. βοτῆρά τ' ἄμφι μουνότροφον νιφάδι. Alibi *asper* et *inmitis*, σκληρὸς καὶ ἀνεπιτήδειος in *Casauboni* Animadv. in *Athen.* lib. VI. 12. WESS. Animadv. T. III. p. 466. nostrae editionis. Conf. *Ruhnk.* ad Hymn. in Cer. p. 55. Interpretationem istam, *quum esset solitarius*, ex margine *H. Steph.* recepit *Gronov.* ubi ille posuerat *quum vitam solitariam degeret.* Olim ex *Hesychii* versione erat, *quum citra uxorem viveret*; ne id quidem male. *S.*

6. πολλῷ κρείσσω) πολλῷ πόσῳ. Clar. de Pauw. Praeferrem πολλῷ τῷ κρείσσω. *Sophocles* Electr. 87. ἐσθλὸν ἀνὴρ ἀκόλαστον ἄνοσος μαλθακοῦ, quae vulgo male interpretantur.

CAP. V. 11. ἐπτακαίδεκα καὶ ἔτη) Prodigiosum arbis ebore octodecim annos, nisi molestus fuit, habitatam prius, Cumaei dedicasse, hoc monumento labili, maximis quoque

Pavius maluit; [quod praefert noster cod. *Pg.*] alioqui αὐτόθι et ἐς αὐτὴν aptanda per redundantiam erunt.

CAP. VI. 9 *seq.* καταλύσας δὲ τὴν διδασκαλίαν) Varius in dictionis huius usu Scriptor videtur. Ludum litterarium et sponte quidem desertum innuit; institutum vero, διδασκαλεῖον κατεσκευάσατο c. 16. At c. 24. διδασκαλεῖον κατασκευασάμενος. Aliis, *qui artem desinit*, simpliciter καταλύει: uti meretricula καταλύσαι θέλω in Poëtae fragmento apud *Stobaeum* Serm. VI. p. 80. et *Athenaeo* XIII. p. 581. c. *Lucillius*: πύκτης ὢν κατέλυσε Κλεόμβροτος, Anthol. lib. II. pag. 183. et p. 190. etc.

CAP. VII. 5. καταλιπεῖν ὁ Μένιτης) Fluctuat structura. Aut καταλείπει oportuerat, aut certe κατέλιπεν, neque doctiores latuit. Licebit credo de maritimo hoc itinere ex Hispaniae, Italiae, Epirique vicinia in Ioniam addubitare. *Herodoto* alia stabat sententia lib. I. 163. et VIII. 132.

12. ἐξιστορῆσαι καὶ πυθέσθαι) Copulam Codices adstruunt: ceteroqui de *Pavii* voluntate ἐξιστορήσαντι πυθέσθαι. Supra Scriptor, καὶ ἱστορίων ἐπυνθάνετο. *Herodotus* autem VII. 195. τούτους οἱ Ἕλληνες ἐξιστορήσαντες τὰ ἐβούλοντο πυθέσθαι ἀπὸ τῆς Ξέρξεω στρατιῆς etc.

CAP. IX. 1. ἄπορος ἐὼν τοῦ βίου) Summopere *Ios. Barnesium*, recusantem [in Append. ad Odyss. p. 88.] ditatam latissime de Homeri paupertate famam, stupeo, et hunc tamen libellum, tanquam Herodoti foetum, amplexantem. [in Prolegom. ad Homer. pag. 1.] Insequens epigramma, cui talia adposuit, istiusmodi professionem redarguit, tum, ut plura silentio premam, ἀνδρὸς γὰρ ἦν τῶν ἀναγκαίων cap. 16. Quanto satius fuerat auctoritatem huic commentario deminuere, quam *Herodotum* mendacis fabellae auctorem ferre!

8. Κύμην Ἐριώπιδα κούρην) Idem *Barnesius* Ἐρατώπιδα κούρην, contra tabulas. Haec autem ad Neoteichenses poëta accinens, quomodo recentem eorum urbem Κύμην Ἐριώπιδα κούρην adpellare potuit? Namque in Νέον τεῖχος omnia quadrare, eiusdem positio ad montem Sardenen et amnem Hermum manifesto declarat. Cultissime doctissimus *de Pauw*, Κύμης ἐριώπιδα κούρην, *Cumae formosam filiam*; quippe matris eius coloniam, quemadmodum *Massilia*, *Graium*

filia apud *Paullinum Nolanum*, et Tyrus בת צידון, *filia Sidonis*, in summi divinique vatis *Esaiae* c. XXIII, 12.

15. αἰτίοντα τυφλόν) Sic melius. Cetera quae Codices liberali manu adspergunt, nec prava sunt, neque admodum necessaria, excepto *Barocc.* μετέξειν, quod Ionum. WESS. — Sed quum peropportuna huic loco sint verba, a tribus codd. msstis oblata, non video cur ea damnemus. *S.*

CAP. X. 3. οἱ Νεστειχεῖς) *Stephanus Byz.* Τὸ ἐθνικὸν Νεστειχίτης, ὡς Χωλοτειχίτης· ὡς Ἡρόδοτος ἐν Ὁμήρου βίῳ. Ergone eius hic tempore Νεστειχῖται? Non puto. Optime *L. Holstenius* mutila *Stephani* farsit, ὡς Χωλοτειχίτης· καὶ Νεστειχεύς, ὡς Ἡρόδοτος etc.

CAP. XI. 11. δεηθέντων πενθερῶν αὐτοῦ) In ficto Homeri et Hesiodi Certamine τοῦ βασιλέως παῖδες, Ξάνθος καὶ Γόργος, παρακαλοῦσιν αὐτὸν ἐπίγραμμα ποιῆσαι: adeo sibi non constant fabulatores. Epigramma qui laudant, (laudant autem *Plato*, *Dio Chrysostomus*, *Longinus*, *Sextus* Philosophus,) auctorem eius Homerum non nominant. *Diogenes Laërt.* locuplete *Simonidis* testimonio vindicat *Cleobulo Lindio*: cui *Barnesius* frigida rescripsit, meliora *Bouherius* Diss. Herodot. c. 8. pag. 84., praecipue tamen libelli huius fide et auctoritate.

18. καὶ ποταμοί γε ῥέωσιν) Haec manu exarati libri et priscorum plures non norunt. Addita a *Iungermanno*, sed versus modulum post habente, videntur. [Primus adiecit *H. Steph.* ut in *Var. Lect.* monui.] In *Diogene*, καὶ ποταμοί γε ῥέωσιν. Apud alios καὶ ποταμοὶ πλήθωσιν, *Barnesio* probante. [in Append. ad Odysseam, p. 89.] Sequor *Diogenem*.

CAP. XII. 10. καὶ αὐτοὶ παρήνεον) Ad aures ingrata accidunt ob vicina καὶ αὐτοὶ ἔφασαν: quam insuavitatem *Pavius* scribendo καὶ αὐτῷ παρήνεον inminutum ivit. Quo vero modo ἰλθὼν ἐπὶ τὸ βουλεῖον excusabitur? Βουλείαν de senatoria dignitate dextre *H. Valesius* ad *Harpocrat.* p. 105. illustravit. Ubi quaeso βουλεῖον pro *curia* et *senatorum concessu* in *Herodoto*?

CAP. XIII. [5. τῇ χρήνῃ) Hoc vocab. quod alibi nusquam occurrit, nisi mox iterum cap. 14. atque inde apud *Suidam*, *Archilocho* vindicatum ivit *Abresch.* Dilue. Thucyd. p. 778. laudante *Iacobs* ad Anthol. Vol. I. p. 160.

Sed videndum, ne apud *Stobaeum*, qui illam Archilochi ecloga Serm. CIII. servavit, veram scripturam χρήζων, quam ex coniectura *Gesnerus* commendaverat, firmet optimus codex Parisiensis, quem olim *Brunckius* cum Grotii Florilegio diligenter contulit. Certe in Brunckii collationem, quam ab illo mihi dono datam ob oculos habeo, ad verbum χρήζων, quod Grotius in hac ecloga posuit pag. 457. nihil adnotatum video, licet alioquin multae manifestae etiam vitiosae lectiones ex illo codice ab eodem Brunckio adnotatae sint. *S.*]

CAP. XIV. 3. ὁ ἱπποτάτης) Ex officio admissionis, ὁ ἐπὶ τῇ τιμῇ ταύτῃ καθιστὰς, ut in senatum admitti cupidos duceret c. 12. Nota iterum mihi egregium vocabulorum novatorem, qui τὴν χρῆσιν et συμφοραίνειν ne recentissimae quidem Graeciae adprobare valuit.

9. ἣν ποτ' ἐκύργωσαν) Vexat ista *Leo Allatius*, de Patria Homeri c. 12. *Quae enim erant illa γούνατα μητρὸς αἰδοίης*, genua matris reverendae; *in quibus Iuppiter ἄτυλλε*, nutriebat; *quibus postea inconcinna sententia addit*, ἣν ποτ' ἐκύργωσαν λαοὶ Φρίκωνες, quam populi Phriconis aedificarunt. *Sane, quid sibi velit Auctor, non capio: quid debuisset dicere, iam percipio.* Hactenus ille. Vexatio cessabit fortasse leni medicina, Ἣι ποτ' ἐκύργωσαν, *ubi olim condiderunt*, formando. Λαοὶ Φρίκωνος Cumani, ex Locrensium monte Phricio, Φρικίῳ, (Poëta Φρίκωνα vocat,) prope Thermopylas, olim in Asiam progressi apud *Strabonem* XIII. p. 922. A. [pag. 621. A. ed. Casaub.] Consule *L. Holstenium* ad *Stephani Byz.* in Φρίκιον.

[18. ὅς σφιν ἔτευ.) „Hunc versum, ait *Ernestius*, (*Homer.* Vol. V. p. 115.) nec ipse intelligo, nec quisquam intelligat. Nec sine libris medela speranda." *S.*]

20. πλήσσοντα ἀμφάκεα Φέρων) Optime. ἀμφάκεα versus modum iugulabat, quod *Pavium Barnesiumque* fugere non potuit. Praestat etiam prae vulgato δῆμον ἐφ' ἀλλοδαπῶν. Barnesiana inspice ad Iliad. Γ'. 481.

CAP. XVI. 4. Ἰλιάδα τὴν ἰλιάσιν) Iliadem, quae nostris in manibus, τὴν μεγάλην vocat c. 28. Huius frequentior adpellatio Ἰλιάδος τῆς μικρᾶς. Fuerit-ne vero *Homeri*, atque eadem ac τὰ Κύπρια, magnum olim certamen. *Herodotus* Κύπρια ista Poëtae abiudicat lib. II. 117. itidem

alii. Egregiae hanc in rem observationes sunt *Th. Rycksii* in Dissertatione [adiecta Holstenii Notis ad Steph. Byz.] de Prim. Ital. Colon. c. 10. p. 446. et *Ti. Hemsterhusii* ad *Polluc.* X. 85.

8. τὴν τε Φωκαΐδα) Si Cl. *Io. Alb. Fabricius* Bibl. Gr. lib. II. 2. scripserit, Φωκαΐς *Herodoto* c. 16., *sive legendum* Φωκαΐς *ex Ovidio* IV. *ex Ponto*, (quam illi coniecturam Eminentiss. Cardinalis *Quirini* criminatio Primord. Corcyr. c. 3. inputat) coniectando aberravit. Ego coniectionem istam adhuc quaero. De Phaeacide *Tuticani* praeclare *N. Heinsius* in lib. IV. Ep. ex Ponto XVI, 27.

CAP. XVII. 1. ἄνδρες Χῖοι ἵμποροι) Erunt fortasse, quibus ἵμπειροι arridebunt. Sed enim *Iungermannum* adi ad *Polluc.* VII. 7. commentantem. Sequens *Barocciani* ὠφέλημα κάρτα πολλόν, *Barnesius* ὠφέλημα καὶ κάρτα etc. *Reinoldius* ὠφέλημα κάρτα πολλὸν καὶ ἔπαινον ordinant atque augent. Equidem posteriori, modo accessione locus indigeret, calculum adponerem.

10. ἐπὶ ξύλου) Melius ἐπὶ ξύλον, uti c. 6. κατακεκλευκὼς ἐπὶ σῖτον. Vide Cl. *Valckenarii* scripta ad Polymn. c. 193.

CAP. XVIII. 2. τὴν αὖλιν ἐπὶ τῷ πλοίῳ ἐποιεῖτο) *Herodoti* Musae dictionem aversantur. Praestabilior tamen est prae olim recepta. *Maximus* Philosophus περὶ Κατηρχῶν. vs. 343. Ἢ καὶ ἐν τειμένει κρυφίην ποιεύμενος αὖλιν.

CAP. XIX. 2. Οὐδὲν ἦν ἀπόστολον) Aliis πλοῖον adiungere mos est. Confer Clar. *Ruhnkenium* ad *Timaei* Lexic. p. 31. [p. 43. ed. sec.]

8. πτωχάσιν αἰθυίῃσι) *Pavidi* mergi sunt, πτωκάδες, non utique πτωχάδες sive *mendici*. Consimilis in scriptione, sicuti *Küsterus* animadvertit, variatio in *Sophoclis* Philoct. vs. 1121. WESS. — Vide Scholia Graeca ad l. c. qui est vs. 1093. ed. *Brunck*. Fortasse vero utraque notione perinde et πτωχὰς et πτωκὰς dicebatur: ab eodem fonte certe utrumque ducitur vocabulum. At πλωΐσιν, *natabilibus*, apud Nostrum corrigendum censuit *Ernesti*, probante *Brunckio*, qui simillimam medelam *Sophocli* adhibere non dubitavit. *S.*

10. μίτ' ἔπις) Ineptum nullique rei μίτωσις. Belle *Pavius*, *Barnesius*, *Reinoldiusque* disiunxerunt, μὶτ' ἔπις, μίτα vicem verbi μίτωσι fungente. *Küsteri* institutum ad Sui-

dam labor nimius est et exorbitat. WESS. — Equidem, *μίτ' ὅπις* utique probans, voculam *μίτ'* ex *μετὰ* decurtatam, et pro *μετὰ ταῦτα* vel *μετόπισθεν* (quod ex glossa *Suidae* habet) accipiendam censeam. *S.*

15. Ὑμᾶς, ὦ ξένοι) Pedestri sermone ne *Homerus* loqueretur, fingere *Barnesio* libuit:

Ὑμέας, ὦ ξεῖνοι, ἄνεμος λάβεν ἀντίος ἰλθών·
ἀλλ' ἐμὲ νῦν δίξασθε, καὶ ὁ πλόος ἔσσεται ὔμμιν.

Quos ego versus illi redono. Vitae Auctori non illa fuit sapientia.

CAP. XX. 5 *seq.* ὃν δὴ μετιξίτεροι στρόβιλον) Prodit recentiorem aetatem Scriptor Ionica aemulatus. Prisci Graecorum *pini fructum* sive *nucem* constanter κῶνον, seriores στρόβιλον nuncuparunt. Testis isto in genere gravis *Galenus* Comment. IV. in *Hippocrat.* de Ration. Vict. Sect. 53. Ὁ μὲν γὰρ κόκκαλος ὑπ' αὐτοῦ λελεγμένος, οὐχ οὕτως, ἀλλὰ κῶνος μᾶλλον ὑπὸ τῶν παλαιῶν Ἑλλήνων ὀνομάζεται, καθάπερ ὑπὸ τῶν νεωτέρων ἰατρῶν σχεδὸν ἁπάντων στρόβιλος. Et lib. II. de Aliment. Facult. c. 17. καλεῦσιν οἱ νῦν Ἕλληνες οὐ κώνους, ἀλλὰ στροβίλους αὐτούς. Quae quidem *Galeni* illustris *Ez. Spanhemius* Diss. VI. de Us. et Praest. Numism. pag. 309. significans, verissime adiunxit, *ut vel inde, etsi non alia id arguerent, longe recentiorem, quam vulgo etiam creditur, exstitisse liqueat Vitae illius* (Homeri) *Scriptorem* etc. WESS. — Conf. *Athenaeum* lib. II. cap. 49. *S.*

12. τὰ δὲ Κεβρήνια) Legenda *Holstenii* observatio in *Steph. Byz.* Κεβρηνία. Quid fiet autem Idaeis Dactylis, ferri repertoribus, si conditis demum Cebreniis ferrum ex Ida monte erui coeptum fuerit? Puto ex *Ephoro*, quem de hac Cumanorum colonia scripsisse *Harpocratio* testatur, haec propagata.

CAP. XXI. 4. ἐπίδραμεν στρατιῇ) *Pavius*, quo nitidior sermo procederet, ἐπιδραμὼν στρατιῇ. Quem in modum si plura huius ἐξηγήσεως, male apta, concinnanda forent, quis finis? Στρατιῇ *Homeri* sibi Scriptor habeat, *Herodotus* usurpare noluit.

CAP. XXII. 4. Γλαῦκε πίπτων, ἐπιὼν τὸ ἔπος) Maluit ob Codicem Lipsiensem Cl. *Berglerus* ἐπιών τοι ἔπος τὶ ἐνὶ φρεσὶ θήσω. Aliis alia placuerunt. Praeferrem ex *Suida*, praeclare a *Küstero* adiuto, Γλαῦκε, βοτῶν ἐπίσπερ, ἔπος τόδ'

ἐν Φρυγίᾳ Ϸήσω. [Recepit hoc *Ern.*] Erat enim *Glaucus* caprarum custos. *Barnesius* non dissentit.

CAP. XXIII. 6. πλησίον τοῦ χωρίου τούτου) *Pavius* πλησίον τοῦ Χίου τοῦτο, quod *Bolissus* haud procul Chio; me invito et minime laudante. Χωρίον *praedium* est; ubi Glaucus pecudum custodiae invigilabat.

11. καὶ τοὺς ἀναπήρους διχομένους) *Coecos*, qualis Homerus. Atqui veteribus ἀνάπηρος plerumque ὁ πᾶν τὸ σῶμα πεπηρωμένος in *Pollucis* II. 61. Multa *Io. Iac. Wetstenius* de voce ad *S. Lucae* Euang. c. XIV, 13.

CAP. XXIV. 7 *seq.* παῖδας ἐν ἡλικίᾳ) *Pueri* admodum et plane *impuberes*; quos prisca Graecia τοὺς τῆς ἡλικίας ἐντὸς γεγονότας dictitabat: namque οἱ ἐν ἡλικίᾳ *adulti* sunt atque in aetate στρατευσίμῳ, de iusta *Taylorii* doctrina ad *Lysiae* ἐπιτάφ. p. 55.

[10. καὶ Ἐπικυχλίδας) Duorum poëmatum titulos, καὶ Ψαρομαχίην, καὶ Ἐπταπαχτικήν, quos h. l. ante καὶ Ἐπικυχλ. insertos habet noster optimus *Codex Parisiensis*, eosdem in suo exemplo huius libelli repererat *Suidas*, quem vide in voc. Ὅμηρος, T. II. pag. 686. ed. Küst. ubi quidem alterius titulum Ἑπταπάκτιον dant hodie Suidae libri: quo de poëmatio consulendi *Fabric.* et *Harles.* in Bibl. Graec. lib. II. c. 2. §. XXIV. n°. 10. et 11. *S.*]

11. ἐνταῦθα ἐποίησε παρὰ τῷ Χίῳ) Paria his *Ephorus* apud Ethnicographum in Βολισσός. Non nunc attingo τὰ Παίγνια, quae dicuntur, *Homeri*. Abunde sollers Cl. *Io. Alb. Fabricii* (Bibl. Gr. II. 2.) diligentia cupidis satisfaciet. At enim socors Scriptoris negligentia ac taciturnitas est tangenda. Dubitabat *Herodotus*, essent-ne Ἐπίγονοι Homeri poëtae? Ἔστι δὲ καὶ Ὁμήρῳ ἐν Ἐπιγόνοισι, εἰ δὴ τῷ ἐόντι γε Ὅμηρος ταῦτα τὰ ἔπεα ἐποίησε: lib. IV. 32. Homo noster, si vir et bonae fuisset fidei, dubitationem isfam amputare litemque dirimere in Ἐξηγήσει rerum et poëmatum Homeri, occasione praesertim oblata ultro, debuerat.

CAP. XXVI. 14. Φημίῳ, ὃς δὴ πολλὸν) Prae vulgato hoc arrisit. Unde versum autem Vitae auctor mutuatus fuerit, non dixero. Magis *Ios. Barnesium* demiror, *Homero* Odyss. A'. 154. inculcantem, tanquam genuinum, sed reapse nexum conturbantem. Cur porro καὶ πάλιν, cum versus iste praescriptis artissime adhaereat?

CAP. XXVII. 3. καὶ εἰκῶν δὲ ἐν τῇ Χίῳ) Videntur absolute posita. Quis vero proxima [CAP. XXVIII. *fin.* 6. et 14.] laudibus ferret, ἐμποιεῖ ἐς τὴν ποίησιν, ἐς μὲν Ἰλιάδα τὴν μεγάλην, tum ἐν Νεῶν καταλόγῳ? Censuit-ne lectores ignoraturos, Νεῶν κατάλογον partem Iliados absolvere? Prudentius et simplicius post pauca, Σαλαμινίους ἐν Νεῶν καταλόγῳ τάξει. *Herodotus* semel duntaxat, neque absque disputatione ad eum modum, ἐπιμέμνηται δὲ αὐτοῦ ἐν Διομήδεος ἀριστείῃ: lib. II. 116., ubi Cl. *Valckenarius*.

CAP. XXVIII. 11. τῶν αὖθ' ἡγεμόνευ' υἱὸς) *Reinoldius* ἡγεμόνευεν *Barocciani* et priscorum editorum excellentius decernit. Receptum servo, quod et in Poëta.

17. στῆσε δ' ἀγών) Solonis commento, ut Salaminem civibus suis in nobili lite cum Megarensibus super insulae possessione vindicaret, versum παρεμβεβλημένον haud pauci prodiderunt, neque adeo Homereum esse. Rem declarant *Clarkii* notae ad *Iliad. β'.* 557. et L. *Küsteri* Histor. Crit. Homeri p. 104.

21. καὶ εὐρυχόρους ἐς Ἀθήνας) Haud reminiscor, qua ex fabula ista fluxerint. Nostra aliter, nihil varietatis *Eustathio* adferente, *Odyss. ν.* 81. In vicinis, Creophyli Samii, quem Homeri amicum et hospitem *Callimachi* epigramata celebrat, exspectasses mentionem. Videndus *Strabo* est lib. XIV. p. 946. A. [p. 638. D. ed. Cas.] WESS. — Quod in *Var. Lect.* ait *Wesselingius*, ἐς deesse *Heresbachio*; usus ille erat (ut ex eiusdem Praefat. ad Herodot. intellexi) editione Latina Herodoti, quae anno 1537. prodiit. Est vero mihi ad manus editio Paris. 1528, in qua legitur hoc loco ἐς, ut in ed. *Flor.* et in aliis omnibus edd. et mstis. Nempe in utraque istarum editionum, latine conversis versibus adiecti sunt graeci.

[*CAP. XXX.* 1. Κουροτρόφον) Κουροτρόφον *Apollinem* interpretatus est *Ernesti*. Rectius, puto, *Dae*, non *Dei* cognomen h. l. intelligetur. Nota est Κουροτρόφος Γῆ, *Alma Tellus*: estque et *Cereris* et *Dianae* cognomen. *Spanhemius* (in Notis ad Callim. H. in Delum vs. 2.) *Venerem* huc nomine in versiculis, qui mox adponuntur, invocari censuisse, cui *Clarkius* suffragatus est. *Larcherus* cum *Alex. Polyhistore* eandem deam intelligit, quam *Lucinam* Romani adpellarunt. *S.*]

4. ἐς θυμόν τι ἔβαλε τὸ ἐηθὲν) Non inprobo. *Herodotus* ἐς θυμὸν ἔβαλετο mavult lib. VII. 51. VIII. 68. etc.

11. ὧν ὥρη μὲν ἀπαμβλυνται) Ita verius, nisi ἀπημβλυνται praeponatur. Pristinum syllabae penultimae modulus recusat. *Suidae* vero et *Eustathii* ὧν οὐραὶ, *quorum caudae sartagines*, διττογραφίαν sistunt; sicuti ὧν ἰσχὺς, uti *Athenaei* Codices, glossam. Fuisse olim, qui *Sophoclis*, admodum acernis, epigramma perhiberent, esse tamen ἐκ τῶν εἰς Ὅμηρον ἀναφερομένων, ex eodem *Athenaeo* discimus.

CAP. XXXI. 6. ἵπποι δ' ἐν πεδίῳ) Minime absurdum in Certam. Homeri et Hesiodi, Ἵπποι δ' ὦ πεδίον κόσμος. Stetim εἶκον αἶξει ex schedis adscivi. Par *Barnesii* institutum.

[9. Post illum versum,

Αἰθομένου δὲ πυρὸς γεραρώτερος εἶκος ἰδέσθαι:

Barnesius ex Certam. Hom. et Hesiod. hunc adiiciendum putavit,

ἦμαρ χειμερίῳ, ὁπόταν κίδνησι Κρονίων.

At apud fabulatorem nostrum nunc non de hyeme agitur, sed de epulo; nec frigebat Homerus, sed esuriebat. Itaque *domum* laudat in qua est *mensa bene instructa*, *lautasque celebrat epulas*; et hunc dixit *ignem in domo accensum*. Est enim τὸ πῦρ, εὐωχίας σημεῖον: unde tenues paroneque epulae, ἄκαιτοι dicebantur θοίναι: et parasitus Diphili comici (apud *Athenaeum* VI. p. 236. c.) *epularum*, quas captat, *lautitiem* ex *fumo* metitur *quem e camino copiose surgentem* conspicit. Conf. quae et a *Casaubono* et a nobis ad eiusdem *Athenaei* lib. I. p. 8. e. adnotata sunt. S.]

CAP. XXXII. 3. κεράμου λιπτοῦ) Tantum-ne in camino minutae fictiles ollae? Non arbitror, neque ut putem, sequens carmen patitur. An ergo ex Poëtae illa imprecatione, Πάντ' ἴντοσθ' αὐτῆς κεραμήϊα λεπτὰ ποιοῦσα? fieri potuit. Carminis titulus infra Κάμινος est; in *Polluce*, qui incerti auctoris sed *Hesiodo* contributum monuit, Κεραμεῖς. Docte isthic *Hemsterhusius*.

10. ἰὼ δὲ μελανθεῖεν) Interpres *Suidae* μαρμαίνεσθαι sequitur, non bene. Μαρμαίνεσθαι vasis fictilibus, in fornace excoquendis, vix convenit. Μελανθῆν, *nigrescant*, fieri potuit; quanquam commodius ex *Polluce* πιρανθῆναι, *absolvantur probe*. [πιρανθῆν coniecerant *Ruhnk.* suffragante *Ern.*] In sequentibus variae doctorum fluctuationes. *Pontus* μὴ

ὑγρὰ ad *Suidam*, quorsum Latina vergunt: *Barnesius*, levi sed audace mutatione, μαλ' εὖρω. In vulgato acquiescunt, in versione discordes, *omnia sacra admodum* vasa, *Reinoldius*; *omnia eximia* vasa, *Pavius*. Equidem πάντα κάναστρα *Pollucis* unice laudo. Κάναστρα, quae docta *Hemsterhusii* ad *Pollucem* observatio, et ex vimine plectebantur, et vasa erant fictilia, forte ad canistrorum formam. Nihil certe his aptius. WESS. — κάναστρα recepit *Ern. S.*

13. ἡμῖν δὲ δὴ ὡς σφι νοῆσαι) *Suidae* ὡς σφιν εἰῖσαι *Barnesio*, tanquam modestum summi Poëtae votum, arrisit. In edito intelligi cum *Reinoldio* εἶη, vel ἔστω, vel δὸς, aut istiusmodi aliud, poterit.

16. Σύντριβ' ὁμῶς etc.) Fornacis turbatores turbas etiamnum cient. Posset *Suidae* συντρίψαι Σμάραγον, sine caussa in συντριβίειν a *Barnesio* [in Append. ad Odyss. p. 94.] conversum, placere; ni ὁμῶς, cui constans in schedis sedes, officeret. *Pavii* acumen Σύντριβ' ὁμῶς, ficto, uti Σμαράγου et Ἀσβίτου, titulo, ex Συντρίψ procudit, *obtriturum* videlicet *vasa fictilia*; adprime, me quidem arbitro, eleganter. [Eodem modo interpretatus est *Ern.*] Idem, sicuti his paene absolutis animadverto, in mente *Peregrini Allii* fuit, primi omnium Ἐξηγήσεως huius interpretis; neque dissentit Clar. *Alexander Politus*, cuius nitida Libelli versio *Eustathii* in Homer. Conmentario T. II. praefixa cernitur. Ἄσβιτον *Barnesius* (quandoquidem inter Centauros, ab Hercule caesos, *Asbolus*) Ἄσβολον audacter, ut lenissime dicam, fingit. Ex σβίω, σβίσω, non inconmode Ἄσβιτος gignitur. *Suidae* Σαβάκτην repudiant scripti Codices, ἠδέ γ' Ἄβαστον repraesentantes: id vero cognomentum ex βάζω, ad figulorum ex fornacis incendio *stuporem*, cum verbum proloqui nullum possent, indicandum, *Reinoldius* derivavit. In re valde obscura *detestabilem* infelicitate mallem. *Hesychius*, Ἄβακτον καὶ Ἄβικτον, τὸ μὴ μακαριστόν. *Cyrilli* Glossae mss. Ἄβακτον, τὸ μὴ μακαριστόν. Iunge Adnotationes Hesychianas Clarissimi et amicissimi *Io. Alberti*; cuius, dum haec scribo, mortem tristis accipio, ac vehementer, uti par est, doleo, lugebuntque boni omnes, iacturae ingentis memores, quam litterae et solidior et sine fuco Theologia faciunt.

19. Πίρβι πυῤ' αἴθουσαν) Perplacet *Barnesii* emendatio.

Portus [in Lex. Ion. voc. Πεῖσι.] aeque eleganter, *πρῆσι πύρ' αἴθουσαν*, *ure igne atrium*, laudante *Alex. Polito*. Fuit et in correctione docti viri Πεῖκι πύρ' αἴθουσαν, facili ex πεῖσι metamorphosi. At ubi πεῖκιν de igne? WESS.— Quod, pro olim vulgato Πεῖκι, ex *Suida* Σεῖλαι citatur, id operarum errore accidit, ex edit. *Aemil. Porti* in *Küsterianam* propagato. Στεῖλαι habet *Suidae* editio princeps Mediolanensis, neque aliter ed. Frobeniana quae ex Aldina expressa est. *S.*

28. *τύπτοιν τάδε ἔργα*) Ad *Suidam πίπτοιν L. Küsterus*, mala caussa. Advocantur ad vasorum perniciem Centauri; neque incongruens *τύπτοι δὲ κάμινον*, nempe *Chiron* ipse. Habet tamen *πίπτοι δὲ κάμινος* suos sibi patronos, neque malos. [Hanc lectionem cum *H. Steph.* exhibens *Iungermanus*, nihil quidem varietatis e ms. *Palat.* adnotavit: sed nimirum ad totum hoc poëmation lectiones illius codicis adnotare ille neglexit.] Consequentia, *περὶ τούτου πᾶν τὸ πρόσωπον Φλιχθείη*, Poëtae diris respondent. Voluit *τούτου πᾶν τὸ πρόσωπον περιΦλιχθείη*. *Barnesius* inprudenter *πυρὶ τούτου πᾶν*.

CAP. XXXIII. 7. *ὃς μίγα μὲν δύναται*) Accusantur *ταυτολογίας* propter vicina *ἀνδρὸς μίγα δυναμένοιο* a *Küstero* ad *Suidam*. Absolvunt alii; et facile queunt excusari. *Suidae αὐτῇ* alia venit aut ex *ἐκδόσει* aut correctione; neque, in *αὐχεῖ* uti abiret, opus erat.

11. *κυρβαίη δ' αἰεὶ*) *Suidas* Κυρκαίη. Neutrum obvium aut in aperto. Succurrebat *Barnesii* explicatio, *ὅτι Κύρβιον δίκην τετράγωνος* maza ista, sed arcessita et arbitraria. Placuit Cl. *Polito* aut Κυρβαίη, a *Cyrba*, urbe Pamphyliae apud *Stephanum*, ob mazarum istius loci praestantiam, qua de nemo: aut *ἰκταίη*, ut grandis sit maza, sex choenicum, opinione fallace admodum. Ingeniosior Clar. *de Pauw* ex *Suidae* vestigiis, *Πῦρ καίῃ δ' αἰεὶ, κατὰ δόρπον ἕρπῃ μάζα*, *Semper luculentus sit focus, atque ad coenam maza veniat.* Quae quidem, si non vera, vulgatum longissime exsuperat elegantiâ. Poterit et *ἕρπει*, scriptis volentibus, manere, ut *σπονδειάζων* sit versus. WESS. — Consuluisse iuvabit quae ad istum versum *Ernestius* (p. 123.) adnotavit. Apud *Suidam* post eumdem legitur versus huiusmodi:

νῦν μὲν κριθαίην ἰὼπιδα σησαμόεσσαν. S.

12. *κατὰ διΦράδα*) *κατὰ δίΦρακα* auctoritate *Hesychii*

(Δίφρακ, θρόνος γυναικῖος) *Barnesius*; favente quodammodo, ubi corrigatur, *Suida*. Nimium sane δίφρων ἐπιβήσεται *Küsteri* abit, etsi belle idem de Graecorum prisca consuetudine ex Grammatici Ζεῦγος ἡμιονικόν.

14. ἐπ' ἠλίκτρῳ βιβαυῖα) Interpretis, *Haec premat electrum pedibus*, velut' inconcinna, vir egregius *Io. Matth. Gesnerus* Comment. Societ. Reg. Gotting. T. III. p. 85. repudiavit: *sedentem* enim *in sella* matronam et *telam detexentem* describi, idque βαίνειν saepiuscule dici; verissime, adfirmantque proxime iuncta.

18. Εἰ μέν τι δώσεις) Sudores *Pavii*, *Barnesii*, aliorumque, ut Heroico pede versus progrederentur, quid memorem? Iambi puri sunt, atque a praecedentibus, uti factum cernis, *Valckenario* primo omnium monstratore ad *Herodoti* VIII. 62. p. 646., seiungendi. [Apud *Athen.* VIII. p. 360. c. in cantilena hirundinaria habes, Εἰ μέν τι δώσεις· εἰ δὲ μή, οὐκ ἀσόμεις.] Quae mox ὅτε ἀγείροιεν ἐν τῇ ἑορτῇ, ex bonis Graecis mala Latina *Heresbachius* fecerat; emendavit [*Gronov.*] novissimus editor. Lege Ampl. *Gisb. Cuperi* Observ. III. 4.

CAP. XXXIV. 5. ἄρξασθαι μαλακῶς ἔχειν) Plura Herodoteo sermoni pugnantia, ac male concinnata, ne nimium Criticus Grammaticusque censerer, illibata transmisi. Enimvero ubi μαλακῶς ἔχειν de *graviter aegrotante*? et μαλακὴ *morbus lethalis*? In mollibus, effeminatis, et animi mollitie talia apud seculum prius: recentiores aliter, etiam in gravi aegrotatione, sed parce. Nusquam *Herodotus*. Confer *Eustath.* in *Homer.* p. 1592, 22. WESS. — *Eustathii* locus, quem respexit Vir doctus, est pag. 1594. ed. Rom. ad Od. θ. p. 305, 29 seq. ed. Bas. *S.*

CAP. XXXVI. 4. ἐπ' ἀκτῆς ἐτάφη) Gemina his *Strabo*, quamquam ex rumore, lib. X. p. 741. B. [p. 484. c. ed. Cas.] Denuo manum iniicit ac moratur ἐν διαλογῇ ἐγεγένητο, [*lin.* 5 *seq.*] pro quo *Barnesius*, non molliens, sed sermonem asperans, ἐν διαλλαγῇ, de colloquii usu; et ἥτε ποίησις ἐξεπεπτώκει, *poësis publicata fuit*. Magno mercabor, ubi ea *Herodoto* asserentur.

CAP. XXXVII. 4. τῶν νομίμων, τῶν παρὰ τοῖς ἀνθρώποις) Prave labuntur et turbide fluunt. Ne balbutiret Scriptor, τὰ νόμιμα, τὰ παρὰ τοῖς ἀνθρώποις etc. *Pavius*; qualia iure exspectasses. *Reinoldius* autem: *ellipsis est vel praë-*

positionis ix, vel nominis τινά. Iam quoniam suspicio libera est cuivis, suspicor iterum, ex *Ephoro*, qui Homerum Aeolensibus suis magno conatu vindicavit, testificante praeter alios *Plutarcho*, haec adscita videri.

13. Ἐν τούτοις ὑπὲρ ὀσφύος) Veritati conveniunt. Validane vero sint, ad Poëtam Smyrnaeis et Aeolensibus asserendum, res est diversior. *Leo Allatius*, Chii suae studiosissimus, callide infitiatur, rationibus in speciem non insulsis depugnans, Dissert. de Patr. Homeri c. 7.

CAP. XXXVIII. 8. καὶ Φρικῶτις) *Herodota*, sicuti oportebat, Φρικωνὶς lib. I. 149. Eadem et vicina Larissa *Straboni* Φρικωνὶς, lib. XIII. pag. 922. B. [pag. 621 extr. et seq. ed. Casaub.] Ex *Tzetze* quidem in *Hesiodum* pag. 143. ed. Heins. *L. Holstenius* ad *Steph. Byz.* advocavit Κύμην, τὴν νῦν Φρικώτιδα καλουμένην, verissimeque Φρικωνίδα rescripsit. *Tzetzes* ipse Commentarii principio, καλεῖται δὲ νῦν Φρικωνίς. Idem et hîc redire debet, aut Φρικωνῖτις, quod in Ethnicographi Κύμη.

11. ἔτεά ἐστιν ἑξακόσια) Sententiam *Herodoti* de tempore, quo fuerit Homerus lib. II. 53., haec arietant, validissime. Pugnam sedare illustr. *Scaliger* ad *Eusebii* Chron. Ann. MDXLVIII. pag. 102. scribendo ἔτεά ἐστι τετρακόσια εἴκοσι δύο, *anni quadringenti viginti duo sunt*, adnixus est. Quadrat ita numerorum ratio. Considera vero, quid consequi necesse sit. Homerus primam lucem anno ab Ilii clade CLXVIII. adspexit: inde ad Xerxis in Graecos expeditionem anni, si stabilis correctio manserit, CCCCXXII. Itaque rex Persa anno ab eversa Troia DXC. in Graecos movit; movit autem sub initium Olympiadis LXXV. Ergo prima Olympias Ilii ἁλώσει annis CCXCVI. posterior est. Atqui urbis eius excidium de *Apollodori*, *Eratosthenis* et aliorum calculis in *D. Petavii* Doct. Temp. IX. 29. annis ferme CCCCVIII. primam Olympiadem anteverti: neque istud Vir maximus, ad inconmoda emendationis parum attentus, negavit. Durent proinde illi annorum numeri; nec termini, a Scriptore constituti, moveantur. Quam quoque in partem, aliis motus caussis, Ampl. *Boukerius* Diss. Herodot. c. XI. concessit; verum talia machinatus, unde *Herodoto*, quod monitum aliàs, illata vis fuit. Quid vero, inquies, Vitae Auctore, *si annis sexcentis et viginti*

duobus auctoritas adsit, fiet? Quid aliud? Quam temporum rationes ab Ilio everso ad Xerxis transitum in Graeciam aliter, ac prisci solebant Chronologi, iniisse eum, et ab *Herodoto* in Homeri signanda aetate vehementer discrepare, neque adeo, quod et aliunde adparuit, eundem videri ac Musarum iucundissimarum parentem. Atque haec hactenus. Plura hunc in Scriptorem minatur doctissimus iuvenis *A. Kluitius*.

FINIS ADNOTATIONUM
AD LIBELLUM DE VITA HOMERI.

GLOSSAE HERODOTEAE

SIVE

ΛΕΞΙΚΟΝ

ΤΩΝ ΗΡΟΔΟΤΕΙΩΝ ΛΕΞΕΩΝ.

Ex Codice Bibliothecae S. Germani

cum PETRI WESSELINGII *Adnotationibus.*

CUM *Herodoti Musae* [sic praefatus est WESSELINGIUS] *alio sermone ac reliqui Graecorum fabulentur, non illi soliers Grammaticorum cura ad explanandum defuit.* Suidas *meminit* Ὑπομνημάτων εἰς Ἡρόδοτον Sallustii *Sophistae et* Heronis *Attici Rhetoris, argumenti, uti suspicor, critici et historici.* Philemonem *Grammaticum in* Συμμίκτοις *non dissimilem instituisse operam,* Porphyrio *Quaest. Homer. VIII. haud temere credimus.* Apollonii, *itidem Grammatici,* Ἐξηγήσεις γλωσσῶν Ἡροδότου *indicavit et exscripsit* Etymologus *in* Κωφὸς *et* Σοφιστής. *Quae quidem ad nostram si devenissent aetatem, flocci non facerem* Ἡροδότου Λέξεις, *ob oculos hic positas; quippe ieiunas, saepissime alienas, et non nunquam insulsas et absurdas. Memorantur in indice legati* Antonii Eparchi *T. I. Var. Sacr. pag.* 528. Steph. Monachii Λέξεις Ἡροδότου ἱστορικαί, *quas a nostris diversas dicere non audeo. Primus hoc* Lexicon *ex codice* Goldasti *vulgavit* G. Iungermannus, *digestum κατὰ στοιχεῖον sive litterarum ordinem, cuiusmodi exempla ex locupletissima Francorum regis bibliotheca et monasterii S. Remigii inter manus sunt. At aliud vir egregius* Montefalconius *ostentavit* Biblioth. Coislin. *p.* 484., *descriptum nulla* litterarum primorum serie, *sed* secundum Librorum, *in quorum olim marginibus istae glossae,* numerum. *Ex oris enim Codicum res clamat excerptas esse, et Schedae ostendunt Eminent. Cardinalis* Passionei. *Nactus illud*

ipsum sum Cl. Capperonerii *humanissima opera ex Bibliotb. S. Germani. in quam Coislinianam migrasse notum est; dignamque censui hoc loco, tum quod in priore, ex codice* Goldasti, *voces ab aliis inperite avulsae cernantur, tum quoniam locupletius adparuerit, et* Suidae Hesychioque *plerumque conveniat: nam uterque, ille praecipue, simile* Λεξικὸν *usurparunt; neque eius usum recusavit* Timaeus *in suo Platonico, nedum praeter ceteros omnes* G. Corinthus, *sed saepe turpis socordiae reus. Non libet, nisi ubi quatuorviri in alia eunt, eos operose ad partes vocare. Sectiones librorum, ad quas scholia pertinere videntur, ut quaerendi labor amputaretur, adscripsi.*

Haec Wesselingius. Nobis, quoniam et in *Var. Lect.* et in *Adnotationibus* subinde ad *Glossas* hasce *Herodoteas* (quas ille *Adpendici ad* suum *Herodotum* p. 178. et seqq. inseruit) provocatur, easdem hoc loco Adnotationibus ad Scriptorem Nostrum continuo subiicere visum est. Quod autem ait idem Vir doctissimus, *primum Iungermanum* hoc Lexicon, *κατὰ στοιχεῖον* digestum, ex codice *Goldasti* vulgasse; id quidem, re paulo curatius investigata, sic se habere cognovi. Prolegomenis ad Herodotum suum anno MDCVIII. editum *Iungermannus* (sive, ut ipse nomen suum latine scribere consueverat, *Iungermanus*) Glossas istas pag. 35. et seq. hoc titulo inscriptas inseruit, ΛΕΞΙΚΟΝ ΤΩΝ ΗΡΟΔΟΤΕΙΩΝ ΛΕΞΕΩΝ. *Ex ms. Codice Melchioris Haiminsfeldii Goldasti.* Quas glossas postquam *Th. Galeus* in Londinensi Herodoti editione multis aliis ex Galeno, Hesychio et Gregorio Corinthio congestis auxit et locupletavit; rursus solas easdem prorsus, quas olim *Iungermanus*, eodemque titulo inscriptas *Gronovius* in suo Herodoto pag. 745 seq. repetendas curavit. De eisdem Glossis idem *Iungermanus* in Praefatione ad Herodotum haec scripsit: „Nos adiecimus *Lexicon*, uti quidem titulus praescribitur, vel potius, ut mihi videtur, *Glossas notabiliorum in Herodoto vocabulorum.* Misit id ad nos „ita transscriptum, quo exemplo edimus, vir hob. et „cl. *Melch. Haiminsfeldius Goldastus.* Quod coniecturae de „quibusdam incidit obiter, ad oram posui." Ex quo adparet, persuasum quidem fuisse *Iungermanum*, se primum omnium has glossas publici iuris fecisse. At, verum si

quaeris, sunt eaedem ipsae, quas iam anno MDLXIV. *Henr. Stephanus* in Dictionario Medico post Erotiani et Galeni Expositiones dictionum Hippocratis, p. 105-109. eodem titulo inscriptas, Λέξεις τῶν Ἡροδοτείων λέξεων, ediderat; quas porro easdem *Barth. Eustachius* Erotiani et Galeni Glossariis, anno MDLXVI. a se editis, adiecerat latina versione illustratas. Nec vero potest ovum ovo esse similius, quam sunt Glossae a Iungermano editae illis, quas primus Stephanus in lucem emiserat: ita quidem, ut eaedem prorsus fortuitae halucinationes in utroque pariter exemplo reperiantur; veluti, ἀντίξον pro ἀντίξοον, ἀφιδίας pro ἀμφιδίας, (qui quidem error iam olim quoque in *Gregorii* libellum de Dial. ion. §. 123. est propagatus;) ἀπαφήν pro ἀποφοήν, ἀχαιμεσίη pro ἀρχαιμεσίη, similiaque alia; quae quo pacto corrigenda viderentur, perspecte *Iungermanus* in margine suae editionis docuit; cuius nobilis *Gronovius* etiam in inferiore sui exempli ora adposuit. Paulo post operam ab *Henr. Stephano* libello huic praestitam, *Barth. Eustachius* easdem glossas, quasi ad *Hippocratem* spectantes et ab *Herodoto* quodam congestas, Erotiani et Galeni glossariis Hippocrateis, Venet. MDLXVI. editis, ita adiunxit, ut Graecis vocabulis, omissa interpretatione graeca, latinam adiiceret interpretationem: unde dein easdem *Hier. Mercurialis* in Adpendice sui Hippocratis repetiit, hoc titulo insignitas: *Herodoti Dictionarium vocum Hippocratis.*

Haec ante Iungermanum gesta sicut notitiam huius viri effugerunt, sic posteriores Hippocratis Editores latuisse videtur opera huic libello ab eodem Iungermano praestita, iudiciumque prudentissimum quod ille de hoc Lexico, ut vulgo inscribebatur, tulerat. Nam et in insigni editione Hippocratis Genevensi, quae anno M. DC. LVII. prodiit, libellus hic in Prolegomenis post Erotiani et Galeni glossaria, quasi et ipse ad Medicae artis patrem spectaret, exhibetur, ex *Henr. Stephani* exemplo repetitus: et in splendida Charteriana Hippocratis et Galeni editione, Parisiis anno M. DC. LXXIX. in lucem emissa, T. II. p. 140-144. graeca Henr. Stephani cum Eustachii latinis ita repetita sunt, ut non erubuerit Editor titulum praefigere huiusmodi: Ἡροδότου Λέξεις τῶν παρ' Ἱπποκράτει λέξεων τινῶν. *Herodoti*

Dictionarium quarundam dictionum Hippocratis. Atque in hac Parisiensi editione, paululum quidem mutata est vocabulorum series, ut non modo (quemadmodum in Stephani exemplo) secundum literarum initialium ordinem collocata sint, sed etiam secundum legitimam illarum literarum seriem quae in quoque vocabulo primam literam sequuntur; hoc modo: Ἄβιος, ἄβρος, ἀγκλατίειν, αἰγίς, etc. Caeterum et in hac et in Genevensi, quam dixi, editione eaedem vitiosae voces, quas Stephani exhibebat exemplum, ἀφιδίας, ἀποφεὴν, ἀχαιρισίη etc. fideliter repetuntur, nulla mentione facta verae scripturae ab Iungermano commendatae. Denique, recentiori etiam memoria, Lipsiae anno MDCC.LXXX. *Franzius* Erotiani et Galeni Glossariis rursus easdem hasce Glossas, quasi *Herodoti cuiusdam Dictionarium vocum Hippocratis*, ita adiunxit, ut non modo Iungermani, sed et Wesselingii operam illis praestitam perinde ignorasse videatur: nam eis quidem vocabulis, de quibus vel H. Stephanus vel Camerarius in Prolegomenis ad Herodotum aliquid commentati erant, horum Virorum adnotationes subiecit; reliqua vero, et in his eadem ipsa quae foede corrupta legebantur, prorsus intacta reliquit, ne ullà quidem notulà adiectà.

Ita quum ex uno eodemque exemplo, eoque passim corrupto admodum, ductae sint omnes, quas adhuc commemoravi, *Editiones* harum *Glossarum secundum literarum seriem digestarum;* operae pretium facturus videtur si quis illas cum alio vetere exemplo, quod emendatius scriptum sit, voluerit conferre. Et fuerat olim tale exemplum optimo nostro *Codici* F. adiectum, eadem antiqua manu, qua ipsi novem Herodoti libri, descriptum: sed de illo, quod vehementer doleo, nonnisi minuta pars superest, folio verso, quo finis nonae Musae continetur, inscripta; et haec ipsa pars nonnihil etiam defecta, quum eiusdem folii pars vel lacera sit vel vetustate detrita. Quae supersunt, haec cum *H. Stephani* exemplo et cum Glossis secundum Musarum seriem a *Wesselingio* editis contuli: et, quid intersit, hoc loco adponendum duxi. Titulus nec adest, nec adfuerat olim ullus. Prima glossa, Ἀνίλη· χρήσιμη: quia ibi lacerum folium, non comparet. Proxima est Ἀνδρεών· μέγας οἶκος ἀνδρῶν: quae abest *H. Stephano*, habet

autem eamdem *Wess.* ex lib. I. 34. omissâ tamen voce ἀνδρῶν. In gl. Ἀναξυρίδας ex I. 71. desunt (ut apud *Stephanum*) verba ἢ τὰ νῦν βραχίκα λεγόμενα, quae habet *Wess.* Succedit Αὐλός· εἶδος ἀκολάστου σχήματος: quae glossa, ex vetere aliquo scholio tumultuarie et imperite excerpta, spectare mihi videbatur ad lascivam Hippoclidae saltationem, *Herod.* VI. 129. ubi etiam pro vulgato σχήματα *lin.* 14. codex *Arch.* ex simili scholio ἐρχήματα [illegible] legit. Merito vero ignorat absurdam glossam Codex [illegible] *german.* recteque pro ea ex lib. VI. hanc habet, Ἐμμέλειαν· χορικὴν ὄρχησιν. Sed vide deinde *Wesselingii* notata ad voc. Ἱππεῖς, ex lib. I. cap. 17. In gl. Ἀνίγνωσεν ex I. 86. habet cod. *F.* ἀνέτεινεν, pro ἀνέπεισεν: utrum vero ἐδίδαξεν habuerit cum *Steph.* an ἀνεδίδαξεν cum *Wess.* in lacera folii parte haud adparet. Ἀντίξοον recte scribit *F.* non Ἀντίξον, ut *Steph.* Ἄρδις· Φαρίτρας scribit *F.* ut *Wess.* ex I. 215. non Φαρίτρα, ut *Steph.* Ignorat autem verba καὶ τὸ βίλος, quae adiecit *Steph.* Post Ἄρδις habet codex noster Αἱμασιά· τὸ ἐκ χαλίκων ᾠκοδομημένον ἄνευ πηλοῦ τοῖχον, ut *Wess.* ex I. 180. quam glossam ignorat *Steph.* Ἀμφιδίκις utrum recte scriptum fuerit, an mendose Ἀφιδίκις, in lacero folio non adparet. Sed recte Ἀποφορήν habet *F.* sicut *Wess.* ex II. 109. non Ἀποφρήν, ut *Steph.* Ἀπηλικίστερα scribit *F.* pro Ἀπηλικίστερον, ex III. 14. Ἀνδρόσφιγγας scribit *F.* non Ἀνδρόσφιγγα ut *Steph.* et *Wess.* deinde vero habet σύνθετον σῶμα - - - γενονός, ut *Wess.* ex II. 175. non σύνθετον ἄνθρωπος καὶ σφίγξ δημιούργημα, ut *Steph.* Sequitur Ἀτιμωρητί· εἶον (ubi ἤγουν habet *Steph.*) κατεφρονήσας: quae quo pertineat glossa, aut unde ducta sit, exputare equidem non potui; sed indicavit *Wesselingius* in Adnot. ad glossam Οὐ πρεπίσθαι ex libro tertio. Adnotavit adverbium Ἀτιμωρητὶ *H. Stephanus*, Thes. T. III. p. 1577. e. monens certam auctoritatem non habere. Proxima in *F.* glossa, Αἰγυπιῶν· γυπῶν: deest *Steph.* sed habet eam *Wess.* ex III. 76. et evanuit quidem in nostro codice prius vocabulum Αἰγυπιῶν, sed posterius γυπῶν perspicue adhuc comparet. Tum Ἀνδρόγυνος· ἄνανδρος καὶ ἑρμαφρόδιτος habet *F.* ut *Wess.* ex IV. 67. Duo verba ἄνανδρος καὶ desunt *Steph.* Hanc excipit illa, cuius evanidum quidem primum vocab. (Ἄρδην) ἀκίνα (sic *F.* pro ἀκίδα) βίλους ἢ τὰ ἐκ χειρὸς ὅπλα, quam ignorat *Steph.* habet autem

Wess. ex IV. 81. In Αἰγὶς ex IV. 189. scribitur Φορέουσι in F. ubi Φορεῦσι *Steph.* et *Wess.* In Ἀγηλατέειν desunt codici nostro verba Φυγαδεύειν et ἐπιτάττειν, quae habent *Steph.* et *Wess.* ex V. 72. Ἀρθμία· Φιλία: F. ut *Steph.* non Ἄρθμια· Φίλια: ut *Wess.* ex VI. 83. Post Ἀναιρεομ. est gl. Ἀνακωχεύσαντες· ἀναχωρήσαντες: quae deest *Steph.* sed agnoscit *Wess.* ex VI. 116. Hanc excipit Ἀκανθόπληξ· ὁ πλησιόμενος: quam eamdem *Steph.* habet, sed ignorat cod. *Sangerm.* Vide *Wess.* in fine Glossarum ex nona Musa. Proxime sequitur (Ἄβιος· evanuit quidem hoc nomen, sed adsunt reliqua haec:) ἀντὶ τοῦ πολὺν βίον κεκτημένος, ὥσπερ ἄξυλον τὸ πολύξυλον: ubi *Steph.* sic habet: Ἄβιος· ὁ πολύβιος· ὡς ἄξυλος, τὸ πολύξυλος. Eam glossam ignorat cod. *Sangerm.* sed mentionem eius fecit *Wess.* in fine glossarum ex libro IX. Tum Βαλανάγρης· κλεῖς: cod. F. sicut *Wess.* ex III. 115. non Βαλανάγρα· κλείς: ut *Steph.* Glossae ex lit. Γ. in cod. F. incipiunt a verbo Γνωσιμαχεῖν, ubi τὴν ἑαυτοῦ, non τὴν αὐτοῦ, ut apud *Steph.* et *Wess.* ex III. 25. Sequitur Γαυλεί· (sic male pro Γαυλός·) πλοῖον Φοινίκιον, ut *Steph.* pro quo rectius Φοινικικὸν *Wess.* ex III. 136. Et desunt F. verba καὶ Φρίατος ἀντλητῆρος, καὶ γαλακτεδόχον ἀγγεῖον, quae sunt in ed. *Steph.* quorum loco apud *Wess.* ex VI. 119. est Γαῦλος· Φρίατος ἀντλητήρ. Proxime succedit Γοργύρη, ubi δισμωτ. ὑπόγαιον F. ut *Wess.* ex III. 145. non ὑπόγειον, ut *Steph.* Mox in gl. Γυμνοπαιδίκ perperam abest vox χοροὺς, quam recte exhibet *Steph.* et *Wess.* ex VI. 67. Mox recte Δημιοεργοί scribit F. ut *Wess.* ex VII. 31. ubi perperam Δημοεργοί ed. *Steph.* et sequaces. Postrema glossa, in qua desinit noster Codex, ista est: Διφθοφορευμένους· Φορείοις φερομένους.

His praemissis ipsas subiicimus ΗΡΟΔΟΤΕΙΟΥΣ ΛΕΞΕΙΣ, sive *Glossas Herodoteas, secundum Literarum seriem digestas, ex Codice Manuscripto Bibliothecae S. Germani a Wesselingio editas, cum eiusdem Wesselingii Adnotationibus.*

Ἱστορίας Α'.

Ἀνέλη, χρήσῃ. [a] Lib. I. cap. 13.

Ἐξ ἠθέων. ἐκ τόπων, ἐν οἷς ἀναστρέφονται. 15.

Πηκτίς. ὄργανον, ψαλτήριον, [b] αὐλός, εἶδος ἀκροάστου σχήματος. 17.

Διθύραμβος. ὕμνος εἰς Διόνυσον. 23.

Σκευή. ὅπλισις καὶ στολή. 24.

Ἐδώλοισιν. ὑποστρώμασι νηός, ζυγαῖς, [c] καθέδραις. 24.

Ὄρθιον νόμον Θαμύρα. [d] ὁ κιθαρῳδικὸς τρόπος τῆς μελῳδίας, ἁρμονίαν ἔχων τακτὴν καὶ ῥυθμὸν ὡρισμένον. ἦσαν δὲ ζ. ὧν εἷς ὁ ὄρθιος. 24.

a χρήσῃ) χρήτει apud *Suidam* aberrat. — [χρήσῃ recte *H. Steph.* dedit, quod et alii tenuere. Nihilo minus, quasi χρήσει esset, *Usui* interpretatus est *Eustachius*, idque et *Mercurialis* repetiit et *Franzius* nullâ adiectâ observatione. *S.*]

b ψαλτήριον, αὐλὸς *etc.*) Separatum sibi locum αὐλὸς et πηκτὶς in priore Lexico occupabant. In Cod. *S. German.* ferme cohaerent. Itaque omnia artissime aptavi, motus auctoritate Scholiastae *Aristophanis* Thesmophor. vs. 1521., ubi Πηκτίδας, εἶδος ὀργάνου κιθαρῳδικοῦ, ἢ ἀκολάστου σχήματος. Gemina *Suidas* in Πηκτίς. — [Conf. quae de ista glossa, Αὐλός. εἶδος *etc.*, paulo ante notavimus. *S.*]

c ζυγαῖς) Haec disiuncta quoque in eodem collocantur. Explicant, quod *Suidas* et *Etymologus* indicant, τὰ ἑδώλια, quo illi modo et praestantiores *Herodoti* MSS. vocem pingunt. Alibi *Suidas*, Ζυγοί· παρ' Ἡροδότῳ αἱ καθέδραι.

d Ὄρθιον νόμον Θαμύρα) *Suidas* in Voc. Νόμος et Ὄρθιος descripsit, verum de Thamyra nihil. Amplius scholion, unde hae reliquiae in schedis *S. German.*, Thamyrin sive Thamyram, celebremolim in Thracibus Musicum apud *Diodor.* lib. III. 66., nomi Ὀρθίου inventorem, non Terpandrum, ut ceteri solent,

Ἀνακῶς. ἐπιμελῶς, φυλακτικῶς. 24.

Ξενίην συνεθήκατο. ἀντὶ τοῦ ὡς ξένιον [e] ἐδωρήσατο. 27.

Ἐπιστρεφέως. ἀπατητικῶς ἢ ἐπιμελῶς. 30.

Ἠκούσης. ἐχούσης. 30.

Σπερχθείς. ταραχθεὶς, θυμωθείς. 32.

Χρήματος. πράγματος. 33.

Ἀνδρεών. μέγας οἶκος. 34. [ee]

Ἐπίστιος. ἔποικος. 35. et 44.

Ἐξηρτυμένοι. κατεσκευασμένοι, ἡτοιμασμένοι. 43.

Ἡμεκτέων. *f* δυσφορῶν. 44.

Ἑταιρεῖος. ὁ Ζεὺς παρὰ Κρησίν. 44.

Συνηλίζοντο. συνηθροίζοντο. 62.

Μετεξέτεροι. ἔνιοι, τινές. 63.

Ἐνωμοτία. [g] τάξις τὶς παρὰ Ἀττικοῖς. 65.

perhibuisse videtur. Legendus *Plutarch.* de Music. pag. 1132. B. D. et *Pollux* IV. 65. ubi septem illi modi.

[e] ὡς ξένιον) Sic et *Suidas.* Olim ξενίην, aut ξένον, ut MS. *S. Remigii.* Valde exorbitat *Corinthius*, cum ἀντὶ τοῦ ξενίην ἐδωρήσατο, ξενίην συνεθήκατο Ionum perhibet esse in sermone.

[ee Paulo plenius ms. F. μέγας οἶκος ἀνδρῶν. *S.*]

f Ἡμεκτέων) Compositum περιημεκτέων ibi in Musa. Nec iusta tamen ex scholio suspicio, aliter olim obtinuisse. Est in glossatorum more simplex deponere, ubi compositum in ipsa oratione. Tale χορδεύων lib. VI. 75. et αἰωρηθέντες ibid. 116., pluraque alia.

[g] Ἐνωμοτία) In schedis *S. Germ.* Συνωμοτία, unde *Suidas* Συνωμοσία, τάξις παρὰ Ἀττικοῖς, ubi postrema *Herodotum* si explanant, sicuti debent, absurda. Et ita tamen tres Lexici codices. Verius *Etymologus* Ἐνωμοτὶς, immo Ἐνωμοτία, τάξις τὶς στρατιωτικὴ παρὰ Λακεδαιμονίοις. Priores ergo, nisi si παρὰ τοῖς Τακτικοῖς

Τριηκάδας. δεῖπνα κατὰ δήμους καὶ ἀριθμὸς λ' ἀνδρῶν. ibidem.

Ἐλινύειν. ἡσυχάζειν. 67.

Ἐννώσας. διανοηθείς. 68.

Ἀναξυρίδας. τὰ βαθέα καὶ βασιλικὰ h τῶν ὑποδημάτων, ἢ τὰ νῦν βρακία λεγόμενα. 71.

Ἀβρόν. hh καλὸν, αὐθάδες, σεμνὸν, τρυφερόν. ibidem.

Ἀναισιμοῦν. δαπανᾶν, ἀναλίσκειν. 72.

Ἴλη. συστροφὴ, τάξις ὄχλου ἱππικὴ. i 73.

Εὐεστώ. εὐημερία, εὐετηρία. ἢ καλλίστη τῶν ἐτῶν διαγωγή. Διογενιανὸς ἄνευ τοῦ Σ' γράφει. 85.

cum Clar. *Ruhnkenio* ad *Timaeum* p. 77. malueris, in errore versantur. Mendosus etiam *Suidas* in proximo Τριηκάδας· παρ' Ἡροδότῳ, δεῖπνα, ἢ δήμους, ἢ ἀριθμὸν τριάκοντα ἡμερῶν: nihil enim, ut alia praeteream, isthic apud *Herodotum* de triginta diebus. Mendosior multo, ne quid asperius excidat, *G. Corinthus*, λέγουσι δὲ *Iones* καὶ τοὺς κατὰ δήμους καὶ ἀριθμὸν τῶν τριάκοντα ἀνδρῶν Δεῖπνα. I nunc et fide istiusmodi λογοθήρας. — [Commode *Steph.* καὶ ἀριθμοὺς ἀνδρῶν λ'. *S.*]

h καὶ βασιλικὰ) Eodem *Hesychii* explicatio tendit in Ἀναξυρίδες. *Suidas* autem et *Etymologus* καὶ ἄβατα ὑποδήματα: quae hinc propagata facile instaurabuntur. Ἄβατα ὑποδήματα equidem non recordor. Confer *Salmasium* ad *Lampridii* Alex. Sever. c. 40.

[hh Ἀβρόν) Recte Ἀβρόν membr. F. Spiritum non adposuit *Stephan.* Mox αὐθάδες scribit etiam *F.* sed αὔθαδες *Steph. S.*]

i ὄχλου ἱππικὴ) In *Suida* ὄχλου ἱππικοῦ: cui accedo. [*H. Steph.* τάξις ἱππικὴ, συστροφή. *S.*] Vicina Εὐεστώ, εὐετηρία etc. in MS. *S. Germ.* non leguntur. Quod nunc prostat, ex codice *S. Remig.* venit: antea εὐεστή· [sic *Steph.* et al.] εὐημερία· εὐετερία. *Diogenianus* [Grammaticus aetate Hadriani Imp.] vocabulo operam occasione *Antiphontis* Ἀεισταὶ inpendisse videtur. *Harpocrationem* adi illa in voce et

Ἀνέγνωσεν. ἀνέπεισεν, ἀνεδίδαξεν. ii 86.

Ἐπίδοξα. ἀντὶ τοῦ προσδόκιμα. 89.

Κνάφος. ἄκανθα ἔλκουσα ἱμάτια. 92.

Οὗροι. ὁροθεσία. 93.

Πεσσοί. ψῆφοι, ἐν αἷς ἔπαιζον. 94.

Φερμαίκοισι. βαφαῖς. 98.

Ἐλόχισεν. k εἰς λόχους κατέταξεν. 103.

Κατὰ τέλεα. τὰ ἀναλώματα καὶ τὰ συνέδρια τῶν ἐν τῇ ἀρχῇ, καὶ συντελεῖν εἰς τάγμα. ibidem.

Ἔυτυκτα, ἕτοιμα, ῥᾴδια, εἰργασμένα. kk 119.

Ἐπιφορήματα. τραγήματα. 133.

Λευκή. [Λεύκη.] πάθος τι περὶ ὅλον τὸ σῶμα. 138.

Πρυτανεῖον. θεσμοθέσιον, l θόλος, καὶ ἡ τοῦ σίτου θήκη. 146.

Ἔπιπλα. ἡ μὴ ἐγγαία κτῆσις, m ἀλλ' ἐπιπόλαιος. ἔπιπλα καὶ τὰ ἐπάνω τῶν στρωμάτων. 150. 164.

Favorini Εὐιστώ. Proximum Ἐπίδοξα liber S. Germ. non novit.

ii ἀνεδίδαξεν) ἐδίδαξεν F. et *Steph. S.*]

k Ἐλόχισεν) Pauci *Herodoti* Codd. et *Suidas* ἐλοχίσατο. Idem καταστήσαι iunctim recenset et scholiastae nostri verbis interpretatur. Agnovit et *Hesychius* in Τέλεα, cuius καὶ τὸ συντίμησιν τάγμα ad nostri praescriptum reformandum. Explicatur λοχίζειν κατὰ τέλεα, cetera ab *Herodoti* mente et sententia longissime deflectunt.

[kk ῥᾴδια εἰργασμένα) ῥᾳδίως εἰργασμένα *Steph. S.*]

l θεσμοθέσιον) Eum in modum schedae: in *Suida* [et apud *Steph.*] θεσμοθέτιον, ubi *L. Küsterus* pronuntiat, *hoc nihil ad rem;* cui consentio. Scholiastes docere voluit, nonnunquam in *Prytaneo* legum et plebiscitorum tabulas asservari solitas. Multa ill. *Spanhemius* in Diatriba de Vesta et Prytan. p. 697. ed. Graev. Nihil tamen accommodatius verbis *Plutarchi* Sympos. VII. pag. 714. c. ἄσπερ, οἶμαι, καὶ τὸ ἐνθάδε πρυτανεῖον καὶ θεσμοθέσιον.

m ἐγγαία κτῆσις) Vulgo erat ἡ μὴ βεβαία κτῆσις. *Sui-*

Ἥβεα. τόπα, ἐν οἷς ἀναστρέφονται. 156.
Προόχυσις. τὸ ἀποσπεῖσαι. 160.
Μύδρον. σίδηρον ἀργόν. 165.
Ἔμβολος. χάλκωμα περιτιθέμενον κατὰ πρῴρας ταῖς ναυσίν. 166.
Ἐναγίζειν. τὰς χοὰς ἐπιφέρειν, ἢ θύειν τοῖς κεφτεχομένοις, ἢ τὸ διὰ πυρὸς δαπανᾶν. mm 167.
Ἡβηδόν. μετὰ ἰσχύος, n μετὰ ἀκολασίας. 173.
Ἀντίξοον. τὸ ἐναντιούμενον. 174.
Ταρσοὶ καλάμων. τρασιὰ o ἐν ᾗ ἐξήραινον τὴν πλίνθον. 179.
Φάρσος. τρύφος, πλάσμα, ἀκροωτήριον. 180.
Αἱμασιά. τὸ ἐκ χαλίκων ᾠκοδομημένον ἄνευ πήλοῦ τειχίον, ὃ νῦν ἑρμακίας καλοῦσιν. p ibidem.

dae ἔγγειος, quod *Küsterus* rectissime explicuit, Msto accedit. *Bona* sunt *mobilia*. Conmode *Isaeus* de Agn. Heredit. pag. 88. Κατέλιπεν ἵππους, πρόβατα, κριθάς, οἶνον, ὀπώρας. Ultima Scholii ex *Goldasti* aliisque sunt libris.

[*mm* Postrema ἢ τὸ διὰ etc. non novit *Steph. S.*]

n μετὰ ἰσχύος) *Suidae* in Ἡβηδὸν, ἀντὶ τοῦ μετ' αἰσχύνης, hinc vitiose traductum. Utrumque nihil ad *Herodotum*. Meliora dabit Cl. *L. Bos* Observ. cap. 6. Quod [apud *Steph.* et sequaces] adhaerebat ὀρχηδὸν, in Cod. *S. Germ.* recte desideratur; alienum enim. Ὀρχηδὸν· ἡβηδὸν alibi sese offeret.

o τρασιὰ) Optime sic Ms. *S. Remig.* Ceteri, *Suidas*, *Corinthus*, πρασιά. Mendum et Scholiastae errorem Cl. *Salmasius* detexit ad *Solin.* pag. 869. Τρασιὰ *craticium textum* erat, super quo ficus et casei siccalantur, ut apud *Hesychium* in Voc.

p ὃ νῦν ἑρμακίας καλοῦσι) Voluit ἕρμακας. *Hesychius*, Ἕρμακες, αἱ ὕφαλοι πέτραι, ἢ αἱμασιαί: quibus gemina, ut docti viri monuerunt, Critici in *Nicandri* Ther. vs. 150. — [Totam glossam ignorat *Steph.* Postrema verba ὃ νῦν etc. desunt *F.*]

Λαῦραι. ῥύμαι, ἄμφοδοι. 180.
Ἔλυτρον. σκέπη, q θήκη, δέρμα. 185.
Συμψήσας. συντρίψας. 189.
Καταγωγή. πανδοκεῖον. 181.
Σχοινοτενές. μακρὸν, ὀρθόν. 189. 199.
Ψῆνες. κωνωπεῖα τὰ ἐν τοῖς ὀλύνθοις r γινόμενα. 193.
Ἀλεξομένους. ἀμυνομένους. 211.
Σαγάρεις. πελέκεις, τὰ ἐκ χειρὸς ὅπλα. 215.
Ἄρδις. φαρέτρας, βέλη. ibidem.
Φάλαρα. τὰ περὶ τὰς γνάθους σκεπάσματα. 215.

Ἱστορ. Β'.

Κνυζημάτων. τῶν γοερῶν ἀποφθεγμάτων. II. 2.
Γεώπεινα. οἱ γῆς πεινῶντες καὶ ἀπορούμενοι. 6.
Ἀπίσας. ἰκανώσας. s 7.
Μυχοί. αἱ καταδύσεις, τὰ ἔνδον, λιμένες, t κοιλότητες, τὰ ἔσχατα, ἔσω. 11.

q Ἔλυτρον, σκέπη) Absurde *Suidas*: Σκέπη παρ' Ἡροδότῳ θήκη, δέρμα. Praetervidit τὸ Ἔλυτρον, cui explicando ista erant admota. Probior *Hesychius* in Ἔλυτρον. Conser *Th. Gatakerum* ad *Antonin.* lib. IX. 3. p. 266. — [Vocem θήκη non habet *Steph. S.*]

r ἐν τοῖς ὀλύνθοις) Addunt Λέξεις [ab *H. Steph.* et aliis] editae τοῖς ἄρτεσι, quae duo Cod. *S. Germ.*, *Suidas* et *Hesychius* non adiungunt.

s Ἀπίσας, ἰκανώσας) Mira in prioris scriptura adparet discordia. Ἀπήσας Cod. *S. Remig.*, ἀπόσας habet *Montfauc.*, ἀπώσας in excerptis *S. Germ.* et *Corintho.* Propositum venit ex *Goldasti* Lexico. [Sic vero et *Steph.* et membr. *F.*] Videtur ad lib. II. 7., sicuti ibi monitum, referendum.

t τὰ ἔνδον, λιμένες) In schedis haec disiungebantur ita, ac si et Μυχοὶ et Λιμένες exponerentur. Iunxi artius, ut *Hesychius* et Grammaticorum alii nectunt. Iuvandus *Suidas* est, cum Μυχαί· παρὰ Ἡροδότῳ, καταδύσεις· τὰ ἔνδον.

Ἐπιεικεστάτη. μετρία, εὐγνώμων, καλῶς ἔχουσα. 22.

Βυσσός. βυθός. 28.

Χοιράδες. πέτραι λεῖαι ἐν θαλάσσῃ. 29.

Εὐμαρέη. ἀπόπατος. 35.

Πεσσόμενα. ὀπτώμενα. 37.

Βάρις. ναῦς. [u] ἡ λέξις σημαίνει καὶ τεῖχη καὶ πύργον, καὶ μεγίστας οἰκίας, καὶ σφαίρας καὶ αὐλὰς, καὶ στοὰς μεγάλας. 41.

Ὄσιρις. ὁ Διόνυσος λέγεται. 42.

Ἐγχρίψαι. ἐμπεσεῖν, [v] προσπελάσαι. 60.

Κορύνη. ξύλον ἐπικαμπές. 63.

Πρόπολος. νεωκόρος. μετὰ τοῦ Σ' [x] ὁ δοῦλος. 64.

Μελεδωνοί. Φροντισταί. 65.

Ἀμφιδίας. ἀλύσεις. οἱ δὲ ψέλλια. 69.

Κρέξ. ὄρνεον δυσοιωνιστὸν τοῖς γαμοῦσιν. 76.

Συρμαΐζειν. καθαίρειν πόματι ἐκ ζειῶν καὶ ὕδατος. 77.

Λίνον. ᾠδῆς ὄνομα ἢ λύρας χορδή. 79.

Θύσανοι. κόρυμβοι, κροσσοί. 81.

Ἐσηθήσαντες. ὑλίσαντες. 87.

— [*Steph.* nil aliud habet, nisi Μύχοι· κατακύσεις. *S.*]

[u] ἡ λέξις σημαίνει etc.) Haec ex Cod. *Passion.*, in quo καὶ σφύρας. *Etymologus* in Βάρις edita adprobat.

[v] πρόσπελάσαι) Liber *S. Germ.* παραπελάσαι, unde inquinatum *Suidae* παρακελαῦσαι in Ἐγχριμφθῆτα. Idem ἐγχρίψαι: [ut *Steph.*] Codex *S. Germ.* ἐγχρίμψαι, quae et in *Herodoto* varietas.

[x] μετὰ τοῦ Σ etc.) Absunt a *Suida* et codice scripto, [habet autem *Steph.*] neque vera perpetuo sunt. *Eustathius* ad Homer. p. 642, 36. [pag. 502. ed. Bas.] consulendus est.

Κάπτοντες. *y* ἀποδεχόμενοι. 93.

Ῥιπίς. *z* πλέγμα. 96.

Καινοῦν. χρήσασθαι καινῷ λόγῳ. 100.

Ἀποφορήν. τὴν τελουμένην τιμὴν ὑπὸ τῶν δούλων τοῖς δεσπόταις. 109.

Ἤλυσιν. ἔφοδον, πορείαν. 123.

Συρμαίην. *a* λάχανον σελίνῳ ἐοικὸς, ἢ βρῶμα διὰ στέατος καὶ μέλιτος. 125.

Ἐνηβητήρια· ἐνευωχητήρια. 133.

Ποινή. ἀντέκτισις, τίσις. 134.

Βουπόρους. ὀβελοὺς μεγάλους. *aa* 135.

Ἀμυρταίου. εἱμαρτοῦ. *b* 140.

Ὄχανα. ἀσπίδων πόρπακες καὶ οἱ δεσμοί. 141.

Τριφάσιοι. τριπλάσιοι καὶ τρίφωνοι. 156.

Ἀπεματάϊσεν. ἐματαιολόγησεν, ἐμώρανεν. 162.

y Κάπτοντες) *Corinthus* Aldinus κάμπτοντες et liber *S. Remig.* Uberior *Hesychii* glossa: Κάπτοντες, ἀποδεχόμενοι, ἐσθίοντες: cuius praecedens Κάπτει, καταπίσῃ, fuisse olim καταπίνει videtur. *Hemsterhusii* Nostri eadem divinatio ad Comici Plut. p. 316. Hic autem iterum simplex verbum vice ἀνακάπτουσι, quomodo *Euterpe*.

z Ῥιπὶς) Haud *Suidas* aliter in Ῥιπῆς. Lexicon *Goldasti*, [*H. Steph.*] *Reg. Paris.* et *S. Remig.* Ῥηπίς. Omnes prave. Confer *G. Arnaldi* Animadv. c. 30.

a Συρμαίην) Perperam *Corinthus* συρνίην, *Hesychius* Σύρμιον, λάχανόν τι σελίνῳ ἐοικός, antea in Συρμαίαν verum amplexus.

[*aa* Rectius sic scribetur: Βουπόρους, ὀβελοὺς, μεγάλους. *S.*]

b εἱμαρτοῦ) Quid commune huic cum proprio Ἀμυρταίου regis nomine? Est-ne eius veriloquium? An reconditum aliquid vetere fuit in scholio, quale Ἀμυρτόν, ἱμάτιον· Κρῆτες *Hesychii*? — [Forsan nil aliud est Εἱμαρτοῦ, nisi depravatum ipsius Ἀμυρταίου nomen, in ora veteris alicuius codicis olim repertum. *S.*]

Ἀποτιμοτέρους. ἀτίμους. 167.

Ἀνδρεσφίγγας. c σύνθετον σῶμα ἐξ ἀνδρὸς καὶ σφίγγος ὑπὸ δημιουργοῦ γεγονός. 175.

Ἱστορ. Γ'.

Ἀπηλικιέστερον. πρεσβύτερον. III. 14.

Ἐπαΐστος. Φανερός. 15

Εὐλέων. σκωλήκων. 16.

Φρενήρης. σώφρων. d 25. 30.

Γνωσιμαχεῖν. τὸ γνῶναι τὴν ἑαυτοῦ ἀσθένειαν, τήν τε τῶν ἐναντίων ἰσχύν. 25.

Οὐ καταπροΐξεσθαι. προῖκα ποιῆσαι, ἀτιμωρητὶ, e οἷον καταφρονήσας. 36.

Παταΐκοισι. Θεοὶ οἱ Παταΐκοι Φοινικικοὶ ἐν ταῖς πρύμναις ἱδρύμενοι. 37.

Ἐπίλαμπτος. f καταφανής. 69.

c Ἀνδρεσφίγγας) Sedabunt fortasse haec fluctus, quos *Hesychiana*, Ἀνδροφῆτες· σύνθετον σῶμα ἐξ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ὑπὸ δημιουργοῦ γεγονός, cierunt: manarunt enim hoc fonte. In MS. *S. Germ.* γεγονότος legebatur. — [De hac glossa paullo ante nonnihil praefatus sum. *S.*]

d σώφρων) Adstruit his *Corinthus*, λαμβάνουσι δὲ τοῦτο Ἴονες ἐπὶ τοῦ ἐναντίου, ut videlicet πάρεφρων sit, sicuti praeter *Suidam* voluit *Etymologus*. Si οὐ φρενήρης, uti in *Herodoto*, ponatur; probe: alioquin fallent isti Grammatici.

e ἀτιμωρητὶ) Suam sibi et distinctam sedem in *Goldasti* Lexico et aliis possidebat vocab. Ἀτιμωρητί: continuatur a *S. Germ.* schedis, quas duces optavi. Consentiunt *Hesychius* et *Suidas*. — [Uterque in voc. Καταπροΐξεται. *Stephanus* nonnisi haec pauca habet: Οὐ καταπροΐζισθαι· (rectius καταπροΐξεσθαι· *Iungerm.*) προῖκα ποιῆσαι. *S.*]

f Ἐπίλαμπτος) Ex discorde ἐπίλαμπος et ἐπίλαπτος in membranis scriptura hoc effinxi. *Herodotus* atque ad eum adposita excusabunt audaciam. — [Ἐπίλαμπος habet *Steph.* *S.*]

Αἰγυπιῶν. γυπῶν. 76.

Ἀμύσσειν. ταράσσειν. g ἑλκοῦν, ξέειν. ibidem.

Φριμάξασθαι. φρυάξασθαι, φυσῆσαι. 87.

Φορμός. πλέγμα ὡς κόφινος. 98.

Διασφάγες. αἱ διεστῶσαι πέτραι. 117.

Γαυλός. πλοῖον Φοινικικόν. 136.

Σκυτάλοις. ῥάβδοις. ibidem.

Γοργύρη. h δεσμωτήριον ὑπόγαιον. 145.

Διφροφορευμένους. φορείοις φερομένους. 146.

Βαλανάγρας. κλεῖς. 155.

Οὐ καταπροΐξεται. προίκτης. ἡ πρὸ, ἀντὶ τῆς παρά. παρὰ τὸ προϊκνεῖσθαι. τινὲς δὲ ἀντὶ τοῦ ἵξεσθαι, ὅ ἐστι i δωρεάν τι λαβεῖν. Ἀρχίλοχος· Ἐμεῦ δ' ἐκεῖνος οὐ καταπροΐξεται. ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς ἐν Ἐπιμερισμοῖς παρὰ τὸ ἴσσω φησὶ, ὡς καὶ Ἀρχίλοχος· Προτείνω χεῖρα καὶ προίσσομαι. 156.

g ταράσσειν) Verum est *Iungermanni* σπαράσσειν. [Sic nempe pro ταράσσειν, quod et *Steph.* et cod. *F.* tenet, legendum videri monuerat *Iungerm.* in ora suae editionis.] *Hesychius* Ἀμύσσειν, ξέειν, σπαράσσειν. *Suidas* tamen, corruptum secutus exemplar, Ἀμύσσειν, ταράσσειν. Loco proximi Φυσῆσαι ille πεφυσῆσθαι in voc. Φριμάξασθαι.

h Γοργύρη) Cod. *S. Germ.* Γοργύνη. Hinc *Suidae* Γοργύνη· δεσμωτήριον ὑπόγειον. Mox tamen veriorem scripturam amans. — [Recte Γοργύρη membr. *F.* cum *Steph. S.*]

i ὅ ἐστι δωρεάν τι λαβεῖν) In scripto ὡς ἐστι δωρεάν τι tantum: defectum ex *Suida* et Criticis ad Comici Equit. vs. 433., qui ambo eadem, explevi. Rectius hic in *Archilochi* fragmento Ἐμεῦ δ' ἐκεῖνος. Adi eruditam *Valckenarii* adnotationem in lib. III. *Herodoti*, c. 36. — [Totam hanc glossam sive scholion ignorat *Steph. S.*]

Ἱστορ. Δ'.

Λάξιν. λῆξιν, [k] μερισμὸν, κλῆρον. IV. 21.

Πλαάβας. λέγεται καὶ ἐκ τρυγὸς [l] πλάσματα. κυρίως δὲ ἡ τῶν συκῶν ἐπάλληλος θέσις. 23.

Ὀργίσας. [m] μαλάξας. 61.

Ἀνδρόγυνος. ἄνανδρος, ἑρμαΦρόδιτος. 67.

Ἐναίριες. [n] οἱ ὁπλῖται. ibidem.

Τέρμον. [o] τὸ τρῆμα καὶ τὸ ἐνιέμενον εἰς αὐτό. 72.

Σῶστρα. σωτήρια, μήνυτρα, λύτρα. [p] 9.

Σώχουσι. τρίβουσι. 75.

Ἀρδὶν. ἀκίδα βέλους, καὶ τὰ ἐκ χειρὸς ὅπλα. 81.

k Λάξιν, λῆξιν) *Suidas*, Λάξιν, μίξιν, μερισμὸν, Ἡρόδοτος, ex scripto glossarum vitioso exemplo, quale *S. Germ.* et *Reg. Paris.* Vulgatum [λῆξιν, quod dedit *Steph.*] bonum esse Clar. *Ruhnkenius* Epist. Crit. II. p. 14. conmonefecit. Ceterum in Msto *S. Germ.* haec et proxima ad Musam tertiam referebantur, non sine lapsu.

l καὶ ἐκ τρυγὸς πλάσματα) L. *Kilsterus* ad *Suidae* Πλαάθαι coniicit τὰ ἐκ τυρεῦ: cui valde obstant haec scholia, a *Suida* descripta. [τρυγὸς agnoscit etiam *Steph.*] Conser *Turnebum* ad *Theophrastum* de Odoribus p. 27. et *L. Bos* Animadvers. c. 44.

m Ὀργίσας) Sic omnes. At ὀργάσας, μαλάξας, *Hesychius*, *Timaeus* et *Suidas*. Editum ex Ὀργήσας nasci potuit.

n Ἐναίριες) *Corinthus* exscripsit, quod ad *Herodotum* confert nihil. Scythicam vocem Grammatici ex Graecorum ἐναίροις et ἐναρίζειν frustra arcessiverunt.

o Τόρμον) Plerique τόρνιον. In *S. Germ.* schedis τόρνον, ad quarum similitudinem *Suidas* Τόρνος· - - τὸ τρῆμα, καὶ τὸ ἐνιέμενον εἰς αὐτό. Praescriptum habet *Herodotus*, et τόρνον diversiore notione alibi cap. 56. — [Mendosum Τόρνιον habet *Iungerm.* cum *Steph.* ubi ille in ora notavit: ἴσως Τόρμον. IV. 72. *S.*]

p λύτρα) Membranae *S. Germ.* μίτρα, absurde: verius aliae [et *Steph.*] cum *Suida*. Sequens σώχουσι frustra

Σισύρα. βαρβαρικὸς χιτών. 109.

Εὐμάρεια. ἡσυχία καὶ ἀπόπατος. pp 113.

Τβρίζοντες. σκιρτῶντες. 129.

Κομιδή. ἡ ἀνάσωσις, ἐπιμέλεια. 134.

Ἀμβολάδην. καθ' ὑπερβολήν. 181.

Οἴσπη. q ῥυπαρῶν προβάτων ἔρια. 187.

Αἰγίς. ἣν Λίβυες Φοροῦσι δοράν. 189.

Ἀνθερίκων. νῦν τοὺς καυλοὺς φησι τῶν ἀσφοδέλων. εἰσὶ δὲ εὔβρωστοι. 190.

Σχοίνου συμβολεῖς. r οἱ ψιαθοπλόκοι, καὶ σχοῖνος ἡ ψίαθος.

Περιφορητά. ἀκτά. 190.

Στρόφος. s τὸ περὶ τὴν κεφαλὴν στρόφιον, ὅ ἐστιν ἐρεοῦν. 60.

Κυματώγη. ὑπαγωγή, αἰγιαλός. 196.

quaeretur: Κατασώχευτι Scriptor.

[pp Pro καὶ ἀπόπατος, quae commode dedere *Wesselingii* codices, est εὐκολία in ed. *Steph.* *S.*]

q Οἴσπη) Ita cum *Suida* codex *S. Germ.*; in aliis Οἰσύπη, οἰσίπη, οἰστίπη. *Corinthus* de suo adiunxit, καὶ τὸ διαχώρημα τοῦ προβάτου. Adi et *Hesychii* Οἴσυπος et *Suidam* in Οἰσυπηρός. — [Οἰσύπη habet *Steph.* Dein idem ῥυπαρά, melius quam ῥυπαρῶν. *S.*]

r Σχοίνου συμβολεῖς) Eadem omnia *Suidas* et *Corinthus*. At frustrantur nos et circumscribunt; nihil enim istiusmodi apud Historiae patrem. Eremitis et Aegypti monachis congruit, quibus *tegetes* sive ψιάθους per otium *texere* sollemne erat. Vide *Du Cangium* in Lexic. Med. ad Ψιάθιον et Σχοινοπλόκων. Hoc credo in uberiore scholio, occasione σχοίνου c. 190. fuerat notatum: manserunt reliquiae, *Herodoto* nihil lucis adferentes, ut saepissime aliae parum prosunt. — [In ed. *Steph.* nil aliud est, nisi σχοίνου συμβολεῖς· οἱ ψιαθοπλόκοι: ubi ψιαθοπλόκοι corrigendum monuit *Eustachius*, et sic edidit *Iungerm.* *S.*]

s Στρόφος) Et hoc alienum. [nempe ex uberiore quodam scholio, quod ad IV. 60. 5.

Ἱστορ. Ε'.

Φυλάξαντες. ἐπιτηρήσαντες. V. 12.

Νεοχμῶσαι. νεωστὶ κινῆσαι. t 19.

Σπαδίξας. ἐκδείρας. u σπάδιξ γὰρ, Φλοιὸς ῥίζης πρινίνης· οἱ δὲ, Φοίνικος ῥάβδον. σπάδακες δὲ, καὶ οἱ κύνες. καὶ σπάδιξ, ὄργανόν τι κιθαριστικόν. 25.

Φερέγγυος. βεβαιωτής. 30.

Παχέων. τῶν πλουσίων. ibidem et 77.

Ἔφεδρον. ἐπίκληρον. v 41.

Σταθμός. στρατιωτικὴ κατάλυσις. ὁδοῦ μέτρον. x κατάλυμα. 52.

spectabat, imperite excerptum. *S.*] In schedis *S. Germ.* huic praescribebatur vocabulo et sequentibus Ἱστορίας Δ'. [conf. supra; not. k.] quod re postulante inmutavi.

t νεωστὶ κινῆσαι) Voluisse primum glossae auctorem νέον τι opinor. *Suidas* vulgatum descripsit: *Corinthus* νεωστὶ κινῆσαί τι.

u Σπαδίξας. ἐκδείρας. etc.) Nihil horum in *S. Germ.* [Habet vero *Steph.*] Egregium scholium Cl. *Salmasius* illuminavit, *Hesychium*que in mendoso Σπᾷ eadem voluisse bene docuit ad *Solin.* p. 291. Σπάδιξ Musicum instrumentum a *Polluce* IV. 89. non praeteritur.

v ἐπίκληρον) Quid voluerit, intenderitque Scholiastes, ex *Hesychio* adparet: Ἔφεδρος, ταβλιστής, τρίτος ἐνδεύων, καὶ ὁ ὑφ' ἡμῶν ἐπίκληρος. Nimirum aleae lusorem, victis succedaneum, aut gladiatorem, secutorem que, qui sorte victis sufficiebatur et cum victoribus conparabatur. Hoc vero quid ad *Herodotum*? — [Nempe V. 41, 3. ἔφεδρος βασιλεὺς dicitur *designatus regni successor. S.*]

x ὁδοῦ μέτρον etc.) Venerunt ex *Goldasti*, [*Steph.*] et Codd. aliis. [Sed his absunt praecedentia verba, στρατιωτικὴ κατάλυσις.] *Suidas* et *S. Germ.* non adiungunt. Auctius etiam vicinum Ἀγγλατίην, διώκειν est: siquidem accessoria *Corinthus* et *S. Germ.* reticent. — [Glossam Λῆβα ignorat *Steph.* et sequaces. *S.*]

Ἐπίστιον. ἔποικον κατάλυμα. 72.

Ἀγηλατέειν. διώκειν, Φυγαδεύειν, ἐπιτάττειν, ὑβρίζειν. 72.

Λῆμα. ἀξία καὶ ἀνδρεία. 72.

Κληρούχους. γεωργούς. 77.

Σινάμωρον. κακόσχολον. 92, 7.

ΚρησΦύγετον. κατάΦυγὴ, ὀχύρωμα. 124.

Ἱστορ. στ'.

Ἰθαγενεῖς. οἱ γνήσιοι παῖδες. VI. 53.

Πρόξενοι. οἱ προστάται πόλεων καὶ Φροντισταὶ καὶ ξένους ὑποδεχόμενοι. 57.

Ἀρχαιρεσίη. y τὸ πρὸς χάριν πολλοῖς ζῆν, καὶ τὸ ἐπιδόσεις χρημάτων ποιεῖσθαι. 58.

Ψῶσαν. Θάλπουσαν. 61.

Ἐκνιζεν. ἔδακεν, ἀπὸ τῆς πόας. 62.

Οὐχ ἱκνευμένως. οὐ προσηκόντως, οὐ καθηκόντως. 65.

Γυμνοπαιδία. ἑορτὴ ἐν Σπάρτῃ, ἐν ᾗ γυμνοὶ χορεύουσιν. 67.

Λάσθη. αἰσχύνη. 67.

Χορδεύων. z τέμνων. 75.

y Ἀρχαιρεσίη) Quae subduntur, ἀρχαιρεσιάζειν ad *Hesychii* modum in Ἀρχαιρεσιάζειν explanant. [quem usum illius verbi *Harpocration* ex *Dinarcho* oratore adnotavit: conf. *Polyb.* XXVI. 10, 6. in Fragm. apud *Athen.* lib. V. p. 193. E. *S.*] Ambitiosorum artes, ut egregie ibi *L. Küsterus*, innuuntur, qui non vera via, sed donis et fallaciis ad honores contendunt. *Suidas*, quasi *Herodotea* haec forent, digna suo Lexico censuit. [Ex quo sicut ex aliis multis, perspicue adparet, sua talia *Suidam* non aliunde nisi ex ipsis hisce *Glossis Herodoteis* accepisse.] Sequens Ψῶσαν *Herodotus* κατεψῶσαν scripsit.

z Χορδεύων) Καταχορδεύων

Καταγινέων. καταλύων. 75.
Ἄρθμια. Φίλια. 83.
Πολέμαρχος. ἄρχων, πρὸς ὃν κατηγγυῶντο τοὺς ξένους. a 109.
Ἄφλαστον. τὸ ἄκρον τῆς πρύμνης. 114.
Διωρηθέντες. μετεωρισθέντες. 116.
Ἀναιρεόμενον. τὸ ἐν γαστρὶ συλλαμβανόμενον. 69.
Ἀνακωχεύσαντες. b ἀναχωρήσαντες. 116.
Γαῦλος. Φρέατος ἀντλητήρ. 119.
Ἐμμέλειαν. χορικὴν ὄρχησιν. 129.
Ζάκορος. νεωκόρος, ἱερεύς. 134.
Πρόκα. εὐθὺς καὶ παραχρῆμα. ibidem.

Ἱστορ. ζ'.

Ἐπικάρσιον. πλάγιον, οὐκ εὐθύ. VII. 36.
Ἐλῶν. ἐλάσας. 33.
Δημιοεργοί. οἱ εἰς τὸ δημόσιον κάμνοντες. 31
Ὄνος. c τὸ περὶ τὰ τῶν ὑδάτων ἀγγεῖα πολύπους καὶ συστρεφόμενον. 36.
Χυτόν. χῶμα, καὶ ὁ ξεστὸς λίθος. 37.

Erato. Proximum Καταγινέων, καταλύων, *Suidae* haud est ignotum. Ambo verius κατάγων explicuissent. Confer *Hesychii* κατάγειν.

a Πρὸς ὃν κατηγγυῶντο etc.) *Suidas* eadem. At illa muneris *Polemarchi* exilis pars. Meliora in *Lysiae* Or. adv. Pancleonem, et *Harpocrationis* Πολίμαρχος cum *Valesii* adnotatis.

b Ἀνακωχεύσαντες) *Hesychius* ἀναχωχήσαντες, nullo nisi levi in scriptura discrimine: hinc tamen illa ad id Lexicon accessio.

c Ὄνος· τὸ περὶ etc.) Illis ipsis verbis *Suidas* et *Hesychius*, quanquam hic καὶ συστρεφόμενον ὡς κύαμος, sine ullo ad *Herodotum* emolumento.

Ῥηχίης. [d] Φραγμὸς, ἢ δεσμοὶ τῶν Φραγμάτων. ibidem.

Σαυρωτήρ. ξυστὸν, [e] δόρυ, ἢ στύραξ, ὃν ἔνιοι καλοῦσιν οὐρίαχον. 41.

Κυρβασίας. τιάρας. 64.

Ζειρά. [f] μίτρα, ταινία, διάδημα, ἱμάτιον, ζώνη, πορφυροῦν ἔνδυμα. 69. 75.

Κέρκουρος. νεὼς εἶδος. 97.

Ἰστία. [g] δεῖπνα. 135.

Ῥῆχος. Φραγμός. 142.

Ὀρχηδόν. ἡβηδόν. 144.

Καλλιερεῖσθαι. ἐπὶ τοῦ θύειν ἔντομα λέγεται. 134. 167.

Τέμπεα. τὰ στενὰ τῶν ὀρῶν, καὶ οἱ σύνδενδροι τόποι. 173.

d Ῥηχίης.) Apud *Suidam* Ῥαχίας, Φραγμὸς ἢ δέσμαι τῶν Φραγμάτων. Codices *Goldast.* [*Steph.*] *S. Remig.* et *Reg.* Φήσγμου ἢ δέσμης τῶν Φρ. Amplexus sum quod in *S. Germ.* Interpretamentum insulsum est, ῥῆχος, cui suus mox locus, illustrans. Ineptit et Scholiastes *Passion.*, cui lib. II. 11. Ῥηχίη, αὐχμὸς, ξηρότης.

e ξυστὸν, δόρυ) Membranae *S. Germ.* ξιστὸν δόρυ. Ceteri cum *Suida* ad editum belle conspirant.

f Ζειρά.) Olim ex *Gold.* Εἶρα. Verissime libri alii; in eoplerique pravi, quod haec tres in portiones divulserint, ac si Ζειρά, Ζώνη et Ταινία exponendae forent. Recte *S. Germ.* connectit vocabula, τὴν ζειρὰν duntaxat explicantia. Liquida res est ex *Etymologo* in Ζειρά et *Hesychio*, ubi erudite Cl. *Io. Alberti*. *Suidas* tamen Ζώνη. πορφυροῦν ἱμάτιον. Ἡρόδοτος, sed deceptus. — [*Iungerm.* cum *Steph.* Εἰρὰ (non Εἶρα) μίτρα, ζώνη: nil amplius: ubi perspecte *Iungerm.* monuit, Ζειρὰ scriptum oportuisse ex *Herodot.* VII. 69. et 75. *S.*]

g Ἰστία. δεῖπνα) Omnes magno consensu. *Herodoti Mssti* ὃς σοφίας, ξείνια προθέμενος, ἱστία h. e. ἐδέσματα. Boni viri ex verbo nomen substantivum procuderunt.

Ναυλόχιον. h λιμένα ἢ εὐδίαν. 189.

Ἱστορ. Η'.

Ταρσούς. ταρσὸς κυρίως τῶν· ὀρνίθων ἡ πτέρωσις, ἀφ' οὗ καὶ ὁ τῶν κωπῶν ὅμοιος σχηματισμός. VIII. 12.

Ἐπαμησάμενος. ἀνακινήσας. 24.

Ἰακχάζουσιν. λέγουσι, Φλυαροῦσι. i 65.

Ἱστορ. Θ'.

Εἰρήν. k παρὰ Λακεδαιμονίοις ἐν τῷ πρώτῳ ἐνιαυτῷ ὁ παῖς ῥωβίδας καλεῖται, τῷ δευτέρῳ προκομιζόμενος, τῷ τρίτῳ μικιζόμενος, τῷ τεταρτῳ πρόπαις, τῷ πέμπτῳ παῖς, τῷ ἕκτῳ μελείρην. Ἐφηβεύει δὲ παρ' αὐτοῖς ὁ παῖς ἀπὸ ἐτῶν ιδ' μέχρι καὶ κ'. Βαρυτόνως δὲ [τὸ *Steph.* et *Iung.*]

h. Ναυλόχιον) Hoc adscripserunt ad *Herodoti* ναυλοχοῦντες. *Suidas* invenit ναύλοχος, in quo παρὰ δὲ Ἡροδότῳ λιμὴν ἢ εὐδία fuit et esse debet.

i Ἰακχάζουσιν) Quod additur Φλυαροῦσι, est in *Gold.* [*Steph.*] *Reg. Paris.* et *S. Remig. Suidas* Φυλάττουσι. Membrana *S. Germ.* Φυλλολογοῦσι. Hinc *Hesychianum* Ἰακχάζει· Φυλλολογεῖ, καταβοᾷ. Quae omnia, ut Ἰακχάζειν cognoscatur, incertissimum dimittunt, sicuti suo loco admonitum, lectorem.

k Εἰρήν) Ex libro IX. nihil in *S. Germ.*, ne ipsum quidem notabile hoc, quod in aliis [et in ed. *Steph.*] obvium negligere non debui, scholium. Praeposui Ἱστορίας Θ', arbitratus ad lib. IX. 85. adplicandum videri. Infantem autem imbrumum Ῥωβίδαν Spartanorum fuisse dialecto, et secundi anni προκομιζόμενον, an alibi reperiatur, dubito. Si liceret, [et quidni liceat, immo cum plausu accipiatur?] προμικιζόμενος et μικιζόμενος ex Dorico μικκὸς, h. e. μικρὸς, mallem; quomodo πρόπαις et παῖς, quarti quintique anni puelli. Μιλείρην, verius μελλείρην erit. *Plutarchus* Lycurg. pag. 50. d. Εἰρένας δὲ καλοῦσι, τοὺς ἔτος ἤδη δεύτερον ἐκ παίδων γεγονότας. Μελλείρενας δὲ, τῶν

μελείρην, ὥσπερ πυθμὴν, ἀπύθμην· αὐχὴν, ὑψαύχην.

Ἀκανθοπλήξ. ὁ πλησσόμενος. *l*

Ἄβιος. *m* ὁ πολύβιος. ὡς ἄξυλος, ὁ πολύξυλος.

Ἑρμίς. ὁ κλινόπους.

παίδων τοὺς πρεσβυτάτους. Quae his longe meliora sentio. *Küsteri* ad *Suidam* eadem sententia.

l Ἀκανθοπλήξ. πλησσόμενος) His quoque et sequentibus *S. Germ.* codex caret; nec divino, ubi sedem habuerint. Γνάφος lib. I. 92. de Scholiastae sententia ἄκανθα, ἕλκουσα ἱμάτια. An in uberiore supplicii eius descriptione insertum ἀκανθοπλὴξ olim? an ad Ulyssem spectat, fabulâ *Sophoclis* Ἀκανθοπλῆγα celebratum? Ex *Eustathii* Msto., citato a *I. Iac. Wetstenio* ad *S. Lucae* Euang. cap. XIII, 9., Σοφοκλῆς ἐν Ἀγαθοπλῆγι prave: dederat Ἀκανθοπλῆγι: plenius Σοφοκλῆς Ὀδυσσεῖ Ἀκανθοπλῆγι semel iterumque apud *Hesychium*. Hoc certum, cetera in coniecturis. — [Ἀκανθόπληξ penacute in membr. *F.* scribitur. *S.*]

m Ἄβιος) Haud scio, adscriptum-ne fuerit libro IV. 46., ubi de Scytharum natione et moribus. Ad *Scythas* enim *Homeri* Iliad. N. 6. Ἄβιους adplicabant et varie interpretabantur, uti *Nicolaus Damascenus* in *Stobaei* Serm. V. p. 70., cui *Harpocrationem* in Ἄβιος iunge. — [Conf. *Villoisoni* Adnot. ad *Apollonii* Lexicon Homeric. Quae vero *Harpocration* habet: ΑΒΙΟΣ. τὸν ἄβιον Ἀντιφῶν ἀντὶ τοῦ πολὺν βίον κεκτημένου ἔταξεν. ὥσπερ Ὅμηρος ἄξυλον ὕλην λέγει τὴν πολύξυλον: eadem (ut supra vidimus) in membr. nostra *F.* verbotenus descripta leguntur, nisi quod ibi omissa est Auctorum mentio. Caeterum quod apud *Hesychium* scribitur, Ἄβιος· πλούσιος, ὡς Ἀντιφῶν ἐν Ἀληθείᾳ, immerito videtur *Henr. Valesius* suspectam vocem πλούσιος habuisse, πολύβιος legendum censens. Perapte sane vox πλούσιος exprimit notionem quam isti ἄβιος *Antiphon* subiecerat: nisi fortasse utrumque vocabulum adposuerat Lexicographus, πολύβιος, πλούσιος: ut posterius explicaret quo sensu πολύβιος diceretur. Denique videndum, ne Glossa ista, quae inter *Herodoteas* legitur, ducta sit ex uberiore quodam scholio, quod ad verba τοῦ βίου τῷ ἥκοντι I. 30, 22. olim spectarit.

APPENDIX ADNOTATIONUM

ad Herodoti Musas.

Adnotationes nostrae ad Herodoti Musas iam ad finem erant perductae, typisque descriptae, quum Vir clarissimus Frid. Henr. Bothe (idem cuius Emendationes nonnullas ad Scriptorem nostrum spectantes, ex Eiusdem ad *Terentium* Notis, iam in Adnotationum nostrarum cursu commemoravi) misit ad me *Animadversiones ad Herodotum*, Manhemii nuperrime impressas, quae in Ipsius *Opusculis Criticis et Poëticis*, hoc ipso anno m.dccc.xvi. Berolini in publicum emittendis, primum occupant locum. Quo in scripto quum alia multa et erudite et ingeniose observata aut coniectata insunt, tum haud pauca, in quibus mecum sentientem videre gravisus sum doctissimum Virum. Quare, praetermisso quidem hoc posteriore genere, si ex caeterarum numero Animadversionum notabiliores quasdam, in brevius quidem contractas, hîc adposuero, et gratiam mihi visus sum initurus a lectoribus nostri Herodoti, neque ingratum facturus erudito Animadversori.

Igitur Herodoti libro I. cap. 38, 7. in loco controverso, ubi equidem veterem lectionem ὥς δὴ ὦν revocavi, *Bothius* πρὸς δὴ τῶν legit, et dein ἐμοί γε, hanc in sententiam, *His vero* (aliis populis barbaris) *non magnopere aucti ne ipsi quidem mihi videntur Pelasgi, quamvis gens barbara.*

I. 68, 19. Inepte legi videtur *Bothio* τόν τε τύπον καὶ τὸν ἀντίτυπον, deletis coniunctionibus oportuisse τὸν τύπον τὸν ἀντίτυπον; adiectivum enim nomen esse ἀντίτυπον, sicut in oraculo c. 67, 17. ubi τύπος ἀντίτυπος.

III. 109, 16. καὶ οὐδαμῇ ἄλλῃ ἢ κατὰ τοῦτο legendum censet, *nusquam alibi quam illic.*

Male adfectum locum V. 27. ita sanandum existimat, ut *lin.* 6. legatur Αἰτίους δὲ τούτου ἤδη πάντας *etc.* istaque omnia, usque στρατηγήσας, proxime subiiciantur illis *lin.* 2. ἀγὰ χρόνον ἐκακώθησαν.

V. 43, 3. pro ἐκ τῶν Λαΐου χρησμῶν malit ἐκ παλαιῶν χρησμῶν.

V. 44, 14 *seq.* pro ὧν οὗτοι, ut iam olim in Notis ad *Terent.*, sic etiam nunc οἰκότα corrigit, monetque scripturam codicum *Brit.* οὐκ οὕτως, ex οἰκότως esse natam, glossemate illo quidem τοῦ οἰκότα.

VI. 35, 2. pro eo quod olim aliis ex codd. edebatur ἀτὰρ Ἰδυιάστευί τε καὶ Μιλτιάδης', commode ἰδυιάστευί τι corrigit.

Eiusdem libri VI. caput 40. inculcandum censet post duo sequentia, et verbum ἐλαλύθει non *venerat* intelligendum, sed *redierat.*

Ad VI. 60, 5. nit: Nisi gravius subest ulcus, reponendum certe εὖδι κατά etc.

VI. 86, 25. pro καὶ διότι - - - τοὺς αὐτούς, legit καὶ δὴ ὅτι - - - τοὺς ἀστούς.

VII. 32, 5. pro ἐπὶ γῆς αἴτησιν corrigit ἐπὶ τὴν αἴτησιν, scil. γῆς τε καὶ ὕδατος, quae paulo ante memorantur.

VII. 89 extr. pro ἰσταλάδατο legit ἰστάλατο, ΔΑ natum censens ex syllaba ΑΑ male repetita.

VII. 140, 15. sic legit et distinguit: — κίχνται. Προὔδον καιότητος ἀνάγκας. *Praevidi* (atque adeo praedixi vobis) *miserias fatales.*

VII. 141, 15. Eiusdem Emendationem πεδήσας, pro πελάσας, iam ipse in *Var. Lect.* commendavi. *Lin.* 22. corrigit εἴ τοί μοτε ἀντίος ἔστη, *si tibi forte aliquando adversus stetit*, i. e. *si tibi obvius factus fuerit.*

VII. 146, 6. malit καὶ ἄλλοισι ἐγκεχρημένοι, ut utraeque partes belligerantes indicentur.

Eod. cap. extr. levatam difficultatem censet commate post Ἑλληνικῶν interposito, et intelligendo οὐδαμῶν ὄντων Ἑλληνικῶν.

VIII. 73, 10. pro δοκέουσι μοῦνοι εἶναι Ἴωνες coniicit oportuisse δοκέουσι μὲν ὧν ἐξ αἰῶνος. Μοῦνοι, inquit, si quis retinere cupiat, is interpretabitur, *si qui alii*, vel *praeterea.*

VIII. 77, 3. pro ἀτρεμιεῖν (inquit) quod alienum, lege προρρήματα.

Cap. 77, 8. coniicit ἅμα πάντα πατεῖσθαι.

VIII. 108, 15. Frigida *Bothio* videtur locutio illa, πειρῶτο ἂν ἡσυχίην μὴ ἄγειν: nec mihi ea satis placuit. Sed, quid lucremur si deletis cum Viro docto tribus verbis ἡσυχίην μὴ

ἄγειν, sic distinguamus orationem, εἰ γὰρ --- ὁ Πέρσης, μένειν ἐν τῇ Εὐρώπῃ πειρῶτο ἄν: exputare equidem non potui.

VIII. 129, 12. verba καὶ τῆς πλημμυρίδος non dubitat a glossatoris manu esse, qui primitus ἢ τῆς πλημμ. adscripsisset.

VIII. 144, 3 *seq.* Legendum censet τὸ μὲν δεῦσαι κάρτα ἀνθρώπινον ἦν, deletis mediis; ut a pronunciato generali ad singulare descendat oratio; esse enim absurdum, idem nunc dici ἀνθρώπινον, nunc αἰσχρόν.

IX. 2, 8. corrigit ὥσπερ καὶ πάρος ταῦτα ἐγίνωσκον, *sicut et antea hoc intellexissent Persae.*

IX. 6, 5. praefert Aldinum ἐς τὴν Βοιωτίην εἶλέγετο εἶναι.

Caput 16. libri IX. ab Herodoto conscriptum esse, non adducitur *Bothius*, ut credat; quippe nihil nisi ampullas continens, et Graeculi, eloquentiam ostentantis, affectationem minime Herodoteam.

IX. 41, 18. μηδὲ ἀνακινδυνεύειν συμβ. mecum ad Graecos refert *Bothius*, itaque ἀνακινδυνεύειν corrigit, quod et ego requisiveram, sed per vim obtrudere Herodoto nolui.

IV. 58, 10-13. διίδεξαν --- ὅτι -- ἐπαιδείκνυτο. Quis ita balbutientem, inquit, quemquam, nedum Herodotum, ferat? *ostenderunt, se ostendi.* Quod si vim verbi ἐπαιδείκνυτο curatius expenderit Vir doctissimus, (*prae caeteris ostentatos, celebratos fuisse,*) in vulgata constantique librorum omnium scriptura nihil porro desideraturus videtur.

IX. 71, 4. ὡς ὑπερεβάλοντο legendum censet, et post Λακεδαιμονίοισι levius distinguendam orationem. Speciosa foret emendatio, nisi satis constaret, ἀσύνδετον subinde orationem amare Herodotum.

IX. 106, 18 *seq.* ad Πελοποννησίοισι, ait, intelligi quidem utcunque σὺν posse, praestare tamen Πελοποννησίους: nempe id ipsum quod nos, nostra de coniectura, in contextu posuimus.

IX. 111 extr. legit οὐ δή κού με ἀπολίσεις: *non me perdes:* effugiam enim, aut te ulciscar.

CORRIGENDA NONNULLA ET ADDENDA.

Quamvis multa in corrigendis speciminibus typographicis cura et a me ipso et a meo in hac parte laboris socio fuerit posita, caveri tamen non potuit, quin passim aut typothetae aliquod sphalma, aut mea in scribendo oscitantia, nostram praeteriret observationem. Ex his ea, quae interim animadverti, hic adnotare, et, qua ratione corrigenda sint, commodum duxi admonere. Reliqua aequus eruditusque Lector ultro corriget. Pancas easque breves interseram Notulas, in superioribus Adnotationibus praetermissas.

In Graeco Contextu.

LIBRO I. CAP. 1, 15. λέγουσι oportebat, non λίγουσιν. 17, 3. scribe τρόπῳ. 24, 26. τῇ. 39, 8. nescio quo pacto εἶχε irrepsit; corrige εἶπε. 82, 8. scr. χώρῃ. 91, 20. scr. Κύρου. 150, 10. pinge ἔνδεκα. 173, 18. scr. μητέρων.

LIB. II. CAP. 8, 13. corr. τεταμένον. 28, 20 *seq.* dele δι' ante δίνας, et repone dein οἷα δὲ ἐμβαλλ. Vide Adnott. 30, 11. scr. Ἀραβίων τε καὶ Συρ. In brevi notula cap. 32, 24. subiecta, pro Εἶπεν ὧν, corr. Εἶπον ὤν. 33, 15. in ora est 10, ubi 15. oportebat. 56, 13. corr. Φοινίκων. 63, 8. sic interpunge, ἔχοντες ξύλα καὶ οὗτοι, ἐπὶ etc. 75, 3. corr. χορίον, ubi male χωρίων. 78, 4. sic distingue, καὶ ἔργῳ μέγεθος etc. 100, 11. dele *comma* post περίμικες. 116, 19. *comma* intersere post μεμυγμένα. 117, 1. Κατὰ scr. et lin. 2. repone δηλοῖ pro δῆλον, et conf. Adnot. ad h. l. 124, 19. pro ταύτης restitue ταύτῃ. conf. Adnot. p. 354 med. 139, 3. corr. ἰδόντα. 144, 7. post τοῦτον *comma* intersere. 148, 3. scribe maiusculà initio literà Κροκοδείλων.

LIB. III. CAP. 14, 24. corr. παρελθόντων. 19, 14. corr. Αἴγυπτον. 38, 3. corr. ἀνθρώποισι. 50, 16. pro περὶ scr. πέρι. 58, 1. Τοῦτον oportebat, maiusculà literà. 63, 13. corr. ἐπιξέμενον. 65, 27. corr. οἰκηϊωτάτων. 72, 29. pro δεικνύσθω scr. διαδεικνύσθω. 74, 13. corr. ποιήσειν: et *lin.* 17. πῦργον ἀγορεῦσαι. 84, 9. ἐξαίρετα scr. loco pravi ἐξαίρεται. 105, 12 *seq.* scr. Πέρσαι Φασί. et dele *comma* post χώρῃ. 113, 12. πλάτας. 116, 2. πολλῷ τι, non τι. 148, 5. οἱ μὲν Θερμα.

LIB. IV. CAP. 35, 2. pone *comma* post παρθένους, et dele post Ὑπερβορ. 41, 6. ἰοῦσα. 43, 33. corr. κατίσχε. 45, 1. scr. Ἡ δὲ δὴ Εὐρώπη. 50, 17. dele *comma* post Ἴστρῳ. 55, 2. corr. ὁρμᾶται. 61, 4. scr. ἔχοντες λίβητας, et dele ἰς. 65, 2. ἀποκρίσας. 76, 6. lege πλέων δὲ Ἑλλησπ. absque δὲ, et conf. Adnot. 79, 16. dele *comma* post καί. 165, 8. ἔδωκε.

LIB. V. CAP. 17, 7. ἐξ οὗ. 28, 6. scr. καὶ τῆς Ἰωνίης. 33, 11. dele *comma* post δῆσαι. 49, 23. sic distingue: τὰ, θυμῷ βουλομ. 66 extr. *comma* intersere post σύμμαχον: et cap. 67, 5. post ἀγωνίζεσθαι. 87, 16. ἄλλῳ scribe, pro ἄλλε. 123, 3. dele *comma* post Ἰωνίη.

LIB. VI. CAP. 13, 3. dele *comma* post Συλοσῶντος. 15, 10. corr. ἀπέβαλον τῶν. 31, 5. οἱ βάρβαροι, ἴσχυ. 40, 5. scr. Σκύθας ἔφευγε, non ἐφεύγετο. 126, 15. corr. παλαίστρην.

LIB. VII. CAP. 30, 10. corr. Κροίσου. 50, 12. in brevi nota sub contextu scr. *Libri omnes* κῶς χρὴ τὸ βιβ. 60, 1. *et* 2. pone *comma* post πλῆθος, et dele post ἀριθμὸν. 75, 4. corr. πίδιλα. 100, 10. dele ὡς post ὁμοίως: et *lin.* 12. corr. αἰγιαλεῦ. 112, 2. ἑτέρῳ. 136, 11. τίσοντας." Λέγουσι *etc.* Sic refinge τίσοντας" λέγουσι *etc.* 139, 3. post ἀνθρώπων paullo maior ponenda distinctio: ἀνθρώπων· ὅμως δὲ *etc.* 140, 2. corr. ἑτοῖμοι. 140, 13. scr. οἵ που νῦν ἱδρῶτι *etc.* 170, 4. pro σφι rectius σφε reponetur: conf. Adnotationem ad h. l. ubi adiici poterat: „Inde et *Hesych.* Σφί· αὐτοὺς, αὐτὰς, αὐτά." 184, 6. pro ὅμιλον, ἑόντα τισσ. rescribe ἑόντα ὁμίλου τισσ. 219, 3. pro ἔπειτεν scr. ἐπὶ δὲ. 225, 6. corr. σὺν Ἐπιάλτῃ.

LIB. VIII. CAP. 12, 5. post στέμμα dele *punctum*, et scr. κατὰ στόμα ἐπαύθη *etc.* 15, 6. pro τὰς ναυμ. scribe τάς τε ναυμαχίας. 26, 9. scr. οἱ δ' εἶπον τῆς ἐλαίης - - στέφανον deletis illis notis „ et " 68, 25. sub contextu adponenda brevis Nota: „LXVIII. 25. οὔτε αὐτοὺς. Verum fuerit οὔτε αὐτοῦ." 112, 4. delendum aut cancellis certe circumdandum vocab. λέγουσι.

LIB. IX. CAP. 10, 6. scr. εἰλώτων. 14, 5. repone ἐβουλεύετο, θέλων, εἴ κως *etc.* 29, 4. corr. ἑκατονταδες. 74, 6 *seq.* verba sic distinguenda: ἵνα δὴ μὴ οἱ πολέμιοι, ἐκπίπτοντες ἐκ τῆς τάξιος, μετακινῆσαι *etc.* 111, 23. corr. ἐμί τι.

In Versione Latina.

LIB. I. Pag. 18. *lin.* 7. corr. *Cypseli.* *p.* 25. *l.* 3 *fin.* corr.

insidentem. p. 61, 10. *Pelasgicus.* p. 62. *l.* 4 *fin.* scr. *quae sunt alia* Pelasgica *oppida.* p. 117, 8. pro *populi* pone *plebis.* p. 137. 11. pro istis, *quum per totum diem parturiisset*, haec pone: *cuius partus in dies singulos exspectabatur.* p. 152, 7. *Te vero manente Rege*, corr. *Ex quo tu vero auspicatus es regnum.* 169, 4-6. *nam similiter - - commissam exercet*: versionem corrige ad Adnot. ad h. l. p. 179. *l.* 6 *fin. Cratis* corr. *Crathis.* p. 196. post *l.* 3. omissa adiice verba: *Navigabant autem non rotundis navibus, sed* (longis) *penteconteris.* p. 246, 6 *seq.* pro *quorum plerique* corr. *qui utplurimum*, vel, *qui longe plurima ex parte.*

LIB. II. pag. 275, 7. corr. *utrimque*, ubi prave *utrique.* 332, 4. pro *in templis* scr. *ex victimis.* 364, 2. pro *calice* scr. *calyce.* p. 377, 10. post *Colchorum.* omissa adiice haec verba: *Putare autem se aiebant Aegyptii, esse Colchos de exercitu Sesostris.* p. 393, 2. corr. *Menelaus.* p. 458 extr. pro *e vestigio* pone *palam.*

LIB. III. pag 138, 6. *frontibus*, corr. *frondibus.* p. 173 *penult.* pro *exercitumque contraxit* pone *traiicereque exercitum paravit.* p. 182, 7. pro *uxoribus* scr. *mulieribus.*

LIB. IV. p. 208, 2. post *persecuti*, adde, *donec Mediam sunt ingressi.* pag. 221. *l.* 5 *fin.* pro *quo* scr. *quod.* p. 227, 8. sic verba distingue: *atque Opin virgines, ex Hyperboreis itinere* etc. p. 230, 5. corr. *Myriandrico.* p. 260, 1. corr. *temone.* p. 337, *l.* 4 *fin.* corr. *Tisameni.* p. 339, 2. *habitaturus.* p. 348, 4 *fin.* ante *incubuit* adde *denuo.* p. 375, 8. post *exurat* adiice *atque perdat.* p. 393 *extr.* pro *Batti filia*, scribe *Batti uxor.*

LIB. V. pag. 415, 9 *seq.* pro *multi sunt remiges*, scribe *multum est ligni conficiendis remis idonei.* pag. 462, 7 *seq.* scribe: *quem, quamvis peregrinum, tamen ut vicinum et socium, adiecit.* p. 501 *penult.* pro *profecto* scr. *reiecto.* p. 502, 7. corr. *decertaverant.*

LIB. VII. pag. 169, 8. scr. *ut et ego.* p. 194 *extr.* corr. *naves.* p. 210, 4 *seq.* scribe: *Magnae enim res - - - confici possunt.* p. 265, 6. *absumto*, corr. *adsumto.* p. 341, 10. pro *naves obliquas nactus*, scr. *naves in alto nactus.* p. 356, 4 *seq.* pro *cum delectis - - - viris*, scribe *cum delecto a se legitimo trecentorum virorum numero, et quidem quibus domi* etc. p. 389. *l.* 5 *fin.* post *memoravi.* adiice: *Resciverant autem mirabili quadam ratione.*

LIB. VIII. pag. 20, 7. *magnum discrimen*, scr. *maximum discr. p.* 96, 2. *illius sententiâ*, scr. *illius iudicio. p.* 112, *l.* 3 *fin.* pro *At Carystii* etc. scribe: *At non idcirco dilata est Carystiorum calamitas. p.* 226. *l.* 6 *fin.* dele verba *et loricâ. p.* 228 *ult.* scribe: *omnes quocumque ipsum et quo cito gradu vidissent* etc. *p.* 242, 2. scribe *ultro suscipiat.*

In Varietate Lectionis.

LIB. I. Cap. 2, 13. paullo post mediam pag. 10. tria foeda vitia tres deinceps lineas deformant. *Vuldo* ubi *Vulgo* oportuisse quisque videt: τὸν Κόλχον *Βασ. Pa. F.* ubi Κόλχων legendum: denique *verbum*, ubi *verum. cap.* 73, 13. κίνησι. Corr. κινῆτι *nostri omnes.* Paulo post, pro *conf.* III. 87. corr. III. 84, 7. *et* 10. *cap.* 104, 5. post *conf. c.* 110. adde: *et* IV. 37, 4. *et* 40, 2. *cap.* 114, 14. ubi περίστασι *Arch.* scr. *Ask.* pro *Arch. pag.* 96 *ult.* pro *Pass.* scr. *Arch. pag.* 101. *l.* 6 *fin.* post *Pb. Pd.* adde: *conf.* VIII. 67, 11. *pag.* 128. *l.* 9. corr. ἦα, ἦας, ἦε. *pag.* 131. *l.* 6 *fin. et seqq.* dele verba, *mihi vero - - - reperitur*: et vide Adnot. ad I. 186, 22. *pag.* 133 *med.* pro ἰδίλησι corr. ἐλαύνησι.

LIB. II. pag. 158. *l.* 5 *fin.* corrige: *In F.* διετὴς *a pr. m. dein adiectus etiam accentus super* ε. *In Pf. est* ὡς δὲ pro ὡς γάρ. *pag.* 164. *l.* 15. ubi τεταμμένος *ex Arch.* corrige τεταμμένον. *pag.* 167 *penult.* pro εἶμοι scr. εἶμαι. *pag.* 173. *cap.* 19, 10. ubi est *Med. Ask. Arch.* pone *Med. Ask. Pass. pag.* 181 *med.* pro *qui casu an - - - caussam.* scribe: *qui Wesselingii monitum secuti sunt. pag.* 189. versus med. pro II. 41, 6. oportebat III. 41, 6. *pag.* 197 *med.* scribe: *Vulgo* οὐ μέντοι γε οἱ τε. *pag.* 198. *lin.* 10. corrige ἀναγκαίη. *pag.* 200. post medium, ubi ἐωθέε *Arch.* corrige ἑώθεε *Arch. pag.* 208, 4. corrige ἐπιζωσμέναι et ἐπιζωσμέναι. *pag.* 227. *CAP. LXVII.* corrige *CAP. CXVII.*

LIB. III. pag. 30 *sub fin.* pro δεδεσμένοι *Pb.* oportebat δεδεσμημένοι *Pb. pag.* 34 *med.* post *Vind. Arch. Rem.* adde *margo Steph.* Et paullo post, pro istis *Et* ἀλφίτων *delevit Schaef.* scribe: Φύλακον, *a Gronov. receptum, abiecit rursus Schaef. pag.* 46. *l.* 13 *fin. In Edd.* μὴ μέν. corrige: *In Edd.* μὴ μέν. *pag.* 58, 2. συγκεύψ. *Arch.* corr. συγκρίψ. *Arch. pag.* 71, 7. τούσσι. corr. τούτοισι. *pag.* 72, 9. corr. *Aristoph. pag.* 84. *l.* 12 *fin.* dele importuna verba: *Vulgo c.* 14.

LIB. IV. pag. 106. *l.* 14 *fin.* Corrige ἀντικαθιζόμενοι *Ald.*

pag. 107. versus med. scribe: *lin.* 12. ἐς τὴν Σκυθ.) ἐς γῆν τὴν Σκυθ. *Arch. Vind. Ibid.* καὶ τῶν) *Sic Arch. pag.* 108, 12. scribe: *Perperam* κατοικημένου *Pb. Pd. pag.* 123, 11. corrige: *est* Λαοδόκης. *pag.* 130. *cap.* 48, 4 *seq.* πόλλων. Corr. πολλῶν *utique* etc. *pag.* 139, 2. dele punctum post λέγεται. *pag.* 143 *med.* dele verba: *Puto et Paris.* Et paulo post corrige: *dein* Σκύλης *ed. Wess. pag.* 158 *extr.* pro *l.* 11. scribe *l.* 10. *pag.* 168, 4 *seq.* post *desunt Arch.* adde: *et Vind. pag.* 288 *med.* scribe: *Recte vero* ὅπλον *mss. F.* etc. *pag.* 196. post med. ubi *πέρι Med.*, corrige: *πέρια Med. pag.* 137. *l.* 4 *fin.* ubi *Mirab. c.* 159. scribe *c.* 169.

LIB. V. pag. 228 *med.* corrige: *simplicissima.*

LIB. VI. pag. 39. *l.* 8 *fin.* ubi *Athen. lib. V.*, corrige: *Athen. lib. X. pag.* 58, 5. post *Ask.* adde *Pass.*

LIB. VII. pag. 77 *med.* corrige: *F. puto et Paris. pag.* 80, 15. pro *utique male*, scribe: *utique non male. pag.* 84, 5. μάθητ· Corrige *μαίητ. Ead. pag. l.* 9. *et* 8 *fin.* dele ista: *quod vitiosum - - - intellexerat. pag.* 102, 7. ubi πῶς χρὴ corrige κῶς. *pag.* 114 *ult.* ubi *coll. c.* 122. corrige *coll. c.* 121 *extr. pag.* 115, 1. pro *Ald.* scr. *Arch. pag.* 167. *l.* 14 *fin.* dele ista: *contra quam - - Editor. pag.* 158. post med. dele verba: (*nescio quid spectans*). *pag.* 175. *l.* 10 *fin.* post Ἡγιος F. adde: *quod et ex Med. citat Gronov. in Notis. pag.* 178. ad cap. 109, 25. scribe: *Sic margo Steph. Pass. Ask.* etc. *pag.* 181. *l.* 9 *fin.* ad cap. 219, 3. post *Valla*, adde: *Ibid.* ἔπειτεν) *Sic Schaef. ex coniect.* ἐπεὶ δὲ *edd. ante Schaef. cum Msstis: pro quo* ἐπὶ δὲ *corrigendum recte monuerat Valck. Vide Adnot. ad h. l. pag.* 184. *l.* 8 *fin.* scribe: [*immo Paris. omnes, et F.*] *pag.* 185. *cap.* 225, 4. ubi *ὑπεξέφυσαν Med.* etc. Corrige *ὑπεξεξέφυσαν Med.* et post *Paris. A.* adde: *et sic ed. Wess. cum Gron.* Dein, pro *ὑπεξέῤῥυσαν F.* scribe *ὑπεξεξέῤῥυσαν F. pag.* 185. *l.* 6 *fin.* ubi est *p.* 499, 24. scribe *p.* 497, 24.

LIB. VIII. pag. 9. *cap.* 15, 6. post *Vindob.* adde: *Ibid.* πρὸς ναυμαχίας) Commodissime τὰς τῶν ναυμ. *Arch. pag.* 46, 5. *Strabo IV.* Corrige: *Strabo IX. pag.* 55. *l.* 8 *fin.* dele ista: *Puto autem ἀνωφίῃ hos debuisse. pag.* 70, 4. corrige: „ *l.* 11. ἀντίον) *Sic ed. Schaef. ex emend. Valck. Antea αἴτιον edd. cum msstis.*“ *pag.* 71, 9. ubi est *p.* 62 *seq.* corrige p. 261. et 263. *pag.* 95. post med. ubi *tuetur Paris. omnes.* Corrige *tuentur. pag.* 99, 11. Ante *l.* 13. adde: *l.* 9. ἐθέλωμι)

ἴλοιμι *Arch.* pag. 123. *l.* 15 *fin.* ubi *Et ἰγίνετο*, corrige: *Et ἰγίνετο.* pag. 135, 13. dele ista verba: *quod etiam noster codex F. tuetur. Ibid. l.* 11 *fin.* ubi ἐξαπάτησι, corrige ἐξηπάτησι.

In Adnotationibus.

ADNOT. ad *LIB. I. cap.* 58, 7. *p.* 67. *l.* 3 *fin.* pro *per Wesselingium* corrige *ad Wess.*

Ad *I.* 74, 24. *p.* 89, 9. post *relinquamus.* adde: *Caeterum conf. Valckenar. ad* IV. 70, 1.

I. 86, 17. *p.* 101, 2. pro II. 27. corrige II. 28.

Ad *I.* 179, 11. post *continuatas.* adde: Sed, ut apud *Plutarch.* de Pueror. Educ. cap. 9 extr. (aliis II. 7.) μονόκωλες λόγος idem est ac μονῳδὸς et οὐ ποικίλος, sic h. l. μονόκωλα οἰκήματα dici videntur *domunculae uniformes, simillimam cunctae frontem praeferentes.*

I. 191, 33. *p.* 191 *med.* pro *nona c.* 101. corr. *nona c.* 102.

ADNOT. ad *LIB. II. cap.* 19. *p.* 234. *l.* 13 *fin.* post πληρώσας. adde: *conf.* IV. 181, 21.

II. 46. *p.* 263. *l.* 4 *fin.* ante *Est praeterea* etc. adde: *In bovino genere τὸ κόλον γίνος memoravit Noster* IV. 29, 1. ubi vide *Wess.*

II. 86. *p.* 308. *l.* 7 *fin.* post *consentaneum est.* adde: *conf. omnino* IV. 72, 7 *seq.*

ADNOT. ad *LIB. IV. cap.* 128, 6 *seqq. p.* 287. post νωμᾷ. WESS. haec adde: — *Vallae* latina, paucis mutatis, tenens *Gronovius* locum istum sic converterat: *At ipsorum illis, qui relinquebantur, visum fuit non amplius errare Persas, sed assidue commeatu erepto insidias tendere. Distributis igitur illis, qui copiis Darii frumenta auferrent, quae decreta erant exequebantur.* Equidem, *Wesselingii* interpretationem sequutus, tamen in dictionis illius significatu, εἶτα ἀναιρεῖσθαι, haeseram aliquantisper. Nuperrime mihi Vir celeberr. IOH. HENR. VOSS, is cui *Homerum* Germania debet germanico ore carmina canentem, per literas significavit, tractari a se in Notis ad Homericum hymnum in Cererem hunc *Herodoti* locum; in eoque quum εἶτα ἀναιρεσιμένους (fere ut *Valla* et *Gronov.*) *cibaria auferentes*, et νωμᾷν (cum eisdem) *distribuere* intelligat, leviter corrupta censere verba ista, νωμῶντες - - - τοὺς Δαρείου, nempe in hunc modum refingenda, νωμῶντος ὧν εἶτα ἀναιρεσιμένους τοῦ Δαρείου, hac sententia: *quum Darius distribueret* (passim dimitteret)

homines, qui cibaria auferrent. Iamque ego, perpensis denuo Scriptoris nostri verbis, qualia ex constanti codicum consensu leguntur, reperio, rectissime sententiae summam, quae illis continetur, a doctissimo Viro perceptam esse expositamque. Nempe, non *cibum capientes* Persas, sed *frumentantes, cibaria avehentes, asportantes*, de improviso adgredi Scythae statuerant. Quae interpretatio, ut alioqui multo commodior probabiliorque debuit videri, sic verbis, quae hic leguntur, unice consentanea est. Nam *cibum sumere, cibum capere*, graece dicitur σῖτον αἱρεῖσθαι, non ἀναιρεῖσθαι: compositum hoc verbum ista notione ignorat graeci sermonis usus: nec opportunus hic locus esse videtur particulae ἂν, si diviso verbo cum *Abreschio* ἂν αἱρεῖσθαι legere velles, ea voculae ἂν notione, quam et alibi apud Nostrum et III. 119, 12. locum habere vidimus; quae ipsa notio h. l. voce ἐκάστοτε disertius expressa est. Denique, etiam si simplex verbum hic positum esset, tamen αἱρεῖσθαι σῖτα graece non minus incongrue dictum foret, quam si latine *cibaria* (aut *frumentum*) *capere*, pro *cibum capere* diceres: sunt enim σῖτα, *frumentum*, et *cibaria quaelibet, annona, commeatus*, quum apud alios scriptores, tum apud Nostrum V. 34, §. 65, 4. Sed, quod ad verbum νωμῶντες spectat, nec sollicitari illius terminatio, nec *distribuendi* notio eidem tribui debet. Peraptus huic loco significatus est *observandi*, et abunde firmatus citatis a *Wesselingio* testimoniis; quibus, si opus esset, adiici poterat illud *Euripidis*; quod *Schneiderus* in Lexico crit. adposuit ex Phoeniss. vs. 1262. ed. *Barn.* (1271. ed. *Pors.*) ubi ἐνώμων veteres Grammatici παρετήρουν et ἐσκόπουν interpretantur.

Ad *VII.* 61, 6. adde Adnotationem: ὑπὸ δὲ, Φαρετρεῶνες ἐκρέμαντο) In latinis posui: *A tergo suspensas habebant pharetras*: quae graecis non satis respondent; id enim graece foret ὄπισθεν δὲ etc. Artius haec cohaerent cum praecedentibus: ἀντὶ δὲ ἀσπίδων γέρρα· ὑπὸ δὲ, scil. ὑπὸ τοῖς γέρροις. Quare recte *Valla* dederat: *pro clypeis gerra, pharetris subter pendentibus.* Nempe in itinere, de quo hic agitur, gerra a tergo gerebant suspensa, adeoque pharetrae sub gerris erant.

FINIS.